NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
12 L
13

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

73
e
51
73
2
59
73.3.51

GABRIELIS FRASCATI BRIXIANI
DE AQVIS RETVRBII TICINENSIBVS

COMMENTARII MINERAS, FACVLTATES ET VSVM EAR. EXPLICANTES:

QVOS

SERENISSIMO POTENTISSIMOQ.
PHILIPPO AVSTRIO REGI HISPAN.
NEAP. SICIL. SARDIN. BALEAR.
NOVI ORBIS ETC. DVCI MEDIOL. ETC.
COMITI FLAND. BVRGVND. ETC.

R E G I O P T. M A X.
DD.

His in libris omnia, quæ ad Thermarum Theoricam, & Practicam faciunt, accurate, egregieq; tractantur.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA

TICINI, Apud Hieronymum Bartholum. 1575.
Cum priuilegio Inuictiſs. Regis in annos VI.
Inquiſitor Papien. vidit, & imprimi permiſit.

ORDO EORVM QVAE IN HIS LIBRIS TRACTANTVR.

LIBER PRIMVS.

QVid ſupra aquam ſimplicem contineant Aquæ Returbii, & quomodo generentur.

LIBER SECVNDVS.

Quæ ſint facultates ſingularum rerum in his aquis exiſtentium, & quibus morbis conducant aquæ Returbii.

LIBER TERTIVS

Quid obſeruandum ſit tam circa has aquas in earum vſu, quam circa aſſumentes, & accidentia ſuperuenientia.

LIBRI PRIMI

PROOEMIVM

Cur hactenus diſtulerit ſcribere de his aquis, & earum prærogatiuæ.

DIVISIO

Experientia & ratione compertas eſſe facultates earum: & quid in quoq; libro de illis tractetur.

NARRATIO

Deſcribuntur fontes, & ſenſibiles eorum qualitates.

CONFIRMATIO

Ex terna diſſolutione harum aquarum, quod vnica nequit præſtare, quid compertum ſit ineſſe.

ARGVMENTATIO

Probatur adeſſe Sulfur, Bitumen, Sal, Nitrum, Alumen, Chalcāthum, Ochra, Ferrum, Argentum, & Aurum.

EFFICIENS

Confutantur aliorum opiniones de thermarum feruore: ignēq; in centro terræ a cælo continue produci, qui generat omnia

ſubterranea, probatur.

MATERIA.

Non ſola ablutione mineralium aquas fieri medicatas, ſed multis aliis modis nobilioribus.

FORMA

A calore vapores eleuante,& a frigiditate eos condenſante, rerumq; contactu ſpiritus in thermas imprimi, qui etiam abſq; materia agunt.

FINIS

Quomodo ex omnibus ſimul generētur a uirtutibus cęli formæ mirabiles thermarū,& quā cæteris nobilior ſit hæc Returbii.

LIBERI SECVNDI

PROOEMIVM

Non ſolum cæteros imitari,ſed ad artes perficiendas alia etiam excogitare decet.

NATVRA

Cum medicamenta non ex qualitatibus actu,ſed potentia conſtent, Thermarum feruorem non debere dici earum qualitatem oſtenditur,& quæ ſint deſcribuntur ſingillatim tam primæ quam ſecundæ & tertiæ qualitatis Aquæ, Terræ, Sulfuris,Bituminis,Aluminis,Salis,Nitri,Chalcanthi,Ferri, Argēti,& Auri: & ex Galeno multa ſtudioſis cōſiderāda tradūtur.

TEMPERAMENTVM

Non ex mineris ſolis thermarum, ſed ex aqua etiam ipſa ſimul reſultare earum temperamentum; & quale ſit ſingulorum fontium Returbii.

FACVLTAS

Qua ratione medicamenta compoſita,vt thermæ, diuerſos & ēt contrarios effectus, contra multorum opinionem, præſtent. & de facultatibus ſingulis Laconici, Balnei, Luti, & Potus, præcipue tertii fontis.

Ventriculus

VENTRICVLVS

Quomodo affectionibus omnibus uentriculi,& eius culpa euenientibns aquæ Returbii conueniant.

HEPAR

Hepatis quoq; morbi,& inde oriundi referuntur; Quos omnes curare hanc aquam oſtenditur.

LIBRI TERTII

PROOEMIVM

Laudato uiro placere ſat eſſe ſtudioſis. Quæq; deſiderentur cōmoda fontibus Returbii.

CONSVLTATIO

Quamuis Galenus de thermis nihil fere tradiderit, negligi tamen non debent; ſed nec inconſultis medicis aſſumi.

PVRGATIO

Cur purgandi ſint ægrotantes antequam his aquis vtantur.

ADIVMENTVM

Cæteris etiam remediis conuenientibus non deſiſtendum eſſe in harum aquarum vſu.

QVALITAS

Quot aquis Returbii incommoda eueniant,quæ eorum ſubſtantiam corrumpunt,& vires diminuunt; quomodoq; illis prouidendum ſit.

QVANTITAS

In quantitate quotidiana & uniuerſali tam potus, quam balnei præſcribenda reprehenduntur multi ſcriptores; quidq; ſeruandum ſit proponitur.

TEMPVS

Quod maxime conueniens tempus ad vſum thermarum ſit ver, & quando incipiat: & de earum vſu aliis temporibus; Abuſuſq; redarguuntur. Particulariter autem de anno Biſextili,& de Barza traditur.

Modus

MODVS.

Varii vſus thermarum tam in potu, quam in aliis proponuntur.

ORDO.

Cum potu & balneo aliisq; ſimul opus eſt, quis ordo eorum ſit ſeruandus, & in hoc antiquorum error.

VICTVS RATIO.

Quæ ratio in thermarum vſu ſit ſeruāda in Aere, Motu, Somno, Cibo, Animo, Excretionibusq; ſingillatim tractatur. & ex Galeno plura dirimuntur.

ACCIDENTIA.

Quod in thermarum vſu ſolita ſunt euenire accidentia toti corpori Sudor, Laſſitudo, Animi defectus, Supercalefactio, & Febris: Capiti, Dolor, Vigiliæ, Somnus, Vertigo, Deſtillatio ad Oculos, ad Pulmones, indeq; multa verenda: Ventriculo Siccitas oris, Sitis, Inappetentia, Fames, Debilitas, Ructus, Dolor, Singultus, & Vomitus. Aluus nimis vel Soluta vel Adſtricta. Vrinæ Ardor, Difficultas & Retentio. Quorum cauſæ traduntur, & remedia referuntur. Multaq; interim in Studioſorum gratiam ex Galeno proponuntur.

CONCLVSIO.

Non temere igitur, ſed ex Medicorum conſilio his aquis vtendum eſt.

Notabilia autem ſingula in alphabetarium Indicem collecta reperientur.

INDEX

RERVM ET

VERBORVM MAGIS MEMORABILIVM, QVAE IN HIS LIBRIS CONTINENTVR NVMERI

Nota folium indicat, a, primam paginam, b, ſecundam.

A

ABorſus non ſemper fit, vt ait Hipp. miſſo ſanguine. 114.a.
Præſeruatur miſſione ſanguinis aliquando, contra Altomarem. ibid.
Abuſus eſt, aquis Returbii toto anno, & quacūq; hora vti. 96.b.
Abutilon pictura Matthioli imperfecta eſt. 140.a.
Accidentia in vſu thermarum quæ eueniant. 114.a.
Accidentia animi vide animi affectiones.
Acetaria copioſa neruos debilitāt ſterilitatēq; inducunt. 108.b.
Acetum aquis miſcetur ad earum penetrationem. 37. b.
Minus frigidū eſt quam omphaciū, ſed magis refrigerat. 38.a.
Neruos debilitat, & ſterilitatem inducit. 108.b.
Achillem ſanaſſe Telephi vulnus ferro quid. 48. b.
Acida quas facultates habeant. 138.a.b.
Actu medicamenta eſſe talia quid ſit. 30. b.
Actualis q̄litas medicamētorū nō ē dicēda medicamētoſa. 32.b.
Primo occurſu agit, nec indiget vt actuetur. 32. b.
Adſtrictio duplex viarum, & ſubſtantiæ. 65. a.
Adſtringentia non omnia eſſe frigida. 43. a.
Aer quis dicatur ſyncerus. 34. a.
Cum aqua ſemper eſt commiſtus. 34. a.
Aquæ frigiditatem retundit, ſed non humiditatem. 35. a.

In

In qualitatibus quomodo immutetur. 94. b.
In potu thermarũ minus, in balneo magis obſeruãdus. 104.a.
Suffumigiis quomodo corrigendus. 108.b.
Nocturnus & veſpertinus cur peior quam matutinus. 101.a.
Inſpiratus celerrime reſtaurat. 115.b.
Aes continere poteſt aurum, ſed non in aurum conuerti. 16. a.
Aeſtate cur non conueniant thermæ. 93. b.
Aetius errat in compoſitione Hieræ Galeni. 82. b.
Agnus ne caſtus calidus ſit. 132.a.ſeq.
Agricolæ opinio de caliditate thermarum. 17. a.
Quartum genus ſubterraneornm. 21. a.
Error de lithargyri generatione. 49. b.
Aleardus de quantitate balnei quotidiana emendatur. 92. a.
Bis in die aquas thermarum bibere non laudatur. 96. b.
Thermas peſtiferas eſſe in Lunæ aſpectibus arguitur. 97. b.
In potu thermarũ cęnãdũ eſſe copioſius iubet, nõ ꝓbe. 109.b
Alexandri opinio ab Ariſt. diuerſa de ferro. 47. b.
Alexandri Tralliani reprehenſio in Gal. redarguitur. 126.a.
Alexipharmaca quomodo qualitates ſuas imprimant. 52. a.
Allium theriacen agreſtium appellat Gal. 132.a.
Aloe an totum corpus purget ex Gal. 82. b.
Altheæ radix cum emollitione adſtringit. 127.a.b.
Altheæ alterius effigies qualis. 140.a.
Altomaris aborsũ aliqñ miſſione ſang. nõ pſeruari errat. 114.a.
Alumen in aquis Returbii ineſſe probatur. 13. b.
quomodo generetur ſitq; ſtragulum ſubterraneorum. 25. b.
Eius facultates ad diuerſos morbos. 43 b.
Diuerſa genera, & partes diuerſæ. 43.a.b.
Calidum ne ſit, an frigidum. 43. a.
Aluum lubricantia varia. 112.a.
Eius deiectiones in thermis cur fiant, curatioq;. 137.b.
Adſtrictiones pariter, & earum curatio. 138.a.ſeq.
Amara multa cur frigida. 139.a.
Ambiens frigidum vitandum in vſu thermarum. 99. b.

Ambitioſi

Ambitioſi ſunt, qui honoris ſolum cauſa operantur. 1. b
Ampullæ quomodo generentur. 12. a.
Animi affectiones quomodo valetudini conferant. 111.a.
Affectiones omnes ſpetie boni vel mali, præſentis aut futuri oriuntur. ibid.
Hilaritas quam maxime conferat in vſu thermarum. ibi.
Bona ſola in manu noſtra ſunt. ibid.
Paſſiones quomodo deuitandæ. ibid.
Anxietates etiam in luſibus ſunt. 111.b.
Defectus cauſæ in thermis, & curationes. 115.a.
Annibalem reuulſione Scipio ab Italia deduxit. 126.b.
Apium in febribus an conueniat. 117.b.
Petroſelinum nunc dicitur. ibid.
Eius ſemen calidius eſt radice. 117.b.
Apoplexiam fieri ab humoribus craſsis quod ſubito fit quid. 118.a.
In ea an corpus cerebri magis patiatur quam ventriculi? 124.a.
Appetitus quot modis lædatur. 69. b.
Maxime inducunt aquæ Returbii. 69. b.
Vitia quomodo in Thermis fiant, curenturq;. 129.a.ſeq.
Apuleii opinio de Thermarum caliditate. 17. a.
Aqua Medicata, naturalis, ſponte naſcens. Vide Thermæ.
Aqua nulla ſincera eſſe probatur. 7.b.33.b.34.b.
Cur decoquatur pro ægrotantibus. 7.b.34.b.
Eius vitia multa 11.b.37.a.b.inditia. 34. b.
Super terram proiecta cur deſcendit. 20. b.
Cum terra ſemper eſt commiſta. 21. a.
Quomodo generetur. & fiat medicata. 21. b.
Quibus commiſceri poſſit, aut non. 22. a.
Deſtillata igne fit calidior. 23. a.
Vnde formas medicatas acquirat. 23.a.b.
Formam ſine materia aliquando ſuſcipit. 24. a.
Medicata ſi deſtilletur, non ſemper fæces derelinquit. 24. b.

Thermarum fonteſq; cur ſacri dicantur. 26. b.
Caliditatem a ſua natura nunquam habet. 31.a.32.a.
Tetanum curat per accidens. 32. b.
Denominationem thermis dedit. 33. b.
An vehementiſsime ſit frigida & humida. 33. b.
Syncera quæ appelletur. 34. a.
Calefacta compoſita eſt quodammodo. 34. a.
Aerem ſemper commiſtum habet. 34. a.
Optima eſt ſemper aerea. 34. b.
Decoctione tenuiores partes amittit. 35. a.
Decoqui diligenter ab Hippocrate docetur. 35. a.
Humectat ſemper in ſummo,non ſic refrigerat. 35.a.36.a.
Non nutrit, ſed vt medicamentum recreat. 35. b.
In quo nam gradu refrigeret. 36. a.
Voraces cur faciat homines. 36. a.
Tenuis eſt ſubſtantiæ,media inter aerem & terram. 36. a.
Cibi per corpus vehiculum eſt. 36. b.
Ad Thermas ſola elementorum optima. 36. b.
Lunæ aſſimilatur, quod a medicamentis impreſſiones ſuſcipit etiam contrarias, & in nos imprimit. 36. b.
Ad vitæ multiplices vſus quam neceſſaria. 36. b.
Ad ſanitatem tuendam ſæpius facit. 36. b.
Ad curandos morbos varios epota. 36.b.ſeq.
Morbis etiam contrariis in balneo confert. 37.a.60.b.
Vt penetret,melicratum,vinum,acetum additur. 37. b.
Miſcetur medicamentis calidis in febribus. 47. a.
Ab Hiſpanis cum oleo vitrioli febrientibus datur. 47. a.
Ferrea quos morbos curet. 48. b.
Nili & nitroſa fæcunditatem facit. 45.b.ſeq.
Qualitatis expers quomodo dicatur. 53.b.ſeq.
Oleo miſta magis humectat. 63. a.
Febres curat epota. 66. a.
Calida in Balneo contraria agit. 92.a ſeq.
Hyeme an calidior ſit ſub terra. 93. a.

Poſt

Poſt balneum bibita lędit. 108.a.
Bibita diuerſis in partibus noſtri corporis retineri poteſt,& per quas ſit euacuanda. 112.b.ſeq.
Quibus medicamentis trahatur. 113.a.
Roſacea an ſit frigida ex Galeno. 121.a.
Aqua Returbii Ticinenſis examinata diligenter. 1. b.
Multos grauiſſime ægrotantes curauit. 1. b.
Natura & facultatibus non erat nota. 1. b.
Vt ſacra Anchora empirice adhibebatur. 1. b.
A nullo deſcripta, præterquam nuper. 2. a.
Virtutum fontes merito appellantur. 2.a.27.b.
Non habet æquales thermas uirtute. 2.a.27.b.
Quibus ſit prædita conditionibus. 2. a.
Dum aſſumitur multi errores contingunt. 3.a.86.ſeq.
Deportatur alio ſæpiſſime vitiata. 3.a.86.ſeq.
Theſaurus eſt,& Theſauris excellentior. 3. 6.
Qualis credebatur antiquitus. 4. a.
Abſq; regula vulgo bibebatur. 4. a.
Quod nullos læderet, cæpit admirationi eſſe. 4. a.
Ratione & experientia iudicata optima. 4. b.
Fæliciter ægrotantibus propinata. 4. b.
Deſcribitur quo in loco oriatur. 5.a.ſeq.
Cænum quale faciat. 5. b.
Illuuiem parietum qualem derelinquat. 5. b.
Primi fontis inſcribitur viſu, odoratu,tactu,guſtu, & eſſentia qualis ſit. 5.b.ſeq.
Secundi fontis,tertii,quarti,& quinti. 6. b.
A fontibus intercepta fuit, fouea inciſa. 7. a.
In illa fouea repertum fuit azurrum, pyritis,ochra, aurum 7.a. & argentum. 15.a.b.
Qua diligentia fuit deſtillata. 8.a ſeq.
Sedimentum primum deſtillationis quale. 9. a.
Aurum,argentum,ferrumq; in illo eſſe. 9. a.
Fontes omnes ab vna ſola origine prouenire probatur.

batur. 9. b.
Cur fontium aquæ diuerſæ ſint. 9. b.
Sedimentum ſecundum, & tertium quale ſit. 10.a.ſeq.
Cænum eorum argentum continere oſtenditur. 10.b.ſeq.
Mineralia quot contineat. 11. a.
Venenoſi nihil ineſſe probatur. 11. a.
Cur epota non aggrauat, cito penetrat, purgat, ſitim ſedat, incorrupta ſeruatur, tarde congelatur, cito bullit, non multum ampullat, nec expanditur. 11.b.ſeq.
Probatur ineſſe ſulfur. 12.a. Bitumen. 12.b. Sal. 13. a. Nitrum 13.a. Chalcanthum 13. b. terra 14. a. aurum 15. a. argentum 15. a. an plumbum 15. b. ferrum 16. a. & qua proportione horum vnumquodq;. 16. b.
Origo omnium eſt in monte Liciano. 20. b.
Facultates miras continet. 26. b.
Bona cuncta poſſidet, & malis omnibus caret. 27. b.
Cælum cum omnibus ſtellis appellari poteſt. 27. b.
Finis & perfectio omnium thermarum. 27. b.
Optima eſt propter omnes cauſas. 38. a.
Omnibus patet, qui haurire volunt. 38. b.
Aurum potabile eſt a natura factum. 53. a.
Præſtat ea, quæ Fabariæ thermæ. 53. a.
Mineralium quot, qualia, quantaq; contineat. 54.b.ſeq.
Primi fontis calida eſt in ſecundo, ſicca in primo. 55. a.
Secundi fontis ad ſecundum frigida eſt & humida. 55. a.
Tertii fontis temperata eſt, uel parum calida. 55. b.
Tertii fontis excellentia in omnibus. 55.b.ſeq.68.
Diuerſas & contrarias operationes quomodo præſtet. 56.ſeq.
Ventriculum calefacit, iecurq; ſimul refrigerat. 57. a.
Quos morbos curet in laconico 61. in balneo, 62. in ducia 63. in luto 64. in potu. 65.

Gal-

Gallicam luem quomodo curet. 66. a.
Febres ſanat 66. a. ex Galeno. 66. b.
Ventriculi morbis omnibus tam per ſe, quam per conſenſum, indeq; ortum habentibus conuenit. 66. b. ſeq.
Non ſolum materias malas euacuat, ſed nouas regenerari prohibet, & radices morborum, intẽperies viſcerum extirpat. 68. b.
Inteſtinorum affectiones curat. 70. b.
Hepatis morbos omnes & per ſe, & per conſenſum, & inde oriundos quomodo ſanet. 71. ſeq.
Corroborationem in viſceribus derelinquit. 71. b.
Humores omnes purgat. 71. b. ſeq. 137. b.
Aluum quando ciet. 72. a. 137. b.
Cutis affectiones omnes tollit. 72.
Capitis affectus externos, internoſq;. 73. a.
Ad animi prudentiam quomodo faciat. 75. a.
Equos aſthmaticos (bolſi dicuntur) ſanat. 73. a.
Renum veſicæq; paſſiones tollit. 74. a.
Contagionis ſeminaria abolet. 74. b.
Peſtilentiæ, venenoſisq; humoribus bezaartica eſt. 74. b.
Vlceribus malignis conducit. 75. a.
Hyſtericis, vteri affectibus omnibus, ſterilitati, molę, aborſibuſq; prodeſt. 75.
Podagram & arthritidem ſemper iuuat. 75. b.
Deſunt tamen lauacra, porticus. 79. a.
Quam iocundus ſit locus ille. 79. a. b.
Medici ſunt conſulendi in eius uſu. 80. ſeq.
Solo eius vſu multi ſanati. 81. b.
Pericula imminentia non purgatis. 81. b.
Commoda ex purgatione euenientia. 82.
Adiumenta varia addenda. 83. ſeq.
Si non egrediatur, quibus ſuccurrendum. 84. a.
Totius rei ſumma eſt eius penetratio. 84. a.

Alteratur a frigiditate nocturna 85.b.rore cadente 86.a. pluuia,niue,grandine,illuuione,incidentibus, animalibus diuerſis 86.b.hominibus bibentibus,lauãtibus, vaſibus immundis, cæno, euaporante ſulfure, ſpiritibus, deſcendẽte ochra,ferro argento,auro,ſupernatantibus bitumine, ſulfure,alumine.86.b quæ omnia deuitari poſſunt canna aquam excipiendo. 87. a.
Aſſumpta in loco ipſo longe efficacior eſt. 87. a.
Delata vaſibus ligneis inficitur, vitrea meliora. ibid.
Syncera delata parum virtutis amittit. 87. a.
Calefacienda eſt duplici vaſe. 87. a.
Quam calida debeat bibi. 87. a.
Frigida ſi poteſt bibi melius eſt. 87. b.
Cauendum ne fabricatione immutetur. 87. 6.
Balneum,laconicum,lutum,quomodo inficiantur,ac purgari debeant. 87.ſeq.
Chiragroſi ea lauent manus. 88. a.
Caliditas varianda diuerſas ob cauſas. 88. a.
Quantitas certa determinari nequit. 88. b.
Quibus de cauſis varianda ſit quantitas. ibid.
Aliquando maius iuuamentum percipitur poſt eius vſum. ibid.
Requiritur proportio inter eam & aſſumentes. 89. b.
Quantitas nimia ſuffocationem inducit. ibid.
Primo die non eſt incipiendum a maxima quantitate, nec vltimo deſinendum. 90. a
Intermittendum eſſe aliquando. 90. b.
In fine citius procedere quam in principio cur. 90. b.
In quantitate præſcribenda duabus diſtinctionibus maxime opus eſt. 90. b.
Si bibitur ad euacuandum,copioſius, ſi ad corroborandum parcius,nec impetuoſe bibatur. 90. b.
Si ad pulmonis vitia bibitur, lambendo fiat. 91. a.
Horæ ſpatio tota bibenda eſt, in vices partiendo, &

blande

blande,ſæpius reſpirando. 91. b.
Quantitas balnei,laconici,& luti,vnde. 91. b.
Qualis ſtatui debet. 92. b.
Non perſeuerandum ſemper,donec morbus perfecte ſit abolitus. 91.b.ſeq.
Tempus conueniens ad bibendum. 93.a.ſeq.
Coacte,quo tempore morbus vrget. ibid.
Ex electione,cum aqua & aſſumens ad id optime ſe habent. ibid.
Aqua ex ſui natura ſemper eadem eſt. ibid.
Hyeme inſyncera redditur. 93.a.ſeq.
Vere non ſemper eſt conueniens. 93. b.
In veris fine tutius bibitur tertii fontis, & autumni principio, æſtateq; tota, ſi eſt moderata, ſed non primi fontis. hyeme abſtinendum. 95. a.
Balnei, laconici, & luti idem tempus, ſed latius, vere tamen magis quam autumno. 95. b.
Podagrici quocunq; tempore feliciter lauant pedes. 95. b.
Conſuetudo balneandi qualis ſeruatur. ibid.
Mane cur conuenit bibere eam. 96. a.
Quocunq; anni tempore, & quacunq; hora diei bibere malum; damna.n.multa inducit. 96. b.
In Lunæ aſpectibus, anno biſextili, peſtilentię tempore,Barzæ anno non abſtinendum. 97. a.
Modi diuerſi intus eam aſſumendi. 98. a.
Ad præſeruandum toto anno, ad æſtus maximos, cum incaleſcendum eſt. 98. b.
Præſeruat a multis morbis. ibid.ſeq.
Ventriculo roborando ſi bibitur,lecto quieſcendum. 99. a.
Deambulatio quam conferat ad eam digerendam. 99.a.ſeq.
Sudor non ſemper prouocandus, & quando. 99. b.
Currere eo tempore non conuenit. 99. b.
Frigiditas ambientis tunc vitanda. 99. b.
Pedum frigiditas noxia ventriculo,inteſtinis, ueſicæ. ibid

ibid. 140. b.
Balnei modi diuerſi. 100.a.
Senſim ingrediendum,ne fiat horror. ibid.
In balneo cur quieſcendum. ibid.
Egreſsi linteis excepti lecto ſudent. 100. b.
Lecto quieſcere a balneo quantum conferat. ibid.
Exercitium poſt balneum quam vtile. ibid.
Embrocationes ſincipite cur excipiendæ. ibid.
Quantum temporis perdurandum. 101.a.
Quid poſt embrocationem agendum. ibid.
Laconici multiplex vſus. quidq; ſeruandum. 101.b.
Luti duplex vſus quomodo fiat. ibid.
Ordo ſeruandus, ſi potu ſimul & balneo, reliquiſq; opus ſit. 102.a.ſeq.
Potu ſimul & balneo vti malum. 102.b.
Lepræ exemplo quo ordine procedendum. 103.a.
Podagra quo ordine curanda. 103.b.
Aer potu minus, aliis magis obſeruandus. 104.a.
Locus Returbii & Ripæ quam ſaluberrimus. 104.b.
Exercitium ante potum quam maxime conferat. 105.a.
Sed velociſsimum, lædat, dum bibitur. 105.b.
Moderatum conuenit etiam toto die. ibid.
Quieſcendum biduo fatigatis itinere. 106.b.
Diſcedentes iter commode partiantur. ibid.
Somnus meridie lędit tam potu quam balneo. 106.b.
Conſuetis tamen quomodo concedendus. ibid.
Hilariter tunc viuendum eſt. 108.a.111.a.
Frugaliterq; ſed in hoc delinquitur. 108.a.
Cibus non ſemper ſit attenuans, ſed qualis. 108.b.
Vinum quale conueniat. 109.a.
Cœna in balneo ſit copioſior, in potu parcior. 110.b.
Animi alacritas tunc quam maxime confert, & quomodo ſit procuranda. 111.a.ſeq.
Euacuationes omnes moliendæ ſunt. 111.b.ſeq.

Vrinæ

Vrinæ euacuationi potiſſimum attendendum. 112.b.
Vrina colligenda, vt quantitas iudicetur. ibid.
Retineri poteſt in diuerſis corporis partibus,& quomodo educi a ſingulis debeat. 112.b.140.a.b.
Coitus an peſtiferus ſemper tunc. 113.b.
In vſu moderato tam arctis regulis, vt aliqui iubent, opus non eſt. 114.a.
Arabes de thermis abſq; Methodo ſcripſerunt. 2. a.
Arabibus fere omnia debemus in materia medicamentorum. 79. b.
Archigenes optime ſcripſit de potu thermarum. 89. b.
Archimedis ſpeculum combuſſit hoſtium triremes. 18. b.
Architas quomodo cognouit fraudem argenti auro miſti in corona a Dionyſio Apollini dicata. 50. b.
Argentei nummi aqua Returbii fiunt crocei. 6. a.
Argentum copioſius quam aurum eſt in aquis Returbii. 9.a.15.a.
In aurum conuertitur. 15. b.
Quomodo generetur. 25.b.49.a.
Quam late extendatur. 50. b.
Quos morbos ſanet. 50. a.
Argenti ſpuma quid vere ſit,& qualis. 49. b.
Argentum viuum eſt materia omnium metallorum. 49. a.
In omnibus metallis reperitur. ibid.
Duabus maxime contrariis partibus conſtat. ibid.
Tactu frangit aurum. 51. b.
Tyrannus metallorum appellatur. ibid.
Ariſtoteles de thermis pauca ſcripſit,& ſe indigna. 2. a.
De cauſa caliditatis quid. 18. a.
Sub terra ignem contineri. 19. b.
Duo genera ſubterraneorum fecit. 21. a.
Vnam ſolam generationem thermarum agnouit. 22. b.
Ferrum non eſſe fuſile quomodo intelligatur. 48. a.
Deſtillationes ſolas pituitoſas dixit. 124. a.

Hominem cæteris maius cerebrum, minus tamen
caput habere, vere dicit. 124. a.
Aſſa elixis humidiora eſſe quomodo. 128.b.
Sternutatione curari ſingultum quomodo. 13.b.a.
Arnaldi ſententia de auri qualitatibus. 50. b.
Arrugia aurum e montibus effodi. 7. a.
Articulos lędunt vinum & acetum. 108.a.b.
Arthritis quomodo fiat cureturq; ab aqua Returbii. 75. b.
Aſpalatus qualis ſit. 41. b.
Aſphalti odor in aquis Returbii. 6. a.
Aſphaltum eſt bitumen ſenio vel igne induratum. 12. b.
Aſſa quomodo elixis humidiora dicantur. 129.a.
Atomi volitantes per aerem quid ſint. 34. b.
Attenuans cibus non ſemper in thermis conuenit. 108.b.
Auerois opinio de cauſa caliditatis. 18. a.
De extractione formarum refutatur. 56. b.
Auicennæ opinio de cauſa caliditatis. 18. a.
Ignem eſſe ſub terra. 20. a.
Error de aquæ decoctione. 35. a.
Error in compoſitione hieræ Galeni. 82. b.
Contradictio de ſemine citri. 133.a.
Defenditur contra Manardum. 134.a.
Aurum colligebatur prope aquas Returbii. 7. a.
Ex ſedimento earum. 9. a.
Ineſſe aquis Returbii probatur. 15. a.
A natura primo intenditur. 15. b.
Quomodo a natura generetur. 25. b.
Cur ab omnibus deſideretur ratio cabaliſtica. 5. a.
Qualitates fere cæleſtes habet. 50.a,b.
Elementa perfecte miſta continet. 50. b.
Quam maxime expandatur. ibid.
Ad vitam producendam quam maxime facit. ibid.
Iouiales & Solares ſpiritus generat. 51. a.
Potabile fit. 51.a.52.b.53.a.

Deſtil-

Deſtillant Magni Hetruriæ Duces. 51. a.
Non conferre valetudini, confutatur. 51.ſeq.
Conſumi probatur. 51. b.
Agit ſpiritibus, non materia. 52. a.
Ad morbos curandos facit. 52. b.
Per aquam in ramentis innatat. 53. a.
Extinctum reddit potum gratiorem. 131. b.
Autumno cur thermæ non conueniant. 93.b.ſeq.

B

Baccius vir multæ lectionis & primarius ſcriptor thermarum. 31. b.
Thermas feruere ob admiſtionem mineralium, cineris, uel calcis reprehenditur. 14. b.
Feruorem thermarum eſſe gradum naturalium qualitatum earum redarguitur. 31. b.
Galeni authoritatem contra ſe adducit. 32. a.
Sibi repugnantia ſcribit. 32. a.
Aluminoſas aquas frigidas eſſe non recte, & contrarium ſibi ipſi dicit. 43. a.
Aurum non conferre valetudini confutatur. 51.ſeq.
in thermis non reperiri ait, contra Ariſtotelem. 53. a.
Gallicæ lui thermas omnes nocere refellitur. 74. a.
Galenum 4.tuend.4.de potu thermarum loqui confutatur. 80. a.
In quantitate thermarum bibenda redarguitur. 89. b.
Thermas frigiditate noctis magis eſſe concoctas reicitur. 93. a.
Deambulationem ex Archigene ab ipſo propoſitam ante potum thermarum non ſeruat. 105.
Cænandum copioſius eſſe in potu thermarum non recte iubet. 110.a.
Balnea calidas & frigidas ſiccitates curant. 57. b.

Aquæ dulcis contraria præſtant. 60. b.
Magis humectant quam laconicum. 61. a.
Quas facultates habent. 62.b.vſum triplicem. 63. a.
Quomodo inficiantur,& purgentur. 87.b.ſeq.
Vel ſanare vel interficere prouerbium vnde. 89. b.
Earum quantitas vniuerſalis & particularis quæ. 91. b.
Tempus 95.a.uere cur melius quam autumno. 95. b.
Modis diuerſis fieri poſſunt. 100.a.
Calida ſenſim ingredienda; frigida ſubito. ibid.
In illis cur quieſcendum. ibid.
Egreſſi quomodo excipiendi. 100.b.
Obſeruationes communes habent cum laconico, lutoq;. ibid.
Simul cum potu thermarum lædunt. 102.b.
Tam caliditatem aeris quam frigiditatem timent. 104.a.
Domi facere tutius eſt, 104.a.
Exercitium ante,& poſt deſiderant. 106.a.
Interim dormire malum,poſt bonum. 107.a.
Poſt cibum multipliciter lædunt. 109.a.
Poſt ſtatim edere vel bibere noxium. 109.a.b.
Balneum Mariæ ad deſtillandum optimum. 23. a.
Barathrum ignis inferni in centro terræ. 19. a.
Barza Lumellinæ inundatio ſeptennalis. 97. b.
Thermis Retutbii non obeſt. ibid.
Bauerius nimis interponit ab vna vice ad aliam in potu Thermarum. 91. b.
Cum ſimul potus & balneum conuenit,ordinem nō ſeruare redarguitur. 102.a ſeq.
Beccariæ familiæ Illuſt.Comites Retutbii Domini. 5. a.
Bendinellus male interpretatur Auicennam, quomodo ferrum lieni conueniat. 48. b.
Pituitam ſemper purgandam ante thermas refellitur. 82. a.
In quantitate balnei quotidie emendatur. 92. a.

Ver

Ver medicis incipere vt Aſtrologis refutatur. 94.b.ſeq.
Aquis thermarum incoquenda eſſe cibaria, & vinũ miſcendum reprehenditur. 98. b.
Bezaarticam virtutem continent aquæ Returbii. 74. b.
Bilis in fine veris cur purganda præſeruando. 94.a.b.
Biſextili anno a thermis non abſtinendum. 97. a.
Miranda fieri vanum eſt. ibid.
Saturnum ex quaternario non efficere. ibid.
Non naturæ, aut cælorum, ſed Cæſaris opus. cur factum,& vnde nomen biſextus. 97. a.
Bitumen in aquis Returbii ineſſe probatur. 12. b.
Cur aquis probe non miſceatur. 22. a.
Quomodo a natura generetur. 25.a.b.
Circa vaſa coquinaria,& parietes caminorum quomodo fit, præſagium futuræ pluuiæ. 25. b.
Duodecim eius genera,& diuerſæ partes. 41. a.
Diuerſis morbis conferre. 42. b.
Bolſi, ideſt aſtmathici equi, Returbii aquis curantur. 73. a.
Braſauolus quæ aqua ſit melior deceptus. 34. a.
Aurum non conferre valetudini confutatur. 51.ſeq.
Parietariam non curare vrinæ retentionem, vel comprimendo id facere refellitur. 112 b.
De qualitatibus ſeminis citri Oedipum optat. 133.a.
Damaſcena pruna aluum ſiſtere confutatur. 138.b.
Buccaferri limitatio de ferro Ariſtotel. non vera. 48. a.
Bugloſſa conuiuia læta facit. 130. b.

C

CAlderianæ aquæ ſolum æſtate conueniunt. 93. b.
Calidarium vide Laconicum.
Caliditas cauſas diuerſas habet. 18. a.
Actualis non eſt qualitas thermarum. 31.ſeq.

Intenſa

Intenſa conſtringit. 88.a.100.a.
Maxima in vſu thermarum quomodo curanda. 116.b.
Flatum non diſcutit,niſi valenter digerat. 133.a.
Re uera non trahit. 123.b.
Calor ad deſtillandum varius. 8. a.
Cæleſtis ſpiritualis eſt. 19. a.
Calx calidiſsima e lapidibus frigidiſsimis fit igne 23. a.
Semel madefacta,non amplius efferueſcit. 14. b.
Sub terra generari poteſt. 14. a.
Canna excipiendæ ſunt aquæ Returbii ut integræ colligantur et ſynceræ. 87. a.
Cantharides Vrinam cientibus miſcentur. 47.a.141.a
Capitella plumbi in deſtillatione ceruſam exudant. 23. a.
Vitri,vitreataq;, argenti,& auri optima. ibid.
Capparis radices contrariis conſtant facultatibus. 58. a.
Capricornum oppoſitum abſidis ſolis. 18. b.
Caput quibus deſiccetur medicamentis. 85.a.b.
Hyeme non embrocetur. 95. b.
Replentia in thermis vitanda. 109.a.
Dolens in vſu thermarum quomodo curandus. 119. a. ſeq.
Si afficitur quæ vena ſecanda. 122.b.
Tegatur in vſu thermarum. 123.a.
Vſu thermarum ad contraria mutatur. 123.b.
Minimum habet homo inter animalia. 124.a.
Cardanus de cauſa thermarum confutatur. 17.a.b.
Cardialgia qualis paſſio. 69. b.
Carnis aſſatæ ſuccus facile nutrit. 116.a.
Catarrhi quomodo fiant. 123.ſeq.
Cur nocte magis abundent. 110.a.
Cœna ſobria indigent. ibid.
Catellus accubans coctionem ventriculi iuuat. 130.b.
Cedrea conſumit ſuperflua non ſolida. 61. a.
Centrum terræ ignem continere probatur. 18. a.

Continet

Continet omnes cauſas caliditatis. ibid. 19. a.
Cerebrum facit ad generationem catarrhi. 123. b. ſeq.
Magnum habet homo inter animalia. 124. a.
Vulneratum an mortem afferat. 124. b.
Per quas vias demittat catarrhos. 124. b.
Ceruſa generatur in capitellis deſtillatoriis plumbi. 23. a.
Chalcanthum in aquis Returbii ineſſe probatur. 13. b.
Non concreſcit niſi admiſtione æris. 13. b. 46. a.
Rubeſcit igne ſi ære ſit miſtum. 14. a.
Vitriolum cur dicitur, cuiuſq; qualitatis. 46. a.
Lotum mordacitatem amittit. 46. b.
Oleum in aqua febrientibus propinant Hiſpani. ibid.
Ad varios morbos facit. ibid.
Inſperſum oris Leonum, nequeunt mordere. 47. b.
Chaldeorum opinio de caliditate thermarum. 17. a.
Choleræ ſuperuenit conuulſio ſurarum. 117. b. ſeq.
CHRISTIERNA Daniſmarchia Sereniſsima. 4. b.
Cibus potentia continet omnes partes corporis. 60. a.
Medicamentis miſtus an conueniat. 98. a.
Aquis thermarum an miſcendus. 98. b.
Poſt exercitium ſtatim varie lædit. 106. a.
Quem ſequitur ſtatim exercitium etiam mentis. 106. a.
Qualis in vſu thermarum conuenit. 108. b.
Paulo deterior, dummodo gratior, melior. 108. b. ſeq.
Caput replens uitandus in thermis. 109. a.
Potu finiri non conuenit. 109. b.
Lubricans multiplex proponitur. 112. a.
Cinis lotione non amplius calefacit. 14. b.
Circulatio in decoctionibus quomodo fiat. 35. a.
Citri ſemen calidum ne an frigidum. 133. a. ſeq.
Cortex calidior eſt quàm dixerit Galenus. 134. a.
Acidum conferre pulmoni falſo attribuit Manardus Auicennæ. ibid.
Clyſteria ex aquis thermarum. 64. a.

Cœleſtis

Cœleſtis calor non eſt materialis ſed ſpiritualis. 19. a.
Craſſities quam maxima ſit. 18. b.
Subſtantia eſt ſpirituoſa. 52. b.
Cœna in catarrhis ſit tenuis,contra alios. 110.b.
Cœnum vide lutum.
Coitus ſtomachum ſemper lædit. 113.b.
Repente in thermis aliquos cur extinxit. ibid.
Maxime ſpiritus exinanit. ibid.
Peſtifer omnibus non eſt ut aliqui dicunt. 114.a.
Colopodio vno cur non omnes calceandi. 81. a.
Columbi in re Medica qui ſint. 29. b.
Commentarii hi cur Regi, Senatui,Prætoriq; dicati. 79. a.
Conſiligo pſeudo elleborum, enneophyllonq; dicitur. 85. a.
Phthiſicos curat. 39.b.85.a.
Apud Matthiolum picta toto diſtat cælo.qualis ſit. ibid.
Conſuetudo ſenibus fruſtra mutatur. 110.a.
Contagium quomodo fiat,cureturq;. 74.a.b.
Conuulſionis ſurarum in thermis cauſæ,curatioq;. 117.b.ſeq.
Conuulſio an tantum fiat inanitione & repletione. 118.b.
Coralli quomodo in nos agant. 52. b.
Cornu Menocerotis vulgare eſt impoſtura. 137. a.
Coronalis commiſura embrocationi cur apta. 100.b.
Corpus humoribus quomodo repleatur. 69. a.
Magnum paruumq; variat quantitatem medicamentorum. 91. a.
Crocus inappetentiam facit, & & mentem lædit. 130.b.
Cucurbitulæ re vera non trahunt. 123.b.
Incantamenti ſimile flatum curant. 132.b.
Cutis ſola præcipueque volæ manus temperata eſt. 56. b.

Damaſcena

D

Damaſcena pruna aluum ne cieant. 138.b.
Deambulandum ne ſit ſemper in potu thermarum. 99. b.
Quam maxime conferat digeſtioni aquarum. 99. b.
Poſt cibum quando conueniat. 120.a.
Debilitatis in thermis cauſæ & curatio. 115.a.
Decoctio aquæ quid agat. 7.b.34.b.
Quomodo perfectiſsime fiat. 35. a.
Docetur optime ab Hippocrate. ibid.
Defectus animi in thermis cauſæ & curatio. 115. a.
Defenſiua applicanda poſt vſum thermarum. 85. b.
Defluxionum in thermis cauſæ, curatioq;. 123.a.ſeq.
Delectatio fit reditu ad naturale quomodo. 104. a.
Democriti opinio de caliditate thermarum. 117. a.
Dentes cur ſtupeſcunt ſtridore. 24. a.
Deſtillatio quid differat ab ebullitione. 7. b.
Cur magis conuenit ad diſſolutionem thermarum. 8. a.
Quomodo fiat mitis. ibid.
Vnica non ſufficit ad cognitionem thermarum. ibid.
Optima ad thermas indagandas qualis. 8. b.
Calefacit quæ deſtillantur. 23. a.
Ad balneum Mariæ optima. ibid.
In vaſibus plumbi quam peſſima. ibid.
Deſtillationes capitis quomodo fiant, vocenturq;. 123.ſeq.
Pituitoſas ſolum nouit Plato & Ariſtoteles. 124.a.
Etiam acres curat ſinapiſmus. 126.a.
Ad pulmonem lædunt gargariſmata, maſticatoriaque. 126.b.
Diachalciteos Gal. medicamentum quale. 58. b.
Dioſcorides ſulfur prohibere ſanguinis profluuia non recte dixit. 41. b.

In generatione lithargyrii errat. 49. b.
De coriandro reprehenditur a Galeno. 80. b.
Damaſcena ſiſtere aluum a Galeno arguitur. 138.b.
De cauſa nominis oxylapathi aliud quam Gal. 138.a.
Diſpenſarium errat in compoſitione Hieræ Gal. 82.b.
Diſtantia cæli non impedit eius caliditatem. 18. b.
Diuretica medicamenta multa. 84.a.141.a.
In affectibus pulmonis ſorbitioni miſcenda. 127.a.
Doloris capitis in thermis cauſæ,curatioq;. 119.a.
Dolor ex ſola vnitatis ſolutione uere fit. sed ad opus medicum ex intemperie etiam fieri dicitur. 119.b.
Vere non trahit. 123.b.
Doloris ventriculi in thermis cauſæ,curatioq;. 133.a.
Domicilia qualia eſſe debent. 104.b.
Dondi opinio de caliditate thermarum. 17. b.
Dormire ſoliti læduntur tempeſtiue ſurgendo. 96.b.
Ducia uide Embrocatio.

E

EBullitio, euaporatio,& elambicatio quid differant. 7. b.
Efficiens cauſa efferueſcentiæ thermarum varia ſtatuta fuit ab aliis,confutanturq; omnes. 17.a.ſeq.
Probatur autem eſſe ignis a radiis cæli continuo productus in centro terræ,generans pariter omnia ſubterranea. 18.a.ſeq.
Elambicatio vide deſtillatio.
Elementa omnia inuicem ſemper eſſe commiſta. 21. a.
Formas ne accidentales an ſubſtantiales habeãt dubitatur. 22. b.
Exacte potius mente conſpiciuntur, quam exiſtant. 33. b.
Nulla vere ſincera. 34. b.
Neq; nutriunt vlla. 35. b.

Elixa aſſis ſicciora ſunt,ſed alimentum humidius nobis præſtant. 129.a.
Embrocatio quos morbos ſanet. 63.a.b.
Cur potentius agat quam balneum. 63. a.
Quo tempore fieri debeat. 91. b.
Qua parte capitis excipienda. 100.b.ſeq.
Quandiu perſeueranda. 101.a.
Quid poſtea agendum ſit. ibid.
Somnum maxime inducit. 107.a.
Empedoclis opinio de caliditate thermarum. 17. a.
Energia medicamentum eſſe tale quid ſit. 30. b.
Enneaſphyllon cur appelletur conſiligo. 85. a.
Epidimiæ tempore an thermæ conueniant. 97. b.
Epilepſia ſubito ſit reſoluiturq;,quod ſit a craſſo humore quomodo intelligatur. 118.a.
Conuulſio non facit,quod conſtringatur cerebrum, non quod repleatur, vt vulgo dicitur. 118.b.
Corpus ne cerebri,an ventriculos magis lædat. 124.a.
Equi aſthmatici (bolſi) curantur aquis Returbii. 73. a.
Euacuationum diuerſa genera. 80. a.
Omnia in thermis molienda. 111.b.ſeq.
Exercitium vrinæ color an indicet vt Gal. 96. a.
Poſt balneum quantum conferat. 100 b.
Ante potum thermarum quam maxime conducat. 105.a.b.
Ne faſtidio ſit quid agendum. 106.a.
Non ſtatim ſequatur cibus,quod lædat. 106.a.
Nec animi nec corporis a cibo conuenit. ibid.
Tam ante quam poſt balneum conducit. ibid.
Expirationem muſculi facientes Gal.contradictio. 127.b.
Extraordinariis morbis extraordinaria remedia. 126.b.

F

Fallopius confutatur quod ſal ſcintillare dixit. 13. a.
Alumen cum galla facere nigrum colorem. 13. b.
De caliditate thermarum. 17. b.
De ferro Gal. male interpretatur. 48. a.
De ſpuma argenti Gal. peruertit. 49. b.
Aurum non conferre valetudini. 51. ſeq.
Aurum in thermis non reperiri. 53. a.
Thermas theriacamq; eſſe medicamēta empirica quod contrariis conſtent, & contraria curent. 58. b.
Medicamenta contrariis non debere componi, nec ad contraria valere. contra Gal. 58. b.
De potu thermarum Gal. ſcripſiſſe 4. tuend. 4. 80.
Aleardum non intellexit de quantitate potus. 89. b.
Herodoti ſententiam de quantitate thermarum nec intellexit, nec obſeruauit. 90. a. ſeq.
Febris in thermis cauſæ, & curatio. 117. a.
Hectica an fieri poſſit a principio. ibid.
Ferrum ineſſe in aqua Returbii. 9. a. 16. a.
æri ſimile quomodo reddi poſſit. 16. a.
Argentum & aurum poteſt continere, ſed non in illa conuerti, cur. ibid.
Cur rubiginem faciat. 25. b.
Quomodo à natura generetur. 47. b.
Non eſſe fuſile quid intelligat Ariſtoteles. 48. a.
Ad quos morbos conueniat. 48. b.
Telephi vulnus curaſſe quid. ibid.
Ferreæ aquæ facultas ad quos morbos. ibid.
Finis rerum duplex cuius, & cui. 24. b.
Flabellis quomodo refrigeratio fiat. 100. b.
Flammas euomentia loca diuerſa. 19. a.
Flatus quomodo in thermis fiant, curenturq;. 131. b.
Non diſcutiunt calida, niſi valenter digerant. 132. a.
Cucurbitulæ curant, vt incantamentum. 132. b.

Flumina quomodo generentur 21. b.
Fœmina generatur uincente matris ſemine. 49. a.
Fætida cur hyſtericas iuuant. 115.b.
Fomento quomodo doloribus conferunt thermæ. 65.a.103.a.
Fontes Returbii, vide aqua Returbii.
Fontes quomodo generentur. 21. b.
Formæ ſubterraneorum vnde fiant. 22. b.
Thermarum vnde. 23.a.qualeſq;. 26.b.55.b.
Spirituales potentius agunt. 24. a.
Perfectæ ſpiritibus vtuntur, imperfectæ inſunt. 24. b.
Sunt quid tertium à compoſitis. 24. b.
Inferiores continentur à ſuperueniente. 59. a.
Non extrahuntur,vt ait Auerroes,ſed imprimunt. 56. a.
Foſſilia cur ſint miſta imperfecta. 22. b.
Franciottus naturam pro tribunali ſedẽtem agere omnia,ut iudex,non vere dixit. 99. a.
Tempus cibandi in thermis incerto ſtatuit. 109.b.
Frictiones ſupplent vices exercitii. 100.b.
Ad reuellendum aliter fiunt quam ad deriuandum. 125.b.
Frigiditas an ingrediatur opera naturæ. 25. b.
Ambientis vitanda in vſu thermarum. 99. b.
An faciat flatum & ructum. 131.b.
Cur mordax vlceribus,conuulſionemq; facit. 135.a.
Pedum ventriculo.inteſtinis,veſicæ mala. 99.b.140.b.
Frixorio cur citius carnes coquantur. 64. a.
Fructus diuturnitate cur rugas contrahunt. 23. b.
Fuchſii error de generatione lithargyrii. 49. b.
Fumanellus in quantitate balnei emendatur. 92. a.
æſtate ſolum thermas conuenire reprobatur. 93.b.
Thermis cibaria incoquenda, vinumq; miſcendum. 98. b.
Cœnandum copioſius in potu thermarum,male. 109.b.

Galeacii

G

Galeacii Brugoræ optimæ qualitates. 78. b.
Galenus Medicinæ pelagus ampliſſimum. 29. b.
Quam maximæ vtiles doctrinæ mortalibus. 79. b.
Maxime admirandus & imitandus. 126.b.
Summe laudandus in methodis,non in medicamentis. 79.b.
Tertium genus addidit ſubterraneis. 21. a.
Imitatores veros quos habeat. 30. a.
Imperfecte a Baccio adductus, perficitur. 31. b.
Trifolii nomine multa ſimplicia appellat. 42. a.
De balneis thermarum pauca, de potu nihil, contra multorum opinionem,ſcripſit. 79.ſeq.
De coriandro Dioſcoridem reprehendit. 80. b.
Ex Dioſcoride ferè omnia ſolet exſcribere. 127. a.
Falſo ab aliquibus inſimulatur inter actiones læſas non repoſuiſſe ſuperauctas. 129. a.
Galenus declaratur de decoctione aquæ. 34. b.
De exacte adſtringentibus. 36. a.
Bitumen eſſe calidiſſimum,& immodice calidum. 41. b.
Sal abunde calefacere. 44. a.
Chalcanthum ventriculo,naturæq; humanæ eſſe inimicum. 46. b.
Aurum eſſe frigidum & ſiccum. 50. b.
Odoratum fieri per halitum . 52. a.
Aquam eſſe qualitatis expertem. 53.b.ſeq.
Thermas omnes eſſe calidas & ſiccas. 55. a.
Odores calidos caput replere. 62. a.
Aquam in febribus propinandam quo tempore. 66. a.
Omne opus Medici curatiuum eſſe. 98. b.
Cur manus frigida, cum ſubito calefit,dolet. 104.a.
Somnum ex ſiccitate fieri quomodo. 110.a.
Symptomatis nomine abutitur ad febres. 117.

De

De conuulſionibus ſurarum in cholera 118.a.
Dolorem fieri ab intemperie, 119.a.b.
Iracundi nomine abutitur. 122.a.
A debilioribus remediis inchoandum eſſe. 126.b.
Singultus omnes vnico remedio non poſſe curari. 135.b.
Lac aſinæ nullam habere acrimoniam. 139.a.
Vuas penſiles non ciere aluum. 138.b.
Galenus arguitur quod de thermis,quę promiſerat ſcribere, velut immemor prætermiſit. 2.a.80.a.b.
Vnam ſolam generationem thermarum poſuit. 22. b.
Hippocratem de aquæ decoctione non intellexit. 35. a.
Dioſcoridem de trifolio perperam intellexit. 42. a.
Aſclepiadis doſim hieræ incurioſe exſcripſit. 83. a.
L.Quos & quando purgare oportet non fecit. 94. a.
An ſignum exercendi ab vrina ſit verum. 96. a.
An inedia vrina fiat magis rufa. 96. a.
In impiis rationibus de anima. 111.a.
L. De Renum affectionibus non feciſſe. 117.a.
Epilepſiam in paralyſim non finiri. 124.b.
Farfaræ fuliginem ex prunis excipiendam. 126.ſeq.
Viticem frigidum eſſe. 132.b.
Citri corticem ex Auicenna calidum. 134.a.
Ab humiditate vrinæ acrimoniam fieri. 139.b.
Galeni contradictio Aqua an ſit ſyncera. 33.b.ſeq.
Aqua an aerem admiſtum habeat. 34. a.
Aqua an humectet,& an nutriat. 35. b.
Senium an corrigi poſſit. 35. b.
Terra an ſit extreme frigida & ſicca. 38. b.
Terra an calculoſis obſit,iuuetue. 39. a.
Sulfur ne corrodat. 40. a.
Bitumen an ſimplex ſit,& ſponte natum. 41. a.
Bitumen an ſit calidum in ſecundo an in tertio. 41. b.
Adſtringentia an omnia frigida. 43. a.

Sal an calidum valde ſit. 44. a.
Sal an cieat aluum contra Hippocratem. 44. b.
Aloe an ſtomacho ingrata. 46. b.
Amara pariter, & ſalſa. ibid.
Cicorium lactucaq; an mali ſint ſucci. 46. b.
Argenti ſpuma an exulceret. 49.b.ſeq.
Aqua an ſit qualitatis expers. 53. b.
Qualitates medicamentorum an miſtione retundantur. 58. b.
Odores an caput repleant. 62. a.
Balneum an euacuet totum corpus. 62. b.
Humida intemperies an facilius curetur. 67. a.
Aloe an totum purget. 82. b.
Hieræ quæ ſit quantitas. 83. a.
Aqua ſub terra an hyeme calidior 93. a.
Delectatio an fiat reditu ad naturale. 104.a.
Somnus poſt balneum an conueniat. 107.a.
Somnus an ex ſiccitate fiat. 110.a.
Vterus an moueatur a fœtidis ad odorata. 115.b.
Vinum in ſyncope calidum an frigidum conueniat. 116.a.
Lupinum iecur an hepatis affectionibus proſit. 117.a.
Renibus laborantibus vnde ſanguis mittendus. ibid.
Hectica febris an fiat à principio. ibid.
Febris ne ſit appellanda ſymptoma. 117.a.
Apium an in febribus conueniat. 117.b.
Conuulſiones ſurarum an ab inanitione. 118.a.
Cerebrum an ſentiat. 119.a.
Dolor an fiat a ſola continui ſolutione. 119.b.
Siccitas an dolorem faciat. 119.b.
Dolorem ne faciat humiditas. ibid.
Deambulare poſt cibum an conueniat. 126.a.
Oleum roſatum an ſolum refrigeret. 121.a.
Aqua roſacea an frigida. 121.a.
Smyrnium epilepticis an conferat. 121.b.

Vigiliæ

Vigiliæ bilem ne,an cruditates faciant. 121.b.
Iracundi an temperamento frigidi. 121.b.ſeq.
Vertigo an vnius ſolum generis ſit. 122.a.
Localia an adhibenda toto non purgato. 122.a.
Capite affecto quæ uena ſecanda. 122.b.
In ſanguine narium an fronti topica conueniant,ante vſum diuerſionum. 122.b.
Caliditas dolorq; an trahant inflammationes. 123.b.
In Epilepſia an cerebri corpus magis, an ventriculi patiantur. 124.a.
In Apoplexia pariter. ibid.
Ventriculi cerebri qui principaliores. 124.a.
Vulnus ventriculorum cerebri an mortem faciat. 124.b.
Diſpnœa,ab aſthmate,orthopnæaq; an differat. 125.b.
Sinapiſmus ne conueniat deſtillationi calidæ. 126.a.
Diuretica an expectorationi conferant. 127.a.
Altheæ radix emolliat,an adſtringat. 127.a.
Inſpirationem, expirationemq; an muſculi intercoſtales externi interniue faciant. 127.b.
Theriaca ſitim ne ſedet. 128.b.
Appetitus principium in ventriculo an hepate. 129.a.
Canina fames quibus de cauſis fiat. 129.a.
Famem inducentium ſymptomatum ordo. 129.a.
Bulimos ne famem adiunctam habeat. 130.a.
Ventriculum an lædant fomenta calida. 131.a.
Flatus fluctusq; an a frigiditate fiant. 131.b.
Vitex ne calidus ſit. 132.a.b.
Citri ſemen an calidum. 133.a.b.
Citri cortex calidus ne ſit. 134.a.
Singultus an ſit conuulſio. 134.a.
An fiat ſolo uentriculi ore affecto. 134.b.
An fiat ſola repletione,inanitioneq;. 134.b.
Conuulſio an a repletione,inanitioneq; tantum. 134.b.

Mordax humor an euacuet repleatue. 135.a.
Frigiditas quomodo conuulſionem faciat. 135.a.
Singultui an oxymel noxium. 135.b.
Vomitus ne ciendus affecto ſtomacho. 137.a.
Oxalis aluum cieat, an ſiſtat. 138.a.b.
Oxylapathum lapathumq; pariter. ibid.
Acida an adſtringant. 138.a.b.
Damaſcena pruna an aluum ducant. 138.b.
Hiſpana pruna adſtrictionem ne præſeferant. 138.b.
Vua paſſa an aluum lubricet. 138.b.
Serum lactis an uentrem ſubducat. 139.a.
Vrinæ ſuppreſſionem an faciant dorſi affectiones. 141.b.
Veſica an urinam trahat. 141.b.
Gallica lues quid ſit ex Montano. 74. a.
Quomodo curata aquis Returbii. ibid. 66. a.
Gemmæ quomodo in nos agunt. 52. b.
Glauci qualitas, ut aqua fontana. 36. a.
Græci de thermis pauca tradiderunt. 2. a.
Gratarolus in quantitate thermarum repræhenditur. 89. a.
In ordine thermarum potus, & Balnei. 102.a.
Nullam aliam aquam tangendam tunc. 105.a.
Grauedines quæ appellentur. 124.b.
Grauidas miſſo ſanguine quando abortiant. 114.a.
Guaiaci decoctio quomodo fiat optime. 35. a.
Gutta uide Embrocatio.
Gypſum quomodo fiat. 14. a. 43.a.
Non eſſe in thermis Soleuander confutatur. 14. a.

H.

HAbitationes quales eſſe debent. 104.b.
Hæminæ quantitas uaria erat. 89.a ſeq.
Harmoniæ tria genera, quatuor modulationes. 76. a.
Hectica febris an fiat à principio. 117.a.
Hepar vide iecur.

Hers.

Heracliti opinio de igne. 19. b.
Hermolaus ex ſulfure oleum non fieri falſo ait. 40. a.
Hernia quomodo thermis curetur. 103. b.
Herodoti regula optima de quantitate balnei. 90. a.
Hiera Gal. optimum medicamentum ſtomacho. 82. b.
An totum corpus purget. ibid.
Male componitur a multis. ibid.
Hieracitus fluentem ſanguinem ſiſtit. 51. b.
Hilaritas quam maxime facit in vſu thermarum. 111. a.
Hippaſi opinio de igne. 19. b.
Hippocrates Medicinæ fons. 29. b.
De Thermis nihil ſcripſit. 2. a.
Ignem eſſe animam mundi. 19. b.
De aquæ decoctione a Gal. non intelligitur. 35. a.
Sal ſiſtere aluum quomodo intelligendum. 44. b.
Vomitusne æſtate magis quam hyeme conueniat. 70. b.
Pulſus vel non agnouit, vel neglexit. 79. b.
Thermarum aquas malas eſſe, in cibo intelligendũ. 98. a. b.
Poſt embrocationem caput ſiccandũ ait ſpongia Gal. ait melius linteis. 101. a.
Vtero gerentes miſſo ſanguine abortire quomodo ſit verum. 114. a.
An lædat euacuatio peccantis rei. 115. b.
Iracundi nomine abutitur. 122. a.
Capite affecto uenam internam ſecandam quomodo. 122. b.
Hiſpana pruna an adſtrictionem præſeferant. 138. b.
Hominis cauſa omnia facta ſuperbe dictum. 27. a.
Caput minimum, cerebrum maius quomodo. 124. a.
Honeſti deſiderium ſcopus eſt ſtudioſis. 2. a.
Honoris cauſa tantum operantes ambitioſi ſunt. 1. a.
Decus omnibus cariſſimum eſt. 2. a.
Præmio mortalibus virtus donatur. 2. b.
Hora cibandi in potu thermarum. 109. b. ſeq.
Humectent uere quæ, & quæ non. 35. b.

Humidum radicale ſi reſtitueretur non fieret ſenium. 35. b.
Humida per accidens aluum deiiciunt. 139.a.
Hyacinthus ſpiritualiter in nos agit. 52. a.
Hydrargyrum vide argentum viuum.
Hyeme an aqua calidior ſub terra. 93. a.
Aquæ thermarum cur inſyncere. ibid.
Non conueniunt in potu. 95. a.
Neq; embrocatione capitis. 95. b.
Hypociſtis vulgaris eſt Orobanche. 85. a.
Hyſterica paſſio quotuplex fiat. 75. a.
Ab aquis Returbii curatur. ibidem
Læditur odoratis, iuuatur fætidis cur. 115.b.

I

IAſpis virens ſtomachum adheſu iuuat. 51. b.
Ichores purgantia medicamenta. 113.a.
Iecoris morbos omnes per ſe,& per conſenſum, indeq; oriundos curant aquæ Returbii. 71.ſeq.
Munus in corpore noſtro quod. 71. a.
Medicamenta in balneis conuenientia. 84. b.
Affectiones omnes an curet lupinum iecur. 117.a.
Ignis quomodo generetur in centro terræ. 18.a.ſeq.
Diuerſis in locis e terra exhalat. 19. a.
Sub terra quod ſit autoritates multorum. 19.b.ſeq.
Imprimit ſuas qualitates quomodo. 23. a.
Inanitiones omnes in thermis moliendæ. 111.b.ſeq.
Inappetentiam quæ faciant,curentq;. 129.b.ſeq.
Infernus ignis in centro terræ probatur. 19. a.
Infuſione qualitates cur communicantur. 23. b.
Inſpirationem qui muſculi faciant. 127.b.
Intemperies naturalis ſimilia,præternaturalis contraria appetit. 59. b.
Non facit morbos ſubito. 118.a.b.

Inuidia humanæ infirmitatis acceſſio. 78. b.
Iouberti paradoxum homines diutius ſine cibo degere. 129.b.
Imitatio proprium eſt humani ingenii. 29. a.
Diſcipuli munus potius eſt quam artificis. 29. b.
Ad perfectionem artium ſola non ſufficit. ibid.
Iucunditas quam maxime facit in vſu thermarum. 111.a.
Iulius Delphinus Protophyſicus. 4. b.

L

LAC pluribus conſtat partibus. 139.a.
Quomodo aluum ſubducat. ibid.
Et an eius ſerum. ibid.
Laconicum quomodo fiat. 61.a. curetq;. ibid.
Vſu triplex ad morbos. 61. b.
Magis ſiccat quam balneum. 61. a.
Quomodo inficiatur purgeturq;. 87.b.ſeq.
Eius quantitas vniuerſalis,& particularis. 91.b.ſeq.
Vere magis quam autumno conuenit. 95.a.ſeq.
Communes habet regulas cum balneo,lutoq;. 100.b.
Multiplex quibus regulis fiat. 101.b.
Aere tam calido quam frigido læditur. 104.a.
Domi facere tutius eſt. 104.a.
Lapathum ventrem ne cieat,an ſiſtat. 138.a.
Laſſitudinis in thermis cauſæ curatioq;. 115.a.
Lateres igne cocti acquirunt vim calefaciendi. 23. a.
Latini antiqui de thermis pauca,noui diuerſa dixerunt. 2. a.
Laudis tantum cauſa agere ambitioſum eſt. 1. a.
Præmio digni ſunt,qui virtutis cauſa agunt. 1. b.
Laurentiani interpretatio in Gal. mendoſa. 117.a.
Lazulus repertus prope fontes Returbii. 7. a.
Lecto quieſcere poſt balneum quantum conferat. 100.b.
Lepra quo ordine curanda in thermis. 103.a.

Licianus

Licianus mons ab herba luciola dictus. 9. a.
Mons aquarum Returbii refertus mineralibus. 7. a.b.
Ligaturas reuellere contra Scribonium. 125.b.
Ligna cur vetuſtate carioſa,leuiaq; fiunt. 23. b.
Lignea vaſa inficiunt thermas deferendo. 87. a.
Linacri interpretatio non appoſita. 134.a.
Liquefiunt facile condenſata leui frigiditate. 48. a.
Lithargyrus quis dicatur auri,& argenti. 49. b.
A ſolo plumbo generatur contra multos. ibid.
Localia an applicanda toto non purgato. 122.a.b.
Locus imprimit qualitatem in locato. 23. b.
Lubricantes cibi multi. 112.a.
Lucretii opinio de caliditate thermarum. 17. a.
Luctu puerorum conuulſiones cur fiant. 118.b.
Ludis aliquando etiam angitur animus. 111.b.
Lumellinæ inundatio ſeptennalis Barza. 97. b.
Lumen apothecariorum errat in Hiera Gal. 82. b.
Luminare maius pariter errat. ibid.
Luna aquæ quomodo ſimilis. 36. b.
Ab aſtris ſuſcipit,& in nos imprimit. ibid.
Soli coniuncta an thermis abſtinendum. 97. a.
Cur introductum vt obſeruetur. ibid.
Lupinum iecur an hepati conferat. 117.a.
Stercus adhæſu colicos iuuat. 51. b.
Lutum aquarum Returbii quale. 5.b.64.a.
Argentum continere oſtenditur. 10.b.ſeq.
Cur potentius quam balneum,laconicumq;. 64. a.
Quos morbos curet. ibid.
Quomodo inficiatur. 88. a.
Quanto tempore conueniat. 91. b.
Veretur melius quam autumno. 95.a.b.
Duobus modis in vſu eſt. 101.b.
Cum balneo communes habet regulas. 100.b.
Aere tam frigido quam calido inconueniens. 104.a.

Domi apponere tutius eſt. 104. a.

M

Maghellani in Medicina qui. 30. a.
Magnitudo & paruitas corporum uariat quãtitatem medicamentorum. 91. a.
Malum, tametſi malum ſubito non inducat, malũ eſt. 114. a.
Manardi error in compoſitione Hieræ. Gal. 82. b.
Solutio de dolore in reditu ad naturale non bona. 104. a.
De citri ſemine error. 133. a.
Argumenta in Auicennam de cortice citri vana. 134. a.
Mare cur aptum ad bibendum thermas. 96. a.
Manna communis impoſtura eſt. 83. b.
Manus frigida, cum ſubito calefit, cur dolet. 104. a.
Marcheſita, vide pyrites.
Margaritæ quomodo in nos agunt. 52. a. b.
Maſculus generatur vincente patris ſemine. 49. a.
Maſſa thermas peſtiferas eſſe in aſpectibus lunæ cum ſole relinquitur. 97. b.
Thermis vinum & cibum miſcendum vituperatur. 98. b.
Materia generationis eadem infra & ſupra terram. 21. a.
Subterraneorum quomodo thermis miſceatur. 22. a.
Matthiolus de re Medica maxime benemeritus. 80. b.
Galenum perperam intelligere Dioſcoridem de trifolio non animaduertit. 42. a.
Fernelium de aquæ impreſſione non bene damnat. 54. a.
Ex eius libro omnes ſe credũt Medicos, indeq; multi periclitantur. 81. a.
Conſiliginem non pinxit, ſed Anemonem. 85. a.
Abutilon imperfecte depictum habet. 140. a.
Medici ſunt conſulendi in vſu thermarum. 80. b.
Eorum conſilio in thermis omnia agere. 142. a. b.
Digladiantes inter ſe alios feriunt. 81. a.

Res iudicant, non ut philoſophi, ex eorum naturà; ſed vt alterant corpora noſtra. 94. b.
Anni tempora quomodo iudicant. ibid.
Prudentes, quæ timent ægri, omittunt. 97. a.
Medicinæ Columbi, & Maghellani. 29.b.ſeq.
Medicamenta cur talia dicuntur. 30.b.33.a.
Quæ ſimplicia, compoſitaq;. 32. b.
Habent qualitates occultas, manifeſtasq;. 33. a.
Quot qualitates, graduſq; habeant. ibid.
Senſu ſimplicia, contrariis tamen conſtantia. 57. b.
Componuntur contrariis ad contraria. 58. a.
Dicuntur talia reſpectu noſtri. 59. a.
Non agunt adinuicem, ſed in nos. ibid.
Contraria miſta inuicem ſe adiuuant. ibid.
Poſſunt contraria præſtare. 60. b.
Cibis miſceri an conueniat. 98 a.ſeq.
Melancholicus humor venenoſus eſt. 74. b.
Febres colliquatiuas cur facit. 75. a.
Melanthium torrefactum odoratum catarrhos ſanat. 80. b.
Melicratum aquæ miſcetur, vt penetret. 37. b.
Membra contrariæ temperaturæ ſunt. 56.ſeq.
Menghus in numero mineralium thermarum errat. 11. a.
Cinerem thermarum quam male diffinit. 14. b.
Thermarum feruorem eſſe gradum arguitur. 31. b.
De quantitate thermarum bibenda reprehenditur. 89.a.b.
Autumno meliores eſſe thermas quam vere refutatur. 94. a.
In thermis nullam aliam aquam tangendam. 105.a.
Vinum rubrum ſolum in thermis conuenire non recte. 109.a.
Meſues errat in compoſitione Hieræ Gal. 82. b.
Metalla quomodo generentur. 15. b.
Cur ita Græcis appellata ſint. 21. b.
Cur aquis probe non miſcentur. 22. b.
Miſta imperfecta cur ſunt. ibid.

Cur aliqua nobiliora aliis. 25. b.
Duriora fiunt magno frigore. 48. a.
Metallica craſſa ſunt, attenuata penetrant. 46. b.
Quæ ſint vere. 48. a.
Methodus inueniendi mineralia thermarum. 8. b.
Metrenchyte thermæ vtero iniiciuntur. 95. a.
Mineralia in thermis quot reperiantur. 11. a.
Vnica deſtillatione nequeunt cognoſci. 8. a.
Mileti opinio de calidjtate thermarum. 17. b.
Miſtio bona quomodo fiat. 38. a.
Modus bibendi aquas thermarum. 91. b.
Balneandi qualis conſuetus. 95. b.
Vſus omnium in thermis. 98. a. ſeq.
Monocerotis cornu vulgare impoſtura eſt. 137. a.
Montagnana errat de cinere, calceq; thermarum. 14. b.
Montanus excuſatur cur contra Galeni ordinem ſapores medicamentorum qualitates ſecundas poſuit. 33. a.
Contra Aueroem de miſtione non facit. 53. b.
Morbi quot differentiæ, connexiones. 65. b.
Qui citius, tardiusue curantur. 88. b.
Mordax humor cõuulſionem ne faciat replẽdo, an inaniendo. 135. a.
Morſelli ad uentriculi debilitatem. 131. b.
Motus quam maxime facit ad digerendas aquas. 99. b. 105. a. b.
Quidam fit ſtando. 115. a.
Mumia eſt bitumen induratum. 12. b.
Muſculi quinam faciant reſpirationem. 127. b.
Muſices tria genera, quatuor Modulationes. 76. a.

N

NArium ſanguine fluente an fronti applicanda ſint localia, ante vſum diuertentium. 122.b.
Natura ad contraria non tranſit, niſi per media. 27. a.
Dei miniſtra eſt. 55. b.
Prudentiſſime omnia gubernat. 59. a.
Medicamenta dirigit per corpus, vbi opus eſt. 59. a.
Tota eſt in toto, & tota in qualibet parte. 59. b.
Contraria ſecernit eodem in loco. 60. a.
Cibos diſtribuit ad partes contrarias. ibid.
Humano ingenio aſſequi nequit. 60.a.b.
Sanguinem vltimo excerni permittit. 61. a.
Sola omnes morbos curare non poteſt. 138.a.
Naturale dupliciter dicitur. 32. b.
Nauſea quomodo fiat cureturq;. 129.b.136.a.
Odoratis curatur. 136.b. croco læditur. 130.b.
Si refrigerantur ſudantes, excitatur. 136.b.
Neruos lædunt vinum frigidum acre, & acetum. 108.b.
Nigella torrefacta odorata catarrhos curat. 80. b.
Nili aqua quam fœcundas faciat mulieres. 45. b.
Nitrum quomodo generetur. 25. b.
In aquis Returbii ineſſe probatur. 13. a.
Cum ſale quomodo conuenit, differtq;. 45. a.
Quos morbos curare valeat. 45. b.
Ad fæcunditatem maxime facit. 46. a.
Nocturna frigiditas aquis thermarum obeſt. 85. b.
Nox cur ſit humida caputq; lædat. 101.a.
Tota inſomnis minus lædit quam parum dormire. 107. b.
Nutrimentum deperditam humiditatem vere non reſtaurat. 35. b.
Quæ cito & multum dant. 116.a.

Ochra

O

OChra in aquis Returbii ineſt. 14. a.
Cuius ſit qualitatis facultatisq;. 39. a.
Quomodo thermis miſceatur. 39. b.
Attica an corrodens ſit. ibid.
Primum gradum caloris non pertranſit. ibid.
Armenicæ terræ ſimilis exiſtit. ibid.
Oculorum læſiones in thermis cauſæ, curatioq;. 125.a.
Errinna ſternutatoriaq; vitanda. 125.a.
Odor ſuauis quomodo fiat. 14. a.
Cur diutius retineatur in ueſtibus. 23. b.
Pharmacorum aluum cur ſoluat aliquibus. 24. a.
Odorata quomodo imprimant ſuas qualitates. 23. b.
Cur hyſtericis noxia. 115.b.
Quæ cito reſtaurent. 115.b.ſeq.
Quomodo multa ſint frigida. 139.a.
Odoratus prope fit halitu, procul ſpiritibus. 52. a.
Oleaginoſa cur aquis probe non miſcentur. 22. a.
Oleum qualitatibus caret, ſed omnia recipit. 53. b.
Aqua miſtum magis humectat. 63. a.
Oleum de lateribus calidiſſimum eſt. 23. a.
Oleum roſaceum an ſolum refrigeret. 121.a.
Opinio in ægrotantibus multum facit. 97. a.
Optima conditio malis carere, bonis abundare. 27. a.
Optimi viri beneuolentia ſtudioſis verum præmium. 78. a.
Ordo ſeruandus cum potu & aliis opus eſt. 102.a.
Orobanche pro hypociſtide uenditur. 85. a.
Oua in aqua refrigerata febrientibus meliora. 24. a.
Oxalis ventrem ne cieat, an ſiſtat. 138.a.ſeq.
Oxylapathum an aluum ducat, retineatue. ibid.
Vnde acuti nomen illi. 138.a.
An ſolum acidum ſit, repercutiatue. 138.b.

P

PAdus profundior aquis Galliæ Ciſalpinæ. 97. b.
Pœoniæ radix comitiales curat ſuſpenſa. 51. b.
Papagella Gal.ab uſum eſſe ſinapiſmo redarguitur. 126.a.
Paradoxum Iouberti, ſine cibo diutius viuere. 129.b.
Parietaria cur vitriola appellata. 113.a.
Vrinæ ſuppreſſioni confert. ibid.
Paſſulæ magis lubricant, ſi non lauentur. 112.a.
Patinius de febre curanda aquæ potu ſcripſit. 66. a.
Paulus deceptus eſt in trifolio. 42. a.
Male intellexit Galenum. ibid.
Errat in compoſitione hieræ Gal. 82. b.
Pedum frigiditas lædit ventriculum, inteſtina, ueſicam. 99. b.
Vrinæ ſuppreſſionem facit. 140.b.
Perdicium vide parietaria.
Peripatetici aliqui non admittunt actionem ſpiritualem. 24. a.
Peſtilentiæ tempore an thermæ conueniunt. 97. b.
Phœnicinum Gal. medicamentum quale. 58. b.
PHILIPPO REGI cur hæc dicata ſint. 3. b.
Phtiſicis etiam deploratis conſiligo confert. 85. a.
Picra Gal. vide Hiera.
Piſces loco pulmonis branchias habent. 34. a.
Pituita principio veris purgatur præſeruando. 94. a.
Platonis ſententia de igne ſubterraneo. 19. b.
Duo genera ſubterraneorum. 21. a.
Deſtillationes pituitoſas tantum nouit. 124.a.
Plinii opinio de caliditate thermarum. 17. a.
Error de generatione lithargyri. 49. b.
Thermas hominum cauſa ſolum eſſe falſum eſt. 73. a.
Plumbum aliqui dicunt eſſe in aquis Returbii. 9.a.15.b.
Nigrum & album in argentum commutatur. 15. b.
Calefactum ceruſam exſudat. 23. a.

Ad deſtillandum quam noxium. ibid.
Pluuia quomodo generetur. 21. a.
Præſagio bituminis accenſi indicatur. 25. b.
In thermas cadens inficit eas. 86. a.
Podagra quomodo fiat, cureturq; aquis Returbii. 75. b.
Corpus mundum ab excrementis ſeruetur. ibid.
Lauatur toto anno aquis Returbii. 95. b.
Quo ordine thermis ſit curanda. 103.b.
Fit vinis frigidis & acribus. 108.b.
Inducitur aceto, acetariiſq;. ibid.
Polychreſtotata medicamenta quæ ſint. 58. a.
Pontani deſcriptio generationis aquæ. 21. b.
Potentia medicamentum tale quid ſit. 30. 6.
Potus aquæ Returbii facultas ad morbos. 65. ſeq.
Thermarum magis curat interna. 102.a.
Simul cum balneo vti malum. 102.b.
Cibum finire non conuenit. 109.a.
Prægnans quomodo fœtum inficiat colore rei optatæ. 24. a.
Præſeruandi Methodus vera qualis. 73. b.
Prandium in catarrho ſit copioſius cœna. 110.a.
In balneo parcius, in potu copioſius ſit. 110.a.
Pruna damaſcena aluum ne ſiſtunt, an cieant. 138.b.
Hiſpana an adſtrictionem præſeferant. ibid.
Pſeudoelleborum cur appellatur conſiligo. 85. a.
Ptolomei opinio de cauſa caliditatis. 18. a.
Pueris in luctu cur conuulſiones fiunt. 118.b.
Pulmoni lambendo thermæ conueniunt. 91. a.
Læſiones in thermis, & curationes. 125.b.
Gargariſmata maſticatoriaq; mala. 126.b.
Conueniunt incidentia ſimiliter, & humectentia. 127.a.
Quomodo conferant linimenta extra. 127.b.
Purgatio quam conferat in vſu thermarum. 82. a.
Reiteranda eſt aliquando. 82. b.
Pyrites inuentus prope aquas Returbii. 7. a.

Tam

Tam ſuffitus quam illitus ſcirrhos curat. 85. b.
Pythagoræ opinio quod ignis idem vbiq; ſit. 19. b.

Q

QValitas quæ naturalis, quæq; extranea. 32. a.
Quæ prima ſecunda & tertia. 33. a.
Gradus quatuor habet. ibid.
Thermarum ſubſtantiæ; & accidentium. 85. b.
Quantitas thermarum vniuerſalis & particularis. 88. b.
Quibus de cauſis varianda ſit. ibid.
Quam male a multis determinata. 89. b.
Ab Archigene optime ſcripta in potu, ab Herodoto in balneo. ibid. 90. a.
Duabus diſtinctionibus opus habet. 90. b.
Medicamentorum, uariatur magnitudine corporis. 91. a.
Diſcreta in potu thermarum qualis. 91. b.
Balnei, laconici, lutiq; vniuerſalis. ibid.
Quieſcendum poſt exercitium ante cibum. 106. a. b.
Qui longe venerunt ante vſum balnei. ibid.
Quinta eſſentia quid appelletur. 52. b.

R

RAdiorum directio, mora, collectio, reuerberatio, ſunt cauſa caliditatis. 18. a.
Raucedines quæ appellentur. 124. b.
Realti aqua lege aqua Returbii.
Collis aquarum Returbii deſcriptio. 5. a.
Remora nauigia adhæſu ſiſtit. 24. a.
Renibus medicamenta in balneis adhibenda. 84. b.
Laborantibus unde ſanguis mittendus. 117. a.
Repentinas mutationes natura cur non tolerat. 103. a.

Returbii aqua vide aqua Returbii.
Oppidum Litubium Liuius appellat. 5. a.
Locus inter tropicum cancri,& circulum Arcticum. 25. a.
Temperies venenoſa nequit generare. 25. a.
Locus ſaluberrimus. 104.b.
Reuulſionibus inſtandum in Reip.adminiſtratione. 126.b.
Ripæ oppidum aquis Returbii propinquum. 5. a.
Saluberrimum eſt. 104.b.
Ros in thermas cadens inficit. 86. a.
Roſacea aqua an ſit frigida. 121.a.
Olea an tantum refrigerent. ibid.
Ructus in thermis cauſæ,curatioq; 131.b.

S

SAcculus ad ventriculi debilitatem. 130.b.
Sacri cur appellentur thermarum fontes. 26. b.
Sal copioſe colligitur prope aquas Returbii. 7. b.
Quomodo generetur. 25. b.
In aquis Returbii ineſt. 13. a.
Fallopii error in eius inditiis. ibid.
Cuius ſit qualitatis. 44. a.
Digerit ſuperflua,condit ſolida. 57. b.
An aluum cieat,ſiſtatue. 44. b.
Ad diuerſos morbos curandos. 44.b.ſeq.
Sale & Sole nihil vtilius, prouerbium. 45. a.
Saliua abundat acidorum recordatione ſola. 24. a.
Salſa calore fiunt amara. 45. a.
Salſus fons vnde pagi nomen prope aquas Returbii. 7. a.
Sanguinem vltimum egredi permittit natura. 61. a.
Sapor amarus quomodo in rebus frigidis. 139.a.
Sarcoticum ex contrariis compoſitum. 55. b.
Saturni quinq; dignitatum motus qualis. 97. a.

Sauonarola

Sauonarola in numero thermarum errat. 11. a.
In cinere & calce thermarum. 14. b.
Feruorem thermarum eſſe gradum qualitatis. 31. b.
Alumen eſſe frigidum contrariis rationibus. 43. a.
Temperamentum thermarum ſolis mineralibus eſſe indicandum confutatur. 53. a. ſeq.
In quantitate thermarum bibenda errat. 89. a. & balnei pariter. 92. a.
In tranſcribendis alienis. 89. a.
Hyeme thermas melius eſſe concoctas. 93. a.
In ordine potus, & balnei reprehenditur. 102. a.
Nullam aliam aquam tangendam in thermis. 105. a.
Somnus ne conueniat poſt balneum contraria ſcripſit. 107. a.
Coitum peſtiferum æque eſſe in thermis. 114. a.
Scaphia vaſa ad ignis generationem. 19. b.
Scipio Annibalem ab Italia reuulſione extraxit. 126. b.
Scirroſis partibus quæ conueniant. 85. b.
Scribonius refutatur ligaturas non reuellere. 125. b.
Scriptorum conditio ſæpius pœnitenda. 78. a.
Digladiationes alios feriunt. 81. b.
Sedimenta deſtillationis aquæ Returbii qualia. 9. a. ſeq.
Seminarium contagii quomodo fiat, cureturq́;. 74. a. b.
Semina calidiora ſicioraq́; ſunt herbis. 117. b.
SENATVS Mediolani Iuſtitiæ exemplum. 30. a.
Cur ei dicata hæc ſint. ibid.
Senecæ opinio de caliditate thermarum. 17. a.
Senes ſicci ſunt in ſolidis, humidi in excrementis. 60. b.
Conſuetudinem mutare non iuuat. 110. a.
Senium quomodo fiat. 35. b.
Quomodo producatur. 36. a.
Serum lactis quomodo bibendum ex Dioſcoride. 91. b.
An aluum ſubducat. 139. a.
pluribus conſtat partibus. ibid.

Cur frigidum & humidum dicatur. ibid.
Siccitas difficilis curatu, aliquando impoſſibilis. 67 a.
Similitudo re uera non trahit. 123.b.
Simplicia multa contrariis conſtant. 32. b.
Amara & odorata aliquando frigida. 139.a.
Sinapiſmus in deſtillatione acri etiam conuenit. 126.a.b.
Sinciput embrocationi cur conueniens. 101.a
Singultus in thermis cauſæ & curatio. 134.a.
Stomacho qualis conuulſio muſculis. 134.a
Vomitu intenſior, minor tamen. 134.b.
An fiat ut conuulſiones. ibid.
Sternutatione quomodo curatur. 136.a.
Siphones reuera non trahunt. 123.b.
Siruporum quantitas ex magnitudine corporum. 91. a.
Sitis in thermis cauſa, curatioq; 127.b.ſeq.ſuperficialis ſomno curatur. ibid.
Smyrnium an Epilepticis conueniat. 121.b.
Sol in capricorno nobis eſt proximus hyeme. 18. b.
Imprimit ideam ſuam in oculos. 24. a.
Contraria operatur. 57. b.
Cum Luna an thermis aduerſetur. 97. a.
Solenander calcem & gypſum in thermis non poſſe reperiri confutatur. 14. a.
De caliditate thermarum. 17. b.
Somnus tertiam uitæ partem conſumit. 106.b.
Cur neceſſarius. ibid.
In thermis nil confert, niſi neceſſarius. 106.b.
Sit pro fundus, & non interruptus. ibid.
Thermis opus contrarium præſtat. ibid.ſeq.
Frequentior aliis symptomatibus. 107.a.
Noxius tam potu, quam balneo. ibid.
In embrocatione maxime inſtat. ibid.
Poſt balneum conuenit. 107.b.
Poſt cibum malus niſi conſuetis. ibid.

Meridianus quis malus, quiſq. innoxius. 107.b.
Nocturnus diminutus peior quàm uigilia. ibid.
In thermis quomodo fiat, cureturq;. 121.a ſeq.
Sitim mendoſam curat. 127 b.
Somnifera uaria. 120.b.ſeq.
Speculum Archimedis comburens triremes. 18. b.
Species hieræ uide Hiera.
Spiritus & ſpirituales formæ potentius agunt. 24. a.
Promptius imprimunt. 52. a.
Vel ſunt eſſentia formarum, uel inſtrumenta. 24. a.
Inſpiratione & odoribus regenerantur. 115.b.
Spleni conuenientia tam intus quàm extra. 85. a.
Spuma argenti uide Lithargyrus.
Spuma quid ſit. 12. a.
Stare quidam motus eſt. 115.a.
Stellarum magnitudo quanta ſit. 18. b.
Sterilitas inducitur aceti copia. 108.b.
Curatur inſeſſu thermarum. 95. a.
Sternutatio quomodo irritetur. 113.b.
Singultui quomodo conferat. 136.a
quomodo cieatur, ſiſtaturq;. 136.a.
Stillicidium uide embrocatio.
Stomachus uide uentriculus.
Odoratis corroboratur, ſubuertitur fœtidis. 136.b.
An uomitu ſit curandus. 137.a.
Stupor dentium fit ſtridore. 24 .a.
Stupha uide Laconicum.
Vnde iſta dicatur. 101.b.
Suauis odor quomodo fiat. 14. a.
Subſtantia thermarum quomodo immutetur. 85. b.
Subterranea diuerſa diuerſis ſtatuta. 21. a.
Diuerſæ ſunt ſubſtantiæ. 22. a.
Quæ aquis miſceri poſſunt, & quæ non. ibid.
Habent formas imperfectas. 22. b.

A cælo

A cælo genita cur dicantur. ibid.
Succus carnis aſſatæ ualde nutrit. 116.a.
Sudor in potu thermarum quando conueniat. 105.b.
Poſt balneum quantum conferat. 106.a.
Aliquibus cito, tarde, nunquamq; euenit. 92. a.
Superfluus in thermis cur curatioq;. 114.b.
Suffuſionum oculorum remedium. 125.a.
Sulfur in aquis Returbii ineſſe probatur. 12.a. ſeq.
Cur aquis probe non miſcetur. 22. a.
Quomodo generetur. 25. a.
In omnibus fere thermis cur inſit. ibid.
Diuinum Græcis dicitur. 26.b.cur.40.a.
Diuerſarum partium eſt. 40. a.
Oleum facit, contra Hermolaum. ibid.
Viuum quod ſit. 40. b.
Ad diuerſos morbos facit. 40.b.ſeq.
Sanguinem non cohibere, contra Dioſcoridem. 41. b.
Metallorum eſt forma, & auri. 49. a.
Supercalefactionis cauſa in thermis, curatioq;. ibid.b.
Syncopes in thermis curatioq; 115.a.ſeq.

T.

Talcum quomodo fiat. 43. a.
Taurinenſis errat in numero mineralium thermarum. 11. a.
Tam nitrum quàm ſalem crepitare. 13. b.
Aurum non conferre ualetudini confutatur. 51.ſeq.
Telephi vulnus ab Achille ferro ſanatum, quid. 48. b.
Temperamentum medicamentorũ quibus iudicandũ. 53. ſeq.
Tempus anni conueniens ad thermas. 95.b.ſeq.
Diei particularis ad thermas. 93.a.ſeq.
Ad exercitium. 96. a.
Tempora anni certo termino carent. 94.b.ſeq.

Terræ qualitates. 14.a.38.b.ſeq.
Craſſities quanta. 18. b.
Cœlo comparata punctus eſt. ibid.
Omnium eſt mater, cœlum pater. 19.b.ſeq.
Eſt ueluti magnum animal. 20. a.
Cum aqua ubiq; eſt commiſta. 21. a.
Cur probe aquis non miſcetur. 22. b.
Diuerſa genera. 38. nulla ſimplex. ibid.
Nocet calculoſis. 39. a.
Continue regeneratur. 39.a.b.
Theophraſtus triginta ſex pedes tantum ſolis calorem ſub terra penetrare arguitur. 17. b.
Duo genera ſubterraneorum poſuit. 21. a.
Theriacæ forma quid tertium à componentibus. 24. b.
Sitim ſedare an tutum. 128.b.
Agreſtium eſt allium. 122.a.
Thermæ ab antiquis, neotericisq; tractatæ. 2. a.
Quot mineralia contineant. 11. a.
Oriuntur aliquando frigidæ. 20. b.
Quot modis fiunt medicatæ. 21.b.26.a.
Formas unde acquirunt. 23.a.quales.26.b.
Formas ſine materia ſuſcipiunt. 24.a.
Finem duplicem habent. 24.b.26.b.
Quæ illis admiſceri poſſunt & quæ non. 22. a.
Sacri earum fontes cur dicantur. 26. b.
Ad perfectionem uniuerſi ſunt. 27. a.
Sunt medium inter aquam & foſſilia. ibid.
Tanto ſunt perfectiores, quanto plura continent. ibid.
Returbii omnium perfectiſſimæ. 27. b.
Calorem acquiſititiũ habent, non naturalem. 31. a.
Calidæ actu frigidæ potentia aliquæ. 31. b.
Cur dicuntur naturaliter calidæ. 32. b.
Aqua cur præcipue conſtent. 36. b.
Temperamentum non ex ſolis mineralibus. 53.b.ſeq.

Arte

Arte imitandæ quomodo. 54. a.
Quomodo fiant diuerſarum rationum. 54. b.
Calidæ & ſiccæ quomodo à Galeno dicantur. 55. a.
Cæleſtes ſunt, tertiumq; à componentibus formæ. 55. ſeq.
Vt gemmæ raro reperiuntur. 55. b.
Vſu multiplices ſunt, Laconico, Balneo Luto, Potu. 61. ſeq.
Non hominum cauſa tantum, ut dicit Plin. 73. a.
A Galeno pauca ſcripta. 79. ſeq.
Quot modis corpus euacuent. 8. a.
In earum uſu medici ſunt conſulendi. 80. b.
Non iuuant in mala uictus ratione. 81. a.
purgatione indigent prius. 82. a.
Quomodo immutentur, in ſubſtantia. 85. ſeq.
Quantitas multiplex. 88. b.
Primo anno ſirupus 2. medicina. 88. b.
Vel ſanare, uel interficere prouerbium cur. 89. b.
Quantitas potus à multis male docetur. 89. a.
Quantitas balnei, luti, laconici. 92. a.
Tolerantia uirtutis attendenda. 92. b.
Tempus conueniens. 93. a. ſeq.
Hyeme insynceræ cur. 93. a. ſeq.
A Eſtate cur non conueniunt, autumnoq; 93. b. ſeq.
Aſpectus Solis, & Lunæ quid. 97. a.
Peſtilentiæ tempore an conueniant. 97. b.
In alimentum cedere nequeunt. 98. a.
Cibis miſtæ non conueniunt. 98. b.
An deambulandum poſtea ſemper. 99. a.
Velociſſime deambulare malum. 99. b.
Ambientis frigiditas uitanda. 99. b.
Ordo quis ſeruandus. 102. a. ſeq.
Potu & balneo ſimul uti malum. 102. b.
Cur uituperabantur à Galenicis. 102. b.
Exercitium ante quàm maximè confert. 105. a. b.
Quieſcendum defatigatis itinere prius. 106. b. ſeq.

Diſcedentes iter commode partiantur. ibid.
Somnus maxime tunc noxius. 106.b.ſeq.
Iucunde & Hilariter in illis uiuendum. 111.a.
Frugaliter non uiuitur ut opus eſſet. 108.a.
Qui cibi conueniant tunc. 108.b.
Vinum quale debeat eſſe. 109.a.
Cæna ſit copioſior in Balneo, parcior in potu. 110.b.
Euacuationes omnes moliendæ. 111.b.
Coitu repente cur aliqui mortui. 113.b.
Nulla ſeruata regula aliqui utuntur. 114.a.
Accidentia, quæ aliquando eueniunt. 114.a.
Putidus odor animi defectum facit. 115.a.
Caput maxime lædi ſolet. 123.b.
Cibis libenter indulgetur. 129.a.
Medicorum conſilio omnia peragenda. 142.a.b.
Theſaurus aromat, errat in compoſitione Hieræ. 82. b.
Theſmophili opinio de caliditate thermarum. 17. a.
Thorax quomodo iuuetur linimentis. 129.b.
Quibus muſculis moueatur contradictio Gal. ibid.
Ticinenſis Aqua vide Aqua Returbii.
Ticinenſis Academia quàm celeberrima. 2. b.
Tolerantia virtutis eſt primus ſcopus. 92. b.
Quomodo cognoſcatur. ibid.
Torpedo in rete manum piſcatoris torpore inficit. 24. a.
Trifolii nomine diuerſa apud Gal. 42. a.
Tritia quomodo fiat, eiuſq; facultas. 84. b.
Tura errat in quantitate thermarum. 89. a.
In ordine Balnei, & potus reprehenditur. 102.a.
Nullam aliam aquam tangendam in thermis. 105.a.
Sommum poſt Balneum immerito uituperat. 107.a.
Non cœnandum in potu thermarum non recte. 109.b.
Coitum peſtiferum non æque omnibus eſſe 114.a.
Tuſſis in thermis cauſa, curatioq;. 125.b.
Linimentis extrinſece quomodo iuuetur. 127.b.

V.

Vacuum reuera non trahit. 123.b.
Vapor quid ſit. 35. a.
Quomodo in capite faciat deſtillationem. 123.a. ſeq.
Vaſa lignea inficiunt uitrea meliora ſunt. 87. a.
Vega cauſas conuulſionis diminute declarat. 118.b.
Venena in nobis ſæpius generantur. 74. b.
Venter quomodo fiat lubricus 122.a.
Quomodo in thermis adſtrigatur, cureturq;. 138.b.
Ventriculus per ſe & per conſenſum quos morbos patitur, & curatur aquis Returbii. 66.b.ſeq.
Intemperies quot; qualesq; patiatur. 67.b.ſeq.
Humoribus quomodo repleatur. 69. a.
Cruditates flatus dolores patitur. 69.a.ſeq.
Obſtructiones uarias habet. 70.b.
Frigidus quibus curetur. 83.a.b.
Debilis quibus roboretur. 84.a.b.
In balneis ceroto muniendus. 84.b.
In thermis quomodo debilitetur, cureturq;. 130.b.
Abunde calidis curandus. 131.a.
A tota ſubſtantia quibus curetur. 131.a.
dolet cur in thermis, curaturq;. 133.a.ſeq.
Ventriculi cerebri qui nam nobiliores. 124.a.
Vulnerati an mortem afferant. 124.b.
Ventus quomodo refrigeret. 100.b.
Venus uide coitus.
Ver non ſemper thermis aptum. 93.b.
Cur thermis conueniens. 94.ſeq.
Magis quàm autumnus. 95.b.
In principio pituitam, in fine bilem purgare. 94.a.ſeq.

Medicis

Medicis quando incipiat. 94.b.ſeq.
Vertigo in thermis quomodo fiat,cureturq;. 122.a.
Tenebricoſa ab aliis differt. 122. a.
Veſica a frigiditate pedum læditur. 99.b.140.b.
An vrinam trahat. 141.b.
Veſtæ templum rotundum,cumigne perpetuo. 19. b.
Vgo thermis cibaria miſcenda arguitur. 98. b.
In ordine potus,& balnei pariter. 102.b.
Non cænandum in thermarum potu,non recte. 109.b.
Vgolinus errat in quantitate thermarum. 89.a.91.
In ordine potus & balnei. 102.a.
Somnum poſt balneum immerito vituperat. 107.a.
Vinum album ſolum in thermis,non bene. 109.a.
Coitum peſtiferum non æque. 114.a.
Victus ratio quam ſit neceſſaria in curationibus. 103.b.
Vigilare minus malum quam parum dormire. 107.b.
Vigiliæ in thermis cur,curatioq;. 120.b.
Vinum aquæ miſcetur ad penetrationem. 37. b.
Quomodo conſeruetur. 43. a.
Ante alia ſumptum quam varie lædat. 108.a.
Quale conuenit in vſu thermarum. 109.a.
Frigiditate & acrimonia in pretio eſt, ſed podagras inducit. 108.a.b.
Cito reſtaurare indicant pulſus. 116.a.
Calidum ne an frigidum in ſyncope. 116.a.
Dilutum uentriculum lædit. 137.a.
Vir ſapiens veritate ducitur. 78. b.
Virtutis deſiderium ſcopus ſtudioſis. 1.b.ſeq.
Virtutis tolerantia quomodo cognoſcatur. 92. b.
Virtutum fontes, vide Aqua Returbii.
Viſus quomodo lædatur in thermis,cureturq;. 125.a.
Vitex calidus ne ſit ex Gal. 132.a.ſeq.
Vitriola cur appelletur parietaria. 113.a.
Vitriolum cur appelletur chalcanthum. 46. a.

Vitruuii opinio de caliditate thermarum. 17. a.
Vnicornu vulgare impoſtura eſt. 137.a.
Vnum nomen ualde æquiuocum. 57. b.
Voluptas nimia in balneis mortem inducit. 115.b.
Vomitus quando æſtate, hyemeq; conueniat. 70. b.
In potu thermarum cur fiat. 90.a.ſeq.
Maior ſingultu, minus uiolentus. 134.a.b.
In thermis cauſa, curatioq;. 136.a.ſeq.
An ciendus ſtomacho affecto. 137.a.
Vrina quibus prouocatur. 84.a.141.a.
Signum temporis exercitii ex Galeno an uerum. 96. a.
In thermis cur uariat calores. 109.b.
In potu thermarum maxime prouocanda. 112.b.
Pondere uel menſura iudicanda in thermis. ibid.
An ſatis ſit euacuata in thermis. ibid.
Mordicat in thermis cur, curatioq;. 139.b.
Supprimitur in thermis, curatioq;. 140.a. ſeq.
Retinetur ex pedum frigiditate. 140.b.
An poſſit ſupprimi læſione neruorum ſpinæ. 141.b.
An trahatur à ueſica. 141.b.
Vterus curatur inſeſſione in thermis. 95. a.
Fæcundusq; redditur. ibid.
Læditur aceto, acetariisq;. 108.b.
Odorata cur ſequitur, fætida fugit. 115.b.
Vtero gerentes ſanguine miſſo quomodo abortiunt. 114.a.
Vua paſſa an aluum ſoluat 138.b.
Magis lubricat, ſi non lauetur. 112.a.

Z.

Zimalia errat in quantitate thermarum. 89. b.
In thermis quando cibandum. 109.b.
Zoroaſtri opinio de igne. 19. b.

FINIS.

Typographus lectori. S.

Quæ inter imprimendum, abſente auctore, ex manu ſcripto libro minus accurate repræſentauimus, ſic emendabis. Cetera autem, quæ ad interpuncta, accentus, diſtinctiones, ſyllabarumq. coniunctiones pertinent, te rogamus, ipſe emendes. nos enim ea partim celeritate impediti, partim inſcitia noſtra id præſtare minus potuimus. porro primus numerus paginam: a, partem anteriorem: b, poſteriorem, alter numerus lineam ſignificabit.

3.	b.	23.	*pro fores,*	*lege fontes.*
5.	a.	1.	*ſantitatem,*	*ſanitatem.*
10.	b.	4.	*iudicium,*	*indicium.*
10.	b.	5.	*Dele ſyllabam,*	*de.*
11.	b.	26.	*aptas,*	*apertas.*
12.	a.	22.	*iudicat,*	*indicat.*
13.	a.	11.	*maximum,*	*marinum.*
14.	b.	1.	*expreſſum,*	*gypſum.*
14.	b.	27.	*aſportatus.*	*aſportantur.*
15.	b.	5.	*ſecando.*	*ſecundo.*
17.	a.	18.	*ſic eo.*	*ſicco.*
21.	b.	12.	*concreſcentio.*	*concreſcentibus.*
26.	b.	23.	*Dele,*	*naturæ exiſtant.*
30.	b.	31.	*fol.*	*frigido.*
41.	a.	2.	*incurratur.*	*incuruatur.*
43.	a.	8.	*per genera ſecundo adde, Parumq. a chalcantho differt.*	
44.	a.	16.	*& 2.*	*& 11.*
47.	a.	7.	*certiſſima,*	*centeſima.*
4.	b.	4.	*Archigenes ex Gal. ex Archigene Gal.*	
50.	a.	21	*exiuit.*	*exuit.*
50.	a.	vlt.	*fædari. adde,*	*ſplendor præterea, &*
57.	b.	14.	*digerit. s. adde,*	*corpora uero*
62.	a.	3.	*affect. loc.*	*adde, 9.,*

65.	b.	17.	Hic autem.	Hac autem medici prudentia eſt qui cognitis.
65.	b.	31.	morbos.	morbi
67.	a.	12.	cap 5.	adde, eiuſdem.
69.	a.	prima, & ſecūda linea		eſt iterata. ideo delēda.
70.	b.	6.	fumorum,	humorum.
72.	a.	17.	emulgentes,	meſeraicas.
82.	a.	2.	Medicus.	Melius.
84.	b.	19.	ſupercalefaciat.	ſupercalefiat.
89.	a.	vlt.	Dele,	Et nō plus quā quater.
90.	a.	6.	Archigenes hoc, adde, non,	
96.	a.	22.	autem,	aurem.
98.	b.	26.	ad.	ob
100.	b.	31.	corpo.	carpo.
111.	b.	7.	multum,	multi,
117.	b.	17.	non	nos.
126.	a.	7.	contrarium.	contrariorum.
131.	a.	6.	dr.	gr.
131.	b.	11.	drach.	ſcrup.
132.	a.	20.	ſape.	cape.

GABRIELIS FRASCATI BRIXIANI DE AQVIS RETVRBII TICINENSIBVS.

LIBER PRIMVS.

PROEMIVM.

MVlta ſunt, quorum deſiderio accenſi homines vllũ aut laboris aut difficultatis genus ſubire non uerentur. Diuitias ut adipiſcãtur, pleriq; ferè omnes omnia moliuntur, Voluptatum cauſa tot iugiter ab incontinẽtibus hominibus fiunt, vt nulla alia in re tãta temporis iactura fiat. Nihil tamen aut vulgo plauſibilius, aut apud omnes laudabilius videtur, quàm ſi unius laudis, gloriæ, & honoris cauſa videantur homines non modò cætera omnia, ſed uitam etiam ipſam aut negligere, aut certe minimi facere. Hinc Heroum ſtatuæ, Imperatorum Monumenta, victoriarum trophæa, & virtutum omnium inſignia tanti fiunt, ut nihil homini præclarius contingere poſſit; & quod magis Deorum numero mortales adſcribat, quàm nominis ſui celebrem famam poſteritati relinquere. Veruntamen ſi lydio lapide exactius ueritatem perſcrutari uelimus, iudicabimus profecto eos, qui ſolùm ut honorem adipiſcantur, omnia peragunt; vituperatione potius quàm laude dignos exiſtere, cum ambitionis cauſa non virtutis impellantur; & non quod deceat, honeſtumue ſit, reſpiciãt, ſed ſolùm quod illis futurum ſit glorioſum:

quinimmo vbi cognoſcant ad aures hominum non peruentura eſſe opera ſua; non modo deſiſtent a rebus bene gerendis, ſed etiam mala omnia patrabunt: quare tamquam praui & ambitioſiſſimi ſunt uituperandi. veraq; laude ſolum digni iudicãdi ſunt illi, qui uirtutis amore, ideſt beneuolentia, & charitate, deſiderioq; iuuandi alios ducuntur. Hoc igitur ſolo nomine, ut omnibus prodeſſem, ſcientes amici mei quanta ego diligentia, longis ſtudiorum laboribus, & impenſis etiam multis naturam & facultates aquarum Returbii Ticinenſium exquiſiuerim: multoſque grauiſſimis laborantes ægrotationibus, & poſt multa remediorum genera fruſtra tentata, fere de ſpe ſalutis ſuæ deiectos, hoc pene ſolo auxilio ad priſtinam ſanitatem præter omnium expectationem, a me reſtitutos fuiſſe; ſæpius a me efflagitarunt, ut quid de huiuſmodi fontibus ſentirem ſcriptis edere uellem; ne ceteris maximum hoc bonum inuidiſſe iudicarer. Præſertim cũ iam multorum annorum decurſu, me in primis auctore & ſuaſore, deinde pluribus etiam aliis aſſentientibus Medicis, maximo vſui eſſe in re Medica eas aquas multorum quoq; aliorũ experientia comprobatum ſit: ita ut nulla ſit vicina ciuitas, quæ illas non cognouerit, & admiretur; nullus ſit medicus non obſcurus, qui de illarum facultatibus nón ratiocinetur: Nullus tamen adhuc extiterit (quem ſciam) qui earum naturam, facultatem, & vſum penitus ex arte cognouerit, & methodice concluſerit. Sed Empirica quadam & inartificioſa coniectura, uel potius populorum opinione, & tantæ rei fama, ad has aquas (tamquam ad ſacram Anchoram in maximis tempeſtatibus) quicumq; aliquo difficili morborum genere laborat, & ſolitis remediis non curatur, adcurrit; Et cum fere omnes conualeſcant, aut in melius reducantur, uel certe ſaltem non lædantur, (niſi error aliunde contingat) horum fontium nomen apud omnes iam adeo celebre factũ eſt, ut nunc tandem Medicis dedecori ſit, naturam & uim eorum ignorare; & cum opus eſt rationibus ex ratione deductis de illis nó reſpõdere; cum pleraq; eorum quæ in hiſce fontibus exiſtere ab omnibus fere dicebantur, commentitia ſint & falſa;

&

& quæ uera ſunt,lateant,& ignorentur: & hæc maxima & eggregia ſint; illa vero mediocra & communia. Eoq; magis hoc a me expetebant,cum de Thermis apud Græcos Hippocrates nihil ſcripſerit; Ariſtoteles pauca quædam, ſed tanto uiro indigna; Galenus,quæ promiſerat,ueluti immemor,prætermiſit; Ceteri non nulla,ſed per tranſennam; Arabes aliqua,ſed ut ſolent omnia,abſq; methodo reſolutiua; Latini antiqui pauca; Recentiores vero multa quidem;in quibus tamen diſſentiunt doctiores; ſed de his fontibus ne quidem uerbum fecerunt, præterquam nuperrime unus,aut alter: Cum tamen iudicio omnium,qui experti ſunt,iure merito appellentur fontes uirtutum,cum in toto orbe terrarum (dictu rariſſimum) non reperiantur æquales in omnibus conditionibus expetendis. Præter enim illud, quod cum multis commune habent;cum delectatione ſalutem impertiri,quia non ut cetera medicamenta,faſtidium & horrorem naturæ incutiunt;ſed eæ aquæ uiſu ſatis perlucidæ ſunt, odore delectabiles,guſtui iucundæ,tactu frigidæ,& ſiquialii fontes amæni ſunt,ſenſibus omnibus gratiſſimæ, temperaturiſq, omnibus, ætatibus,habitibus,& ſexibus conueniunt. Habent præterea (quæ ſunt propriæ & uerę earum dotes) quod ſanis vitam longius producunt,conualeſcentes firmant, cadentes præſeruant, & ægrotantes non uno aut altero morbo curant,ſed nullū prope eſt morborum genus,quot quot partes omnes corporis noſtri tā internas,quam externas affligere ſolent,quod ab his fontibus curationem nō inueniat; immo & ad humani generis propagationem faciunt,non ſolum aborſus prohibendo, ſed etiam ſterilitatem tollendo.Quare de illis tractare maxime vſui omnibus, & laudabile futurum eſſe iudicabatur; ſed quamuis hoc unum ſit bonorum omnium,& nobilitatis uere ſtudioſorum hominum ſcopus & propoſitum, quo ſpectantes curſum vitæ ſuæ & actionum omnium dirigere debent, unius ſcilicet virtutis, & honeſti deſiderium, quo cæteris ſemper prodeſſe uolunt: Honoris tamen decus & nominis ſui exiſtimatio, non modo apud uulgares,ſed etiā optimos quoſcumq; uiros,eum gradum

amplitudinis & dignitatis acquiſiuit(cũ honos uirtutis præmiũ vnicũ mortalibus eſſe uideatur)vt dedecoris cõtumeliæq; timore oẽs afficiantur;& cũ ferre ignominiã & infamiam ſine dolore non poſſint,cõuitiis & probris cõfigi etiã iniuſtè & immeritò ab improbis quoq; & inimicis hominibus fugiant, & euitent; nullusq; iniuria aut maledicto confici à quoquam delectetur, & gaudeat. Quo fit vt multi pulcherrima ingenii & artificii inuenta,præclara ſtudii & operis facinora,aut iam operibus egregie incepta, aut ſaltem cogitatione animi alte determinata, uel ſtatim quaſi parui facientes. ſilentio omiſerint; vel tandem, quaſi pœnitentia benæ geſtæ rei ducti, auerſati & deteſtati ſint; uerentes ne dum aliorum ſalutem, aut commoda ſuis laboribus meliora facere tentant, inuidiæ multorum, & odii aculeos in ſe conuertant; & nominis ſui conditionem vulgo ſaltem peiorem reddant. Hoc me iamdudũ (ingenue fateor) ab hoc munere, quamuis omnium honeſtiſſimo & maxime fructuoſo,unde alii nouarum rerum inuentione gloriam aucupantur, deterruit, & alienauit. Facile enim cognoſcebam multos futuros eſſe, qui me temeritatis & audaciæ, plures uero qui inſcitiæ & ignorantiæ redarguerent: illi quod ego huiuſce regionis aduena & peregrinus,de naturalibus his aquis tradere audeam,cum tot clariſſimis & doctiſſimis uiris tam in omni linguarum & ſcientiarum genere, quàm in Philoſophia & Medicina maxime abundet Ticinenſis Academia; ut iure merito non modò Inſubria tota & Liguria inde Medicos, & Archiatros, ubi maxime opus eſt, accerſant, ſed ex Italiæ partibus omnibus & ferè ex omni Europa iuuentus ſtudioſa, eo, tamquàm ad bonarum artium & optimarum diſciplinarum mercatum & emporium, conueniant. Iſti uero quod in hac re pertractanda, quæ grauiſſimorum hominum ſententiis aduerſentur, permulta adduxerim, non pauca hucuſq; non dicta protulerim, & de his fontibus mirabilia quædam, & prope diuina narrauerim. Quæ duo genera repræhenſionum longe facilius ab inani auditore credi poterunt, cum ego is ſemper natura fuerim, ut maxime

omnium

omnium ſincera veritate delecter; fallacesq; ſophiſtarum concluſiunculas ad auram popularem captandam congeſtas ita oderim & abhorream, vt eas ſilentio magis quàm reſponſione dignas eſſe iudicem. Quo factum eſt ut dum huiuſmodi hominum iniuſtas iniurias & uana maledicta timerem, bonorum etiam iuſta deſideria & æquam expectationem diutius, quàm par erat, fallerem, & detinerem. Attamen hoc ſolo tandem tempore me deuicerunt amici, quo iam uideo, ſi ulterius ſileam, non modò ignauiæ notam mihi certius, quám audaciæ, ſi dicam, inuri poſſe; ſed etiam coram Deo & coram hominibus de damno infecto, quod ſciens ab humano genere non prohibeam, accuſari poſſe. Multa nanq; ſæpiſſime contingunt errata in aſſumptione harum aquarum, quæ à paucis admodum animaduertuntur, ea tamen ſunt, quæ non modo curationem facile fruſtari & peruertere poſſunt, ſed etiam damna multa aſſumentibus afferunt, adeo út aliquos huiuſce rei culpa mortuos eſſe credam. Quod potiſſimum anno ſuperiore contigit, quo frequentior, quam hactenus vnquam fuerit, vſus harum aquarum apud omne genus hominum extitit. Nam (ut cætera ſileam) ex mille amphoris, quæ inde ſunt deportatæ, ne ducentas quidem uitio caruiſſe, ne dicam optimas fuiſſe, certo ſcio. Qua de re cum animo angerer, illud anxie omnibus inculcabam, quibus cum ſermonem habebam; ſed cum per multos lateret à paucis obſeruatum fuit. Quod ignorantes alii Medici longinquiores & ægrotantes, quod animo conceperant, non ſunt aſſequuti, & de ſpe fortè defraudati aquis imputabũt, quod earum culpa non euenit. Cum igitur nunc prope adſit tempus has aſſumendi, publicaque utilitas inſtans me ad hoc ſolicitum reddat, quod occaſio valde preceps exiſtat, per capita rerum in commentarios neceſſaria ſolùm colligere volui, rẽ poſtea Thermarum totam aliquando diffuſius tractaturus, ubi otium & tẽpus ſuppetet. cuius rei cauſa ſpero me apud æquos iudices errorum meorum, in quos neceſſe eſt incidant, qui ex tẽpore libros conficiunt, ſtatimq. edunt: non modo excuſationem adinuentus

turum,ſed forte etiam laudem aliquam conſecuturum,cum nō ueritus ſim vtilitatis publicæ cauſa nominis mei periculum ſubire,glorioſum eſſe iudicans,quod ius Diuinum & Ciuile præcipit,nō modo neceſſariorū & patriç amore,quibus nati ſumus; ſed aliorum etiam omnium,quibus charitatis vinculo deuincimur,& rem,& vitam,& honorem etiam ipſum periculis exponere,& negligere. Rem interim gratam me facturum eſſe credens non ſolum rei Medicæ ſtudioſis omnibus,quibus tam præclarū ad ſanitatem conſeruandam,multiplices morbos curandos, uitam deniq; ipsā prorogandam, innoteſcat auxilium: Sed ceteris omnibus,quot quot extant viri boni, naſcenturq;; quorum ea mens idq; conſilii eſt, vt non modo ipſi aliis prodeſſe velint; ſed alios quoq; omnes de hominum genere bene mereri deſiderent. Quod cum Diuinum & Heroicum ſit, PHILIPPO Regi Maximo hæc dicare uolui,vt præclarum hoc DEI & Naturæ munus mortalibus donatū,dum ab ipſo protegitur, quod ſolus optime per Miniſtros ſuos præſtare poteſt,& in hoc, ſicuti & in aliis dotibus Heroicis, illum uere CATHOLICVM eſſe omnes cognoſcant. Et ſi qui alii a me hoc expectabant, illos non pigeat ſibi REGEM hunc præferri, cui cum Theſauri reperti iure gentium & ciuili debeantur, multo magis hoc Theſauris tanto excellentius,quāto uita opibus præfertur:quin & Theſauri ſunt hi fores,cum aurum & argentum cōtineant, ut iure in eius Regis nomine tam mirabilium aquarum facultates, atq; uſus appareant, a quo tanquam a fonte omnium uirtutum hi fontes,qui uirtutum dicūtur,deriuantes,& nomine ipſius inſigniri,& auctoritate protegi mereantur.

Diui-

DIVISIO.

Vigeſimus prope eſt annus, ex quo ego in Medicinam incumbens has regiones adiui,& fontes Returbii Ticinenſes cognoſcere cæpi. Quo tempore cum Seniores Medicos uicinos de natura & facultatibus horum fontium interrogaſſem,reſpondebãt fere omnes,ex ſchedulis quibuſdam antiquioribus, primum fontem maiorem ſulfureum eſſe, & ad ſcabiem ualere; ſecundum minimum plumbeum eſſe, & oculis mederi; Tertium mediocrem ferreum exiſtere, & hepati conferre. Nullus tamen erat, qui his aquis ex Medicorum præſcripto in curationibus vteretur; Sed menſe Maii tantummodo feſtis diebus confluebat undique vulgus confuſe ægrotantes & ſani, & abſque ordine vllo aquas illas bibebant, accubabant, comeſſabantur; ſurgebant ad choreas, iterum bibebant, fructus horarios ſimul ingerebant: & eo die in tripudiis & bacchationibus genio magis & crapulæ, quam ſanitati operam omnem nauabant. Quod ego animaduertens ſæpius mirabar, quo modo nõ perirent multi ex tam inordinatis aquarum illarum potationibus: Et hoc ſolo argumento motus, quod nullus ab earum etiam largiſſima & maxime intempeſtiua aſſumptione læderetur, quinimo curarentur multi diuerſis affectionibus, cæpi illas mecum ipſe primum admirari & venerari; deinde longe maiora de illis concipere, quam mihi ab incolis Medicis relatum eſſet. Quare fontes illos ſæpiſſime & ſolus & cum aliis uiris doctis & Medicis inuiſebam; odorem, colorem, ſaporemque & ſenſibus & mente diutius agitabam; in natantia, ſubſidentiaq; obſeruabam; alueolis & riuulis adhærentia deradebam & perluſtrabam; terram, ſaxa, parietes, pauimentum, & lutum conſiderabam. Aquas domum ad me allatas decoctione, euaporatione, elambicationeq; diſſoluebam, ad aliosq; huiuſce rei peritos trãſmittebã; quæ reſidebant cũ aliis Thermarũ mineris conferebã;& quæ de Balneis, eorumq; mixtionibus

cogno-

cognoſcendis ab aliis doctiſſimis viris ſcripta fuerunt; diligẽter annotabam,& ad inquirendam harum naturam inducebam; multaq; alia noua ego iugiter excogitabam, quæ uidebunt uiri hac in re exercitati,cum de illis agemus, quam maxime ad naturam harum rerum indagandam opem attulerint. Cumq; Iulius Delphinus Protophyſicus munus ſuum mihi commiſiſſet, conuocatis aliis Medicis rem eis omnem communicaui, eorũq; ſententias in ſingulis audiui, amiciſq; abſentibus detuli;ut omnium iuditio aliquid ratione concludi poſſet. Quod tamen exiguum erat comparatione eorum,quæ experientia comperiebãtur. Interim enim,dum hæc ratione inueſtigabam; ab illis quoque ſimul,qui epotis aquis ſanati erãt,accurate ſciſcitabar ſymptomata,quibus prius affligebantur,indeq; morbi eſſentia cognita;non modo ægrotantibus eodem genere morbi, ſed analogia ductus,ad ſimilia tranſiens,in diuerſis etiam morbis, ab eadem tamen cauſa genitis,has aquas propinare auſus ſum: Meq; ad hæc multo magis fidentem reddidit iter,quo cum Sereniſſima Chriſtierna Daniſmarchia è Belgicis per Germaniã in Bauariam longis itineribus inceſſi,quo ſæpe contigit de Thermis ſuis cum Medicis illarum regionum ſermonem habere, qui audacter feliciterq; ſola experientia freti,etiam quod ratio ſuffragari aliquando non uideatur, illis utuntur; & quæ ego in hiſce aquis medicatis me comperiſſe narrabam, maxime admirabantur,cæteriſq; omnibus aquis hactenus notis nobiliores eas eſſe iudicabant. Quapropter duobus iſtis medicinæ cruribus ratione ſcilicet & experientia nixus,cum non modo vicinis iſtis regionibus millies ægrotantibus eas obtulerim, ſed etiam ad longinquas ciuitates ſæpius tranſmiſerim, (ſacra omnia maiora teſtor) ſemper euentus fuit felix, & ad vota fere omnia ſucceſſerunt. Quid igitur ſenſibus & ratione in his aquis adinuenerim prius proponam,ut inde omnibus in proprias cauſas deductis, quæ ſit horum fontium natura & eſſentia methodice colligi poſſit: Deinde ſingula ſeorſum in aquis ipſis reperta conſiderantes,ex eorum facultatibus,quam uim habeant, experientia etiã

teſte,

teſte,ad morbos profligandos,ſantitatemq; & vitam ipſam conſeruandam videbimus: Poſtremo quæ diligentia & in aquis aſſumendis,& in ratione victus ſit ſeruanda in vſu earum multiplici,perſcribam. Quæ omnia ea facilitate & breuitate complectar qua doctioribus quidem & Galeni ſtudioſis ad inquirēdam rei ipſius ueritatem,omiſſis tamen diſputationibus longioribus, ſatisfacere poſſim; ſed ceteris res ipſas potiuſquam cauſas expoſcentibus tedioſæ moræ non ſim. Quod utinam ita in omnibus a me præſtari poſſit,ut de mea in omnes uoluntate & obſequendi deſiderio recipere poſſum.

NARRATIO.

AB Appenino,vbi Liguriam derelinquens, ad Italiam diuidendam, per Galliam Ciſalpinam progreditur,in agro ciſpadano Ticinenſi alpeſtris mons prominet Septentrionem uerſus,qui Licianus appellatur, ab herba Luciola (ophioglosſa eſt) copioſe in eo naſcente; cui, præter ceteros, adnaſcitur collis Realtus uocatus,humilis ille quidem, nec altitudinem quatuor ſtadiorum tranſcendens,ex cuius uertice latiſſimum & viſu iucundiſſimum Inſubriæ æquor ſe ſe offert ſpectantibus occidentem & boream uerſus, vſq; ad Alpes Galliam & Heluetios ab Italia diuidentes; Sed omnis generis frugum arborumq; fertilis eſt collis,preterquam in uertice decliui, ubi ſolum durum & quaſi lapideſcens exiſtit;ceterum terra ſubrufa eſt,ſaxoſa tamē, & operi figulino haud inepta. A quo monticulo occidentem uerſus,mille quingentos paſſus, Ripæ oppidum diſtat,unde celeberrimus ille iuriſperitus cognomento Ripa ortum habuit, & ad orientem quingentos paſſus,Returbii oppidum (Litubium Liuius appellat) antiquæ ditionis Illuſtr.Familiæ Comitum de Beccaria exiſtit,unde huiuſce collis Realti partem dextrā aſcendentibus,cum ad uerticem propius accedunt, grauis quidam odor ſulfureo haud abſimilis a longe percipitur; qui eo uſq; increbreſcit,donec oratoriū antiquum Magnæ Matri virgini di-

catum inuenitur: a quo area quædam recta linea a Septentrione in meridiem, in latere dextro monticuli, ſtrata, triginta paſſuum ſpatio porrigitur; a leua Realti, vallem reſpiciens, a dextra verticem collis extantem. In hac area collem verſus quinq; ſcaturiunt fonticuli æſtiuum ſolis ortum ſpectantes, qui nec a ſolo extant, nec ulla alia architectura aut fabrica ornati ſunt, quam quod humi defoſſa terra viminibuſq; intextis, per palos ſerratim defixos, in eorum ambitum ripæ primo, & tertio fulciũtur. Ceterorum fontium aquæ apertæ per riuulos in vallem prolabuntur; ſolius primi fontis aqua per imbricatum cuniculum aream pertranſiẽs, in proximum quadratum alucolum coctis lateribus & cemento antiquitus conſtructum deſcendit: vbi eius cænum nigrum, ſulſur oleps, pingue, & adeo lene & molle, ut holoſericum contrectãtibus ſumma manu appareat, copioſius colligi poteſt, in quo ſcintillæ ſplendentes ad ſolem inſpiciuntur, & igni impoſitum ſulfur manifeſto redolet, non tamẽ accenditur; ſed ex marginum Tubuli parietibus illuuies & ſitus ſubalbidus & liuidus colligitur, qui prunis iniectus, & ſubito, ſed lente, non repente, accenditur, & flammam puniceam, iridi ſimilem, edit: & odorem, reliquaq; omnia certiſſima ſulfuris inditia oſtendit. Diſtat primus hic fons ab oratorio per quindecim paſſus meridiem uerſus deſcendendo; Oualis figuræ, latioris tamen ad meridiem exiſtit, longitudinis trium paſſuum, latitudinis duorum, profunditatis unius. camerato ſaxo monticuli, ad ſex paſſus ibi tantum extantis, bona eius pars tegitur; ob id aquæ deſcenſus a colle in fontem uix inſpici poteſt. inſecta animalia aliquã ſupernatant, immerguntur alia. Aquæ color eſt ſubceruleus pallidus, qualis fieret, ſi cum cyaneo multo admiſceretur parum uiridis & albi. Subſtantia non opaca & craſſa, neque omnino perlucida & tenuis; ſed quales aquæ pluuiales exiſtunt, aut quibus cum panis mica decocta fuit. Supernatat tenuiſſimum quid unctuoſum, eiuſdem fere coloris, ſed ſubluteum magis, & ad purpureum vergens, cum aliqua ſplendeſcentia, magiſque denſum, veluti aranearum tela, quod, agitata manibus aquæ ſuperficie,

diuiditur,

diu iditur, & late ſecedit; uti iuſculis pingue, uel oleum innatans: ſed ceſſante motu, iterum in ſe coit, & coniungitur oleaginoſa illa ſuperficies, e, maioribus in minores minimoſq; poſtremo circulos ſeſe conſtringens & coaleſcens. Quod, & ſi multorum oculos, qui exacte rem non animaduertunt, lateat; prolabente tamē aqua, ſicubi aut eminentiorem terram, aut ſurculos, aut repagulum aliquod aliud offenderit, quod ſubitum eius defluxum remoretur; ſubterlabitur quidem aqua, ſed ibi unctuoſitas detinetur; quæ longiori tandem tempore vnicuiq; manifeſto apparet, vti craſſior ſpuma in fluentibus facit. Lanatarumq; pellium uel lere, aut leui ſpongiæ contactu colligitur vnctuoſa hæc ſuperficies. Aqua hæc, cum leuiter tangitur, cutis ſuperficiem lubricam fere & unctuoſam reddit; ſed diutius altiuſq; manibus pertractata, pellem ſordibus purgat, & abſtergit, ac ſi muria & oleo ſimul lauarentur. Argentei nummi in eam diutius dimiſſi, uel confricati, ſubcrocei fiunt, & fului; ita ut aurei quaſi facti uideantur. Ad tactum frigida ſemper eſt, tam hieme, quam æſtate; nec ullum ſignum ebulitionis, aut copioſi halitus percipitur; Neq; plus octaua unciæ parte in ſingulas libras pōderat quam aqua communis. Odor ſulfuris in illa haud obſcure percipitur, ſed graue quid & quaſi bituminoſum admixtum habere cognoſcitur; præcipue cum ori admouetur, & bibitur: Nullus enim hanc aquam guſtauit, qui ſi Aſphaltum aut manibus confricatum olfaciat, aut aqua decoctum guſtet, aut dentibus terat, non ſubito agnoſcat, & non inficietur eundem met ab vtriſq; odorē percipi. Sapor ineſt non amarus, non dulcis, non inſipidus, ſed quaſi ſubſalſus, pinguis, & lutulentus; linguam primo emolliēs, deinde altiuſcule penetrans, ſi diutius per os agitatur, & palatū feriēs. Epota etiā largiter hęc aqua non aggrauat ſtomachū, non inflat hipochondria, non diſtendit uentrem, non excitat tormina, aut æſtus; ſed cito deambulantibus, qualis ebibita fuerit, colore parum & odore immutato, per urinam ferē ſemper egreditur; ſudorem aliquando inducit; aliquibus etiam uentrem ſubito & large per diem ſubducit; aliquibus ſemel, aut bis tantum

uix tamen medicata eſſe cognoſcitur, ſed ſimplex & quaſi pura iudicatur. Sicuti ſinceriſſimus & omni penitus carẽs Thermarũ nota. Quintus eſt fons, qui abeſt a quarto ſex paſſus, elatiorq; paſſu eſt, ſed terra quaſi obrutus, & farfara in eo naſcẽte plenus; Sicuti & circa omnes alios fontes adnatæ ſunt herbæ cuiuſcũq; generis. Progredientibus uiginti paſſus meridiẽ uerſus ab hiſce fontibus ad altiorem collem, uerſus montem Licianum, ampla fouea reperitur, tranſuerſum diſſecans collem ab oriente ad occidentem, longa paſſus quinquaginta & decem lata. Quam uigeſimo quinto ab hinc anno Ferdinando Gonzaga Prorege annuente exorſi fuerunt nonnulli vt aurifodinam inuenirent; ſed impenſis deterriti ab incepto opere deſtiterunt. Arrugia ſiquidem opus fuiſſet in altiori monte, vt docet Plinius lib. trigeſimo tertio cap. quarto. Pyritidis lapidis tamen copiam (Marcheſitam Barbare vocamus) & Lazuli (Azurrum dicunt) ochramque, & bolum albam adinuenerunt, quam arte depurantes ab octaua ad quintam drachmæ optimi auri partem ex ſingulis terræ illius libris colligebant. Quo tempore fontes ſimul omnes iſti ſiccati ſunt, & eorum aqua per defoſſam foueam intercepta profluebat in uallem: sed poſtea cuniculis dirutis, & ſemirepleta diuturno riparum caſu fouea, redierunt aquę ad loca fontium conſueta, ubi etiam nunc conſpiciuntur. In ſiniſtra quoq; montis Liciani conualle fons alius maxime ſulſureus inuenitur, mille paſſus diſtans ab iſtis fõtibus; cuius ſpuma herbæque innatantes igni coniectæ flammam iridi ſimilem, & odorem ſulfureum edunt: actu tamen & ille frigidus eſt, in nõnulliſq; aliis vicinis locis fonticuli quidam adſimiles erumpunt. & ab huiuſce montis latere fontibus oppoſito vena ſulſuris viui aliquando excauatur; poſtque longos imbres, inter ſaxa aquarum inde fluentium, globi ſulſuris nuce iuglandi & pinea etiam maiores ſæpiſſime reperiuntur. Accedit ad hos alius fõs ultra Torrentem Staſuram prope Realtum fluentem; qui adeo ſalſus eſt, ut pagus uicinus ab eo ſalſus vocetur; cuius ſi curam ſuſciperent Miniſtri Regis non parum emolumenti Reipublicæ addere-

conſumitur,contenta uero craſſiora derelinquntur; Quinimo niſi elambicatio ſenſim fiat facilius ebuliunt & agitantur in ea materiæ propter collectionem vaporum,qui concentrati augēt caliditatem plus iuſto. non igitur uera eſt opinio eorum, qui aſſerunt elambicationem ſeparare ea,quę ebulitio non poteſt; ſed totius rei ſumma in hoc conſiſtit,ut calor ſit mitis, qui aquam a mineralibus diſſoluat,& aquam ſolam in uapores conuertendo corrumpat; mineralia autem contenta nō abſumat; quod æque poteſt fieri aperto botiæ ore per euaporationem , quam clauſo per elambicationem.Mihi autem magis probatur elambicatio, hac ſola ratione,quod gradum caloris ex frequentia & raritate guttarum per fiſtulam deſtilantium cognoſcere poſſumus. Et ego in hiſce aquis deſtilandis obſeruabam vt tempus intermediū,inter caſum unius guttæ ab altera,dimetiretur per quadraginta pulſationes ad muſicam partiendam conſuetas; rariſſimæ enim guttæ non niſi a miti calore fieri poſſunt.Mitis autem maxime omnium eſt calor ſolis: deinde vaporis humidi, vel ſicci tantummodo,aut aquæ in duplici vaſe,quod vulgo dicitur balneum Mariæ: poſtea arenæ,aut cineris: vltimo carbonum ardentium, aut flammæ. Sed cum materiæ minerales non ſunt vnius ſolum generis in aquis Thermarū, ſed multiplices inſunt & variæ,ſi vnica elambicatione omnes ſimul colligantur, adeo commiſcentur inuicem & confunduntur,ut probe diſcerni ſingulæ & propriis ſignis cognoſci non poſſint; eoq; magis ſi cum liquidis ſicca commiſceantur. Prætereaq; aliæ ſunt res aquis ſolum confuſæ;quæ leui calore cito ſeparantur;aliæ penitus commiſtæ,quæ longo indigent tempore,& maxima caloris actione, ſi ab aquis debent diſſolui:immo & aliqua omnino inſeparabilia exiſtunt,ut oſtendemus. Quo fit vt cum aliquod horum repertum eſt,facile credentes multi finem rei ſe conſecutos eſſe; vlterius non perſcrutentur; & aliquando melior [illegible] tent. Quapropter cum ex aliorum doctrina ſæpius unica ſolaq; elambicatione materias omnes ſimul horum fontium perquirendo,operam perdere me cognoſcerem; Seorſum tentaui primum multiplici

tiplici diſſolutionum genere ſingula quæq; ſolum perquirere,ce
teris neglectis : ſed cum difficile hoc eſſet,nimiſque longum, ut
ſemper ita fieret; tandem hac uſus ſum methodo omnia fere cõ-
plectente,& multa ſeparatim ſegregante;quam omnibus propo
no,ut meliora etiam ceteri excogitare poſſint.In hipocauſto ad
fornacem ſapientum Chymicis appellatam vitreis vaſibus per
leuem euaporationem magnam harum aquarum copiam diſſol
uendam diutius detinui,& a principio naribus ori bociæ admo
tis ſulfureus quidã odor percipiebatur,poſtea uero nullus alius
quam ſuauis,& inſtar aquæ pluuialis decoctæ.Quæ per capitelli
fiſtulam refrigeratam deſtillabat aqua,ſaporem nõ immutabat,
ſed linguam altius feriens,caput petebat.Quæ autem decoque-
batur,cito calefiebat,non multum ampullabatur, neq; per mar-
gines vaſorum expargebatur. Cumq; ex decem partibus aquæ
nouem calore conſumptæ fuiſſent,quod remanſit,omne in am-
pli oris teſtaceo vaſe vitro intus obducto impoſitum, ad tres
dies frigidum & immotum quieſcere permiſi; vt fæces calore
ab aqua ſegregatę ſubſidere poſſent: Tunc fruſtum triangulare
longum lanei denſioris & craſſioris panni (feltrum dicũt) prius
madefactum ſenſim lata baſi in vas ad aquæ fundum uſque im-
merſi; acuto apice extra in aliud vas ſimile pendente,per quem
conſequutione aquæ panno imbibitæ, pedetentim aſcendebat
aqua deſtillatione derelicta, & in aliud uas tota egrediebatur,
fæcibus ſolis in fundo primi uaſis derelictis. Quod vt perbelle
fiat,opus eſt primum vas ſecundo elatius eſſe; & ſuperficiem a-
quæ egreſſæ inferiorẽ eſſe aſcendente,vt in euripis & aquæ du-
ctibus obſeruant periti Architectores dum eorum caſtella fabri
cant.Hac prima elambicatione non ad vltimum facta iudicaui
res facile diſſolubiles & terreſtriores debere ſegregari; quæ &
ipſæ facilius cognoſcentur cuius ſint qualitatis, cum ſint imper
miſtæ & ſol... ceteras derelictas in aqua nõ confundent, cum
& ipſæ ſeparabuntur.Sedimentum hoc primum derelictum mo
dicæ eſt quantitatis: cum enim aliquando ducentis horis con-
tinuis elãbicaſſem ad mille uncias huius aquæ uix duas drach-

 mas

mas reſidui collegi: quod adhuc tepidum ſuaue redolet & delectabile naturæ: Siccatum uero colorem habet ſubrufum, pallidum tamen, vt inter albam terram & ochream uidere licet digitis ſi teratur, nihil duri aut aſperi in illo percipitur, ſed molliſſimũ tenuiſſimumq; pollinem refert, & colorem ſui ſimilem derelinquit. Si ad ſolis radios inſpiciatur & undequaq; uertatur luminoſis corpuſculis, atomorum inſtar, uiridibus & rubris maxime refertum eſſe apparet. Si guſtetur, nullum præſefert ſaporem inſignem. Si prunis aut candenti laminæ inſpergatur, neq; accenditur, neq; ſaltat, neq; crepitat, neq; funditur, neque in ampullas tollitur, ſed bona pars conſumitur, reliquum abſq; odore, in cineritium colorem, ſed magis obſcurum quam prius eſſet, immutatur. Ab amicis autẽ, qui re chymica delectantur, ad quos has aquas arte ſua examinandas tranſmiſi, certior factus ſum per litteras, aquarum ſedimentum in fuſorio uaſculo cum borrace minerali impoſitum & fuſum, in materiam colore citrinam euaſiſſe, quam arte paratam, & in aqua diuiſoria dicta impoſitã fuſamq;, aurum puriſſimum fuiſſe. Illud idem multi alii metallicis rebus incumbentes mihi ſæpius atteſtati ſunt. Sed etiam huic addunt nonnulli fide digni & in his rebus exercitati, aurum certo quidem in hoc ſedimento reperiri; ſed ſi res diligentius pertractetur argentum quoq; quadruplo copioſius quam ſit aurum in fæcibus harum aquarum adeſſe, & ſæpius ab illis adinuẽtum fuiſſe. Sed cum ponitur in aqua diuiſoria ut aurum ſegregetur, aurum quidem remanet, ſed argentum omne euaneſcit in aquam illam. Alii quoque retulerunt ex deſtillatione ſecundi fontis fæcem quandam nigram inſtar æruginis ferri remanſiſſe, cui admiſcebatur portiuncula plumbi, nam ex fuſione eius cũ modico olei dicunt materiam prius liquidam coloris cærulei apparuiſſe, quæ poſtea refrigerata ſi dentibus confringeretur, cedebat, abſque ſtridore, & iterum igni appoſita facile liqueſcebat, manibuſq; ſi tereretur, denigrabat. Quorum tamen fidem mihi ſuſpectam reddiderunt nonnulli eorum, qui ex ſedimentis tãtummodo tertii fontis aurum elici aſſerebãt; ex ſecundo autem

plumbum purum, quod cõpella dicta impoſitum, omne euaporauit: Sicuti ex primo nihil metallicum colligi dicunt. cum tamen ego huiuſce ſemper fuerim ſententiæ, omnes iſtos fontes, aut origine ſua non differre, aut tranſitu miſceri, ſed diuerſa percolatione uarios effici, hac ductus ratione; Quod cum dixerimus foueam tranſuerſum collem diſſecantem ſupra fontes multis ab hinc annis factam fuiſſe, qua intercipiebantur aquæ omnium fontium ab altiori mõte profluentes, & in vallem dilabebantur; etiam ſi illis demus ſingulos fontes prius habuiſſe proprios canales, (Quod tamen concedendum non eſt, cum magis uériſimile exiſtat fontes tam vicinos & non ibi orientes, vt diecemus, ſed a longinquis partibus tamdiu prope fluentes, uel ſimul genitos, vel poſtea commiſtos eſſe;) nunc fouea tam lata inciſa canales omnes diruti ſunt, & veluti in piſcina, colligũtur ſimul aquę omnes & commiſcentur; neq; repleta deinde fouea ſunt inſtaurati canales, ſed ad loca fontium conſueta aquæ redierunt. Diuerſæ autem apparent, quia cum primus fons ceteris ſit ſublimior, & aquæ per terrena loca & laxa oculis non manifeſta in illum profluant quæ ſunt in aquis vnctuoſa, fere omnia in illum egrediuntur, & ſuperficiem eius magis opacam efficiunt: vnctuoſum enim ſemper innatat, & ſublime fertur; & niſi pori ſint ampli, per quos pertranſeat, retinetur. Ob id cum ſecundus fons totus ſit ſupra ſaxeus, vnde aqua deſtillat, nihil penitus vnctuoſi in illo apparet; quia non poteſt per tam arctas ſaxorum rimulas & fibras deſcendere: ideoq; etiam minimus eſt, cũ parum aquæ in illum deſtillet; & primus omnibus maior eſt, cum aqua per latos poros copioſior fluat. Tertius vero, cum ſit partim ſaxis & partim terra conſtructus, medius inter alios & copia & ſubſtantia aquarum exiſtit: neque enim omnino unctuoſa ſuperficie caret, vt ſecundus, neque illa tantum abundat, vt primus. Egoque eadem ſedimentorum genera omnia collegi tam ex aquis primi fontis, quam tertii; quæ non natura, ſed ſola quantitate inter ſe differebant; in primo ſiquidem copioſius erat quã in tertio fonte tertium ſedimentum magis quam primum iamdictum, & ſe-

cundum,

cundum, de quo nunc dicam. Aquæ illi, quam per fruſtum panni e primo vaſe in ſecundũ aſcendendo egreſſam fuiſſe diximus, cum aliquando decoctionem gallarum admiſcuiſſem, nigrior tã dem euaſit; & decuplo quam ſine galla copioſiores fæces ſecundas dereliquit. Hanc aquam, ſine galla tamen, denuo mitiori calore & arctiori vitreo vaſe euaporandam curaui diligenter, donec quod ſubſidebat fæculentum, vix humido obtegeretur, tũc ſemoto calore, & diutius immotis omnibus, vt fæces probe in fundo colligi poſſent, inclinato ſenſim in latus vaſe, quod fluidũ continebatur, in aliud vas trãsfudi: (feltro enim illud, cum craſſiuſculum, & fere viſcidum appareret, extrahi nõ poſſe uerebar) fæces derelictæ minores etiam quam primę fuerunt, quæ probe areſactæ nigriorem colorem habebant: digitis contrectatæ, aſperiuſculæ ſentiebantur, ad ſolem inſpectæ, ſplendeſcentia corpuſcula nonnulla oſtendebant. guſtui ſalſum ſaporem, ſubamarũ tamen, & acrem, qui linguæ ſubſtãtiam ſubito penetrabat, altius imprimebant: Candenti laminæ inſperſæ, pars ſcintillas ſubito & repente excitabat, pars ſaltando crepitabat, reliquum non comburebatur, ſed dum grauius oleret, pallidius euadebat. Qua ſaporum varietate, & ad ignem diuerſo exitu, multiplicis etiam naturæ eſſe ſecundum hoc ſedimentum apparet. Humidnm illud, ex quo iam bis ſedimenta fuerunt collecta, cum pluribus diebus ſoli expoſuiſſem, & in ſicco hypocauſto detinuiſſem, nũquam potuit perfecte ſiccari, ne dicam in puluerem redigi; vt primæ & ſecundæ fæces: ſed longiori tandem tempore in duas ſecreuit naturas, copia maiores, quam reliqua ſedimẽta: Quarum vna ſupereminebat, ut oleum, & ſemper ichoroſa permanſit; nec maximis algoribus hyemis in glaciem concreuit. igni proiecta ſubuiridis pallidique coloris apparuit, & diutiſſime perdurauit; poſtremoq; poſt ſe ne quidem veſtigium ullum dereliquit. Altera craſſior erat, & ſub prima reſidebat, veluti amurca, coloris citrini opaci, ſubſtantiæ lentæ & ſpiſſioris, vt eſt mel: quæ in igne cito in materiam terreſtrem maximeq; friabilem, renum lapillis uiſu adſimilem conuerſa eſt. Sapor ambobus eſt quam maxime

me acris, amarus, ſalſus; & leuiter adſtingens cum odore quodã grauiori & fere abominoſo. In aquam ſi iniciantur, uelociter fundum petunt & per eam diſperguntur, in ſuperficie tamen ſui iuditium derelinquunt. & cum forte igne diutius coqueretur, de hoc tertium ſedimentum, & miniſtrorum incuria fundum æneí vaſis, in quo ad prunas elixabatur, torrefactum, & penitus aridum inueniſſem, & nulla alia re infuſa caute repoſuiſſem. poſt decem dies, cum ex ſereno & ſicco humidus & pluuioſus fieret aer, fundum uaſis maioribus guttis refertum comperi, quas cum guſtaſſem, eiuſdem ſaporis & odoris inueni, vt reliquæ tertiæ fæces: quæ & ipſe unius ſolum naturæ eſſe nõ poſſunt, cum ſubſtantia ſit diuerſa, uarius ſapor, & igne nõ idem experimentum. Prætereaq; iudicãs ego metallica corpora, quia grauia ſunt, facile in fontibus iſtis ad fundum deſcendere, longa aquarum commoratione, & potius cum cæno commiſta reperiri poſſe, quam in aquis ipſis; cænum tertii fontis ſiccatum primo, deinde etiam fictili in fornacibus adeo coctum, ut leuore calcis pollinem fere referret, ut melius hæterogenea ſeparari poſſent; ſæpiuſque lotam ad ſolem poſtea perluſtrans, maximam ineſſe copiam perlucentium ramentorum ſcobis tenuiſſimæ inſtar conſpexi, non tot diuerſorum colorum ut in primis fæcibus (quia non auri tanta copia adeſt, nam propter eius maximam tenuitatem per aquas magis innatat) ſed albicantia fere omnia ſunt. quæ non uitrum eſſe iudicaui, quia ſaxis fere ſolum & arenis, non luto commiſtum naſcitur, diaphanumque totum exiſtit, non vt hæc ramenta; quæ ſolum in ſuperficie ſplendent, ſed ferrum argentumque eſſe credidi; cuius rei me certiorem fecit eorum diſſolutio in aqua forti, & aceto acerrimo deſtillato. derelicta ſi quidem fuit cum terra ferrugo quædam aſperiuſcula, quæ confricatione linteamina colore ferrugineo inficiebat. Ceterum cum aliquando cænum hoc pacto deſiccatum uiro ſpectatæ fidei & amico dediſſem, quod Mediolanum ad rei metallicæ peritos deferret, ut quid contineret inquirerent; Illi cænum plumbo omni prorſus metallo carente

&

& liquefacto cõmiſcuerunt, & terrenis partibus expurgatis, poſtea ad examen reuocantes, in ſingulis libris illius cæni, viginti grana argenti puriſſimi ineſſe adinuenerunt. cuius apud me adhuc copia exiſtit. In cæno autem fontium hæc reperiri, quia ab aquis afferantur, & longa mora reſideant, nulli dubium fore credo; cum reliqua terra circa fontes huius generis non exiſtat. Non ſolum igitur vndecim in aquis miſceri poſſunt, ut Taurinenſis ſe didiciſſe ſcribit, a Mengo ſorte, aut Sauonarola, qui eadem ſcripſerunt. Quia in his aquis inſunt, Sulfur, Bitumen, Alumen, Sal, Nitrum, Chalcanthum, Ocra, Ferrum, Argentum, & Aurum. Cum tamen abſint plumbum vtrumque, æs, Rubigo, Antimonium, Molybdena, Lythargyrum, Hydrargyrum; Melanteria, Diphriges, Chryſocolla, Sory, Miſy, Chalcytes, Schiſton, Minium, Sandaraca, Auripigmentum, Arſenicum, Cadmia, Gypſum, Calx, Cinis, Tophus, Pumex, Pirites, Marmor, Rubricæ, Lapidum, Terrarumque diuerſa genera, quæ in multis aquis naturalibus reperiri ſolent.

ARGVMENTATIO.

HAs autem aquas non eſſe ſimplices & ſinceras, ſed mineralibus miſtas & medicamentoſas indicant primo color, odor, & ſapor non in ſimplici aqua ſolitus; deinde ea omnia, quæ per diſſolutionem in illis comperta fuerunt; quæ tamen in minima quantitate eſſe & diximus, & cognoſci etiam inde poteſt, quod parum grauiores ſunt quam aqua communis. Nihil tamen uenenoſi aut mali adeſſe oſtendunt tum inſectilia animalia in his aquis degentia, tum fruges & herbæ omnium generum optimæ, quæ per collem & circa fontes oriũtur; tum maxime quod non ſolum ab aliis animalibus, ſed etiam ab hominibus ipſis epotæ, non modo uentriculum, aut uiſcera, per quæ tranſeunt, non lædunt, ſed etiam largiter aſſumptæ non

aggrauant,

aggrauant non inflant,non diſtendunt, non diutius immorantur,vt facere ſolent aliæ aquæ communes, quæ ob frigiditatem innatam in præcordiis morantur,& fluctuationes excitant, & in flatum mutantur, & corrumpuntur, & ita ventriculi reſoluunt robur, vt deterius proinde concoquat, ob id recte appellantur crudæ,duræ,graues,indomitæq;. At aquarum Returbii virtutes comprehenſis aquarum communium vitiis aduerſam quandam facultatem habent, propter earum caloris mediocritatem a mineralibus contentis genitam,quę,cum tenuium ſingula ſint partium,& ſubtilis ſubſtantiæ, celeriter a uentriculo per totum corpus pertranſeunt,ideoq; vomitu non reiciuntur, niſi vel ob aliquam noxam læſus ſit uentriculus,uel in tāta copia ſubito ingerantur,ut eas uentriculus capere non poſſit; & deſcendendo impetu curſus ſui excrementa omnia ſecum per vrinam cito expellunt. nec in euacuatione ſani exoluuntur, ſanguine & carnibus colliquatis: aut uires ægrotantibus debilitantur, ſpiritibus ſimul euacuatis,ut illis,qui uruntur,aut ſecantur,contingit: neq; ſitim inducunt,ut cetera medicamenta acria ſiccitatem euacuādo in uentriculo derelinquentia. Quinimo ſitim maxime ſedant, & humores eam generantes euacuando, & intemperies calidas & ſiccas viſcerum omnium, eorumq; obſtructiones tollendo; humidumq; radicale fouendo,& ab intempeſtiua exolutione conſeruando: famemq; ea propter inducunt, quod nō modo ventriculum, ſed membra omnia nutritioni deſeruientia a malis humoribus expurgant,& ſpiritibus naturalibus vias liberas & aptas per uiſcera reddunt;proindeq; calor innatus probe fungitur muneribus ſuis,quod maximum eſt in vita conſeruanda. Incorruptæ ſeruantur diutius aquæ iſtæ,ſi ſinceræ reponantur,ob mineralia contenta probe admiſta,quæ calore ſuo ſuperfluam humiditatem ſiccando putredinem prohibent,vt faciunt etiam aquæ deſtillatæ.& carnes a putredine preſeruantur impoſito ſale,de quo ſuo loco dicetur. Tarde congelantur,quia partes aereæ cum aqueis penitus ſunt commiſtæ, ideoq; breui ſeparari non poſſunt,& exprimi a frigiditate glaciem generāte. Igne

cito

cito caleſiunt propter ſubſtantiæ tenuitatem, cito alterabilem; eapropter etiam dum coquuntur, non multum ampullantur, ampulla enim eſt res viſcida, quæ ab aere diſtenditur, & non rũpitur, propter ſui lentorem; quare ſi dum bulliunt etiam aquæ communes, attenuantia aliqua eis commiſceantur, vt eſt ſal, nõ tantum ampullantur, nec ſpumam generant, cum ſpuma ſit ampullarum multitudo cõpacta ob tenacem & glutinoſam bullarum ſubſtantiam. Neq; dum bulliunt aquæ iſtæ per margines vaſorum multum exparguntur, ob eandem met ſubſtantiæ tenuitatem: agitatur ſiquidem aqua, dum coquitur, quia vapores a calore geniti in fundo vaſis aſcendentes aquam impellunt, & mouent, ſi ſunt craſſi, & aqua tenacior. Si vero aqua ſit tenuior, vapores ab ea geniti tenues & ipſi exiſtunt; quare per poros aquæ abſq; agitatione aſcendunt, & leuiter euaporant. Vniuerſa igitur ſigna iſta communia ſunt omnium mineralium in his aquis exiſtentium, quæ comprobant omnia eſſe ſubtilium partiũ & attenuantia; quæ autem ſint ſingula propriis ſignis oſtendemus. Si diligenter vnuſquiſque, etiam parum exercitatus in re minerali, ea animaduertere voluit, quæ in deſcribenda hiſtoria eorum, quæ ego in his aquis obſeruaui, a me nuperrime enarrata fuerunt, facile dignoſcere poteſt quæ ſint ſingula in aquis Returbii contenta. Sulfur enim adeſſe iudicat manifeſto odor ille, qui accedentibus ad fontes etiam a longe percipitur, cũ quo tametſi alia admiſta eſſe certo ſciamus, adeo tamẽ omnibus notus eſt odor ſulfuris, vt ceterorum omnium cõpoſitio ab eo denominationem facile accipiat; & eo magis quod cum exquiſite tenuium ſit partium & facile in vapores vertatur ceterorum odores exoluit ac obſcurat, odoratus meatus opplere præoccupãdo; nam cũ tranſire ac penetrare illa cunctantur, ante ipſe præoccupat, atque illos implet. Sed cito etiam conſumitur, quod ex odore huius aquæ, dum igne calefit, percipitur. Solum enim in principio ſulfuris odor, non in fine, ſentitur. Cænum etiam ipſum & adhuc frigidum ſulfur olet, ſed multo magis igni impoſitum, quia ignis caliditas vapores copioſe excitat: Illuuies quoq;

e parietibus alueolorum deraſa coloris ſubalbidi,liuidi, qualia ſunt etiam ſaxa,per quæ deſcendit aqua in tertium fontem, ſulfuris inquinamentum oſtendit.igni autem iniecta cum ſubito, ſed lente accendatur; & flammam, odorem, coloremq; ſulfuris ardentis,iridi ſimilem,reddat,quod etiã faciunt ſpuma herbæq; innatantes in alio fonte mille paſſus diſtante, dubitationi, non ulterius locus derelinquitur. Augent etiam ſulfuris inditia cæni tactu pingue & lene; aquæ ſuperficies, quæ manu contrectata lubricat;& odor ſaporq; aquæ,dum bibitur pinguis, & linguam primo emolliens;quia in ſuperficie eſt ſulfur;caputque aggrauat epota,quod etiam facit aqua deſtillata, quia per deſtillationem primo ſulfur aſcendit. Argẽtei quoque nummi, qui hac aqua confricati ex ſulfuris colore ueluti aurei fiunt. Sulphuriſq; uena,quæ ab eodem monte,ex quo aquæ iſtæ oriuntur, excauatur; & ab aquis profluentibus per montis rupes defertur. retulerunt etiam aliqui, inter ſedimenta deſtillationis harum aquarum ſulfur adinueniri: quod mihi nunquam contigit, nec multi credunt;quia facillime in vapores reſoluitur. Bitumen aquis iſtis ineſſe non modo indicare poteſt odor grauis aquarum, & cæni; eiuſque mollities ad tactum maxima; oleaginoſaq; & pinguis,ueluti aranearum tela, coloris ſubpurpurei ſplendeſcentis aquæ ſupernatans ſuperficies,quæ diſcinditur agitata, & poſtea coaleſcit; manibuſque contrectata primo unctuoſam reddens cutim: quia bitumen aquæ ſupernatat,cum oleaginoſæ ſit ſubſtantiæ,& cum aqua non perfecte miſcetur,ſicuti nec oleum unquam facit: ſed cum bibitur hæc aqua manifeſtiſſime aſphalti odor percipitur;quia,cum ſit tenacioris ſubſtantiæ, non procul vapores emittit: Sed cum bibitur,ualde propinquum eſt ſenſorio olfactus, quia foramina narium interna ori communicant, & ita eius odor aſphalti quam ſimillimus,utſupra dictum eſt, cognoſcitur. Aſphaltum autem nihil aliud eſſe quam bitumen liquidum(Haplitam græci dicunt,nos Petreolum,uel oleum de ſaxo) ſenio uel igne induratum, ſicuti etiam eſt mummia pro maiori parte, prudentes ſciunt. Bitumen etiam indicat lutea

illa

iſta pinguedo temporis diuturnitate aquis oborta, quæ igni ad formam ampullantis ſeſe extollendo conſumitur, & tertii ſedimenti pars craſſior, ut mel, vel olei amurca, propter aliorum admiſtionem. Sapor etiam aquæ, dum bibitur, pinguis, & linguam primo emollies; deinde etiam grauitas & repletio capitis; cerebri calefactio totiuſq; corporis effœminatio, & crurum infirmatio, quod ex neruorum emollitione prouenit, non ex ſpirituum reſolutione & virium debilitate. Sal & Nitium maxime in omnibus inter ſe ſimilia ſunt; & ſicuti ſalis ſunt duo genera, naturale vnum, quod foſſile dicitur, quia terra defoditur: artificiale alterum, quod maximum appellamus, quia aqua maris deſiccata efficitur: ita & nitri duo ſunt genera, naturale vnum, quod terra effoditur, & raro reperitur: factitium alterum, quod arte paratur, & vulgo proſtrat, Halinitrum dictum, ex ſale & nitro nomen compoſitum, vti etiam facultates sunt miſtæ. Vtrumque ſimul & ſalem & nitrum in aquis his adeſſe indicant ſapor ſecundi & tertii ſedimenti ſalſus & ſubamarus; inferioris ventris poſt potum aliquando ſubductio larga, ſæpius mediocris, ex inteſtinorum abſterſione; ſicuti etiam cutis manuum abſtergitur, ſi diutius aqua pertractetur; ſecundæ fæces inter digitos contrectatæ aſperiuſculę; & ad ſolem inſpectæ ſplendeſcentes: & fundum uaſis ſicuti aduenientibus pluuiis guttas emiſit, quod loca ſale referta facere ſolent. Nitrum autem proprie ſignificat ſecundi ſedimenti ſapor acris & altius per linguæ ſubſtãtiam penetrãs: quod lamine candenti inſperſum pars ſcintillas repente emittit, propter nitrum, pars autem ſaltando crepitat propter ſalem. Quod enim ſcripſit Fallopius, ſal & nitrum cognoſcuntur, quia ſi hæc duo adſint, ſedimenta comburentur & ſcintillabũt, ſed hoc intereſt, quia ſi aderit ſal ſcintillabit, & crepabit ſimul; ſi uero nitrum ſcintillabit vtiq;, ſed ſine crepitu; Si autem materia ſit miſta ex ſale & nitro, dum ſedimentum exuritur partim ſcintillabit cum crepitu, partim ſine crepitu: falſum eſſe unicuique à deo innoteſcit, ut potius ſcribentis quam autoris ſit credendus error; non enim ſcintillat ſal, ſed cum crepitu ſaltat. Salnitrum

autem ſcintillat quidem cum flatu non cum crepitu, ſed nitrum anne pariter? dicant qui Nitrum viderunt. Taurinenſis in oppoſitum, tam nitrum quam ſalem crepitare ſcripſit, quod ego non auſim affirmare. Alumen eſſe in aquis iſtis oſtendit lutea pinguedo in ſuperficie oborta, quæ & in rugas colligitur & in bracteas ſecatur, & igne leuiter ſeſe in formam ampullantis extollēs conſumitur: & pars ſecundarum fæcum, tertiarumque craſſius, quod igni non conſumebatur, ſed grauius olens pallidius euadebat, & in materiam maxime frangibilem renum lapillis adſimilem conuertebatur, quia non ſolum erat alumen, ſed terrenis partibus admiſtum. Sapor quoque adſtringens in tertio ſedimento proprium ipſius aluminis eſt. Commune vero cum aliis acredo, & cutis abſterſio, quæ aſperam ipſam reddit. Neq; uerum eſt quod Fallopius ſcripſit, decoctione gallarum admiſta cum aquis fieri nigriores, ſi alumen inſit. hoc enim ſolius chalcanti ſignum eſt, & non etiam aluminis: neq; galla ſola hoc facit, quod unicuique facile eſt experientia videre. chalcanthum igitur aquis iſtis ineſſe oſtendit nigredo ſuperueniens ex gallarum iniectione in aqua illa poſt longam elambicationem & primi ſedimenti ſeparationem derelicta; quod non euenit aquæ priuſquam tamdiu euaporetur, ob minimam chalcanti copiam proportione aquarum. Quodq; in tertiis fæcibus permanſit ichoroſum cum ſapore quam maxime acri, amaro, & ſubadſtringente, odoreq; grauiori & quodammodo abominoſo, quod laminæ candenti inſperſum ſubuiride apparuit, poſtremoque nullo poſt ſe ueſtigio derelicto conſumptum eſt; maxime conuenit aquæ illi uiridi & craſſæ, ex qua fieri chalcanthum uidit Galenus in cypro. condenſabatur autem illa in chalcanthum, quia per montem deſtillando colluebat terram illam, ex qua ſponte quidem fit ſory, miſy, & chalcitis: & per fornaces æs, cuius admiſtione etiam nunc apud maſſam in Netruriæ cōdenſatur vitriolum, aliterq; nunquam concreſceret: ſicuti ichoroſa hæc noſtra pars tertii ſedimenti ſemper inconcreta permanſit, quia ære non eſt admiſta: ideoq; etiam non rubeſcit igne, ut dixit Dioſcorides.

chalcanthum

chalcanthum facere, cum ſære condenſatum eſt. Reſtant primæ fæces ad examen reuocandę cognitu tanto difficiliores quã to minora ſenſibus ſigna dereliquerũt. Suauis tamen ille odor, qui ex ipſis tepidis percipitur, materiam earum apprime coctã eſſe oſtendit, non crudam penitus, non inquinatam, neq; ſuperaduſtam; ſed a calore temperato eius humidum optime eſſe elaboratum. Inter foſſila autem, ſola ſimpliciſſima terra pura talis exiſtit, ob optimam aliorum elementorum, quæ continet, admiſtionem (terram enim nos vt Medici ſenſibilem iſtã uocamus; non ut phi'oſophi ſyncerum elementum, mẽte potius quam re exiſtentem) colore ſi quidem ſubcandida eſt (leucographidem Græci dicunt) ſapore inſipida, vel ſubdulcis, & odore potius bene olens, quam naturæ ingrata, qualis olim in Britãnia ex puteis excauabatur agros impinguans, & Mariæburgi in Saxonia fraganti odore ex argentifodinis. Quæ poſtea calore diutius cocta ex alba auri terra fit argenti ochra, inde ferri rubrica, & omnium foſſilium metallicorumq; materia proxima: Digitis autem contrectata, tenuiſſimi pollinis inſtar, tactu mollis percipitur, ob maximam eius ſubſtantiæ tenuitatem, cuius cauſa etiam igni impoſita pars conſumitur, reliqum vero, quod non conſumitur, ſed in cineritium colorem obſcurum immutatur, non eſt lapis aut marmor, quia igne candidiores fierent; Calcem autem aut Gypſum, quæ igne parantũr, illa calcario lapide, hoc ſpeculari, (quod ſquammoſum alumen eſt) cocto; in Thermis reperiri ſicut & cinerem a ſcriptoribus Italis aliquando dictum eſt: Quos deridens Soleander nullum horum in Thermis poſſe reperiri contendit: Verum quod in fundo reſidet, terreum & ignauum corpus eſſe continuo linctu transfluentium aquarũ in terris & ſaxis abraſum, ut in omni aqua dulci excocta reperitur. ſed quis inficias ibit euenire poſſe, quod ſicuti ex calcario lapide in fornacibus igne diutius elaborato calx generatur, ita in ſubterraneis cauernis, ubi Thermæ oriuntur, lapis calcarius reperiri poſſit, qui ab eodem igne, a quo aquæ ebulitionem acquirunt, adeo & ipſe excoquatur, quod in calcem conuertatur? & quod

metalla cetera omnia ab immoderato calore fiant, ea propter & male olent,& rubiginem patiuntur;aurũ autẽ ſolũ ob eius perfe ctiſſimã tẽperiem,nihil tale patiatur,& ab Ariſtotele dicitur odo ris expers ideſt non fætere,facile credendũ eſt Aurũ ineſſe.Cõ firmant hanc opinionẽ quæ diximus in fouea ſupra fontes exca uata ab Aurifodinã inquirẽtibus reperta fuiſſe. Marcheſita ſcili cet, ochra & azurrũ; quæ auri certiſſima inditia ſunt,cum pro pe eius mineras,& ex conſimili, ſed excrementitia materia ge nerentur:ſicuti multis herba lucciola ibi genita huius rei ſolet eſſe argumentum. Sed probationem maiorem facit alba terra ibidem copioſe adinuenta,ex qua aurũ certo colligebant. Terrã autem hanc,eam eſſe credendum eſt,quam in primis fæcibus ha rum aquarũ diximus reſidere, luminoſis corpuſculis viridibus & rubris refertã,quæ metallica ſunt,cũ digitis attrita ſolus ter ræ color ſui ueſtigiũ derelinquat ſubrufũ pallidũ,ob collis terrã ſubrufam tranſitu & ablutione aquarum cum bolo auri alba cõ miſtam. Ex hoc ſedimento quoque vt dixi retulerunt Amici optimum aurum arte ſegregatum & collectum fuiſſe, cuius rei litteræ apud me adhuc extant eorum, qui Aurifodinam fece runt,& a pluribus tã medicis quam chymicis certior factus ſum, quibus nihil intererat vana fingere velle: potiſſimumq; quod eorũ aliqui aliud agentes,hoc ſe inueniſſe retulerunt. Argentũ quoq; adeſſe facile credere poſſumus cũ natura ab auro parũ di ſtet.Dũ.n.calor ſubterraneus ſiccũ cũ humido miſcet ad genera tionẽ auri,qđ ex perfectiſſima ſolũ eorũ admiſtione fieri põt, ſi in loco frigidiore,quã par ſit,extiterit,vt in lapidũ mineris, inter earũ fibras terra penitus carẽtes,ꝓhibetur ab extrinſeca frigidi tate potẽtiore & ei cõtraria calor diutius agere, & in medio ope ris intercipit eius actio,& congelata materia argentũ generatur. quod ideo etiam frigidius eſt quam ſit aurum,& copioſius repe ritur,quia quod optimum eſt raro adinuenitur,& ſcopum colli mare minus ſæpe euenit: in circuitu autem ferire late patet campus. Referuntque etiam nonnulli in fouea iamdudum ſupra fontes excauata ab aurifodinam inquirentibus argenti

quoq;

quoq; ramenta quædam & ueluti fila ex auro & argento contexta capillorum modo, vt natura ſolét, qua fluebat aqua fontium, ſæpius reperta fuiſſe. quibus iudicabant longius mineras abeſſe, ſed hæc ab aqua prolabente eo iugiter deportari. Plumbum autem adeſſe in ſecando fonte extant & adhuc apud me aliquorum epiſtolæ enarrãtes, qui cum ſint uiri fidedigni, & nolim eorum fidei derogare, tametſi cur de hoc dubitem iam rationes adduxerim, dicam nunc quid ad hæc omnia concilianda ſentiam. Nulli dubium metallica omnia ex aquea conſtare materia a calore prius elaborata, deinde a frigiditate condenſata, quare communicant omnia in materia & in agente; differunt autem ſecundum magis & minus. Sed cum materia uniuſcuiuſque metalli tota nunquam ſit uere homogenea, ſed in multa craſſa aliquid tenuis inſit, & in magna copia tenuis craſſiores aliquæ portiunculæ lateant: calorq; non vbique eundem ſeruet tenorem, ſed hic uehementior, ibi vero debilior exiſtat: hinc fit; quod nunquam metalla in omnibus ſuis partibus exacte puriſſima generantur. Sed cum Aurum ſit quod primo a natura intenditur, tamquam perfectio & ſupremus conatus metallorum, illique ſit proximum argentum, non modo ſemper utrunque cum altero permiſtum reperitur, ſed etiam utrumque in omnibus metallis, uel in exigua ſaltem quantitate, tamquam ſeminarium exoptatæ ſobolis, latere ſolet. Ob id obſeruatum eſt, quod non ſolum longo annorum decurſu purum argentum aliqua ex parte commutatur in aurum, ſed etiam plumbum nigrum in argentum, quin & plumbum album cum argento reperitur coniunctum, & cum miſtis uenis in fornacibus conflantur, quod primum fluit ſtannum eſt, quod ſecundo argentum, quod remanet galena uocatur, quæ rurſus conflata dat nigram plumbum. multiq; plumbum igne conſumũt, & ex argento derelicto quartam, vltra prætium plumbi, lucrantur. proindeq; plumbum ita eſt materia & uia ad argentum, & eo pacto ab illo differt, quo nuper diximus argentum ab auro differre, propter anticipationem frigiditatis coagulantis materiam antequam probe concoquatur. longiori

ſiquidem tempore indiget materia,vt argentum fiat,longiſſimo autem vt aurum euadat. Cum igitur natura inter ſe differant hęc ſolum ſecundum maiorem & minorem perfectionē,ſimulq; ſemper commiſta reperiantur; facile credere poſſumus illud, quod plumbum iudicatum fuit in aquis iſtis,fuiſſe argētum imperfectum,quod rei etiam veritate nihil aliud eſt, quam argentum imperfectum ex plumbi admiſtione. Ferrum autem æri quidem ſimile reddi poteſt vt ſi candens aceto uel alumine liniatur,& vtrumque etiam argentum & aurum continere poſſunt, ſed in illa immutari nequaquam,quia tam ferrum quam æs genita ſunt ex ſuperaſſatione caloris agentis uehementius quam conueniebat ad optimam concoctionem: & ſicuti ex pituita quidem ſanguis generari poteſt vlterius agēte calore, cū pituita ſit ſanguis diminutus,ſed neutra bilis in ſanguinem cōuertitur, quia non datur regreſſus in actione caloris: ita de metallis dicendum eſt,quod ferrum eiusue ærugo tametſi non ut materia, ſaltem ut excrementum auri & argenti reperiuntur in his aquis, vtſupra diximus, ex calcinatione cæni eiuſque diſſolutione in aqua forti ferruginem derelictam eſſe. Sicuti igitur dicebam ego omnes fontes ab eadem origine fieri, ſed cum in aqua ſint aliqua oleaginoſa innatantia,vt ſulfur, bitumen,& alumen,ideo copioſiora ſunt in primo fonte, quia hic fons ſupereminet,& ad eum innatantia facile fluunt: Ita nunc dicere poſſumus metallica corpora omnia, cum ſint grauiora, & in fundo potius reſideant, ad tertium fontem in inferiori loco ſitum ea facilius delabi poſſe, quam ad primum aſcendere: ſed de ſecundo fonte; cuius ego in hoc periculum non feci, quid iſti dicere queāt, videant & ipſi. Ceterum hæc in his aquis ineſſe, non ſat forte ſciuiſſe illis erit,qui communibus non contenti, magis naturæ intima ſcrutari uolunt: Quapropter a me expectabunt,quid horum præualeat,ceteriſq; aliis pręd ominetur;quæq; ſit horum omniū inter ſe proportio. Quod ſi a me expetitur ratione materierum in aquis repertarum,facile illud proferam: cum nulli dubium eſſe poſſit aquam ceteris aliis,non dico ſingulis & ſeiunctis, ſed

omnibus

uerſimode eas uel tepentes,uel calidiores,uel feruentiſſimas fie-ri dixerunt : ſed horum æquiuocatio adeo manifeſta eſt, ut res ipſa profecto ex ſeſe reſpondeat ; cum multæ ſint Thermæ Sulfureæ valde, quæ tamen frigidæ ſcatent. de actuali igitur caliditate reſpondendum eſt,& non de potentiali : cum & ſulfur, & piper,& euphorbium calidiſſima potentia, ad tactum frigida ſentiantur : magis ad propoſitum igitur Democritus calce & cinere aquas incaleſcere dixit,dum per eas aqua pertranſit;ſed & calx ſemel aqua madefacta,non amplius calorem in aquas imprimit,Thermę autē perpetuo permanent. ea propter alii aquas efferueſcere,uento,attritione,& putredine : Theſmophilus ſole; Chaldæi aſtris omnibus dixerunt. Sed hæc debiliora iudicantur,quam ardorem in aqua imprimere poſſint. Empedoclem ſequuti ſunt Apuleius, Lucretius, & ceteri fere omnes, ignem cauſam eſſe caliditatis Thermarum dicentes. Sed quia pabulo indiget ignis vt perduret; Sulfure eum nutriri Vitruuius, Seneca,Plinius & multi alii dixerunt : Bitumine liquido Agricola, Siceo Cardanus : Sulfure uero & bitumine communis ſchola doctorum. Sed cauſam quærentes, quæ excitauerit primo ignem in illis locis,ad terremotum,fulmina, colliſiones, & cetera caſu euenientia coguntur confugere ; cum tamen caſus inter opera naturæ non admittatur. Prætereaque generatio continua huius pabuli,uel incepit cum igne caſu ibi genito,uel antea etiam erat; Si incepit tunc,quærendum quæ cauſa eſt ibi noua efficiens & materialis. Si antiqua eſt, & eadem permanet, quomodo aut nunc non conſumitur tota ab igne ſuperueniente;aut prius non produxit infinitam huius materiæ copiam? & ſi ſtella de cælo dempta,eius motus tandem fieret in inſtanti; aucta vi motoris ſupra mobile; addita uero ſtella,tandem motus ceſſaret; ſuperante mobile vim motoris. Quis eſt,qui lance tam iuſtiſſima ponderet materiam combuſtibilem, quod non ſuperet proportionem iſtius ignis,& eum tandem non extinguat? aut ab eo non ſuperetur,& tandem ſubito tota non cōburatur? præcipue cum a natura non gubernetur hæc actio?& tamen per tot

milliа annorum perdurant Thermæ in eodem ſtatu ſemper, & in eodem met loco, qui tamen mutaretur igne ſequēte, vt aiunt iſti, materiam ſuam, vt in igne accenſo in fuligine bituminoſa caminorum & lebetum apparere ſolet. Inſuper materia ignem hunc nutriens, ſi eſt ſulfur, ſiue bitumen, impurum atq; terræ immiſtum vtrumq;, vt cum Cardano Fallopius, & Solenāder aſſerunt; poſt aduſtionem, terreſtre illud in cinerem conuerti neceſſe eſt; quæ decurſu tam longo temporis in tantam copiam excreuiſſet, ut montes altiſſimos ſuperaret. Quas difficultates ut euitaret Dondus Miletam antiquum inſequens, aſſeruit in hac prima extima regione terræ, raritate & attenuatione aeris in cauernis incluſi, ſpiritus calidiſſimos & igneos generari, qui uel impermiſti aquis, vel ſubditi earum canalibus, vt fiebat in Draconibus & Milliariis Romanorum, eas calidas & efferueſcentes reddere poſſunt: ſed cum horum calor flammæ, uel prunæ ſulfuris vel bituminis, ſit igneus & non naturalis, corrumpet potius, & non generabit: rariſſimiſq; in locis erit, & non frequens, vt ſunt Thermæ. Sed nos Thermas etiam omittamus: Si uerum eſt, quod omnes ex Ariſtotele fatentur fontes & flumina in toto orbe terrarum generari eleuatis vaporibus ſub terra ad frigidā eius regionem, & ibi condenſatis vt fit in aere; quis eſt hic calor, qui non in ſuperficie tantum, aut primo cortice terræ, ſed in profundiſſimis eius viſceribus eleuat vapores ad generationem aquæ fontium & fluminum in tanta copia, quod Ganges vbi eſt anguſtiſſimus pluſquam duodecim mille paſſus ſit latus, & iuxta Pariam in Braſilia amnes ſunt, qui oſtio in mare deuoluuntur aliqui ſexaginta mille paſſuum latitudine, alii nonaginta, nonnullique etiam centum & viginti? prætereaq; vbi erit hic calor, ſi materiam concoquere debet ad generationem & eorum, quæ in fundo maris oriuntur, & ſubterraneorum omnium foſſilium & metallorum, qui ſub altiſſimis montibus, non ad triginta ſex pedes tātum, quouſq; ſolis calorem deſcendere dicit Theophraſtus, ſed ad centena millia pedum, vt in eorum fodinis ubique gentium apparet, a natura continuo producuntur? Alium igitur

calorem conſtituere oportet;non igneum, & violentum, ut eſt hic noſter,ſed cæleſtem,& naturalem;nō a caſu,ſed a Deo factū; non hic,uel ibi,ſed ubiq; exiſtentem; non pabulo,motu, & reſpi ratione indigentem,ſed ſe ipſum iugiter vi ſua fouentem,& cum cæteris mundi elementis perdurantem,qui & ceteras Thermas calefaciat,& aquas noſtras in loco Returbii ſitas, cum Mineris ſuis producat. Cauſa igitur efficiens uniuerſalis Thermarum eadem iudicanda eſt eſſe,quæ & generationis omnium rerum, calor ſiue ſpiritus cæleſtis a ſole potiſſimum per elementa diffuſus,qui non modo miſtis imperfectis terræ, plantis omnibus, animalibus a putredine ortis formam impertitur; ſed in ſemine ſpumoſoq; corpore continetur,tamquam artifex ſupremus intelligentia ſua non errante omnia producens,& formans.Cumque mundi figura ſit ſpherica, & habeat principium ſui motus & caloris in circumferentia,a qua ad centrum eius radii omnes vndequaq; ad perpendiculum ſimul in unum cōueniunt & colliguntur: efficitur neceſſario quod centrum totius mundi, qui eſt etiam terræ centrum,calidiſſimum ſit omnium locorum,qui in mundo exiſtunt; cum nullibi unquam, ſed ibi ſolum ſemper adſint omnes cauſæ principales caliditatis. Vel eæ ponantur eſſe directio radiorum,vt Ariſtoteli, & Aueroi placuit, vel mora, vt Auicenæ,& Ptolomæo, vel ut aliis radiorum collectio, & reuerberatio. Diriguntur ſi quidem in centro terræ æqualiter, & cum recti ſint facillime penetrant radii omnes totius maſſæ cælorum,ſicuti rotarum radii in axem: & in maxime acutiſſimos angulos,vel,ut uerius dicam,in eaſdemmet lineas reflectuntur. eaque ratione maximam vim habēt,qua & columnæ rectæ maxima ferunt onera,quia in ſe ipſis omnis virtus earum colligitur,& non modo in ſe ipſos ſinguli radii refranguntur,ſed ſinguli in ceteros omnes,& uniuerſi in ſingulos viciſſim in anguſtum colliduntur,& cōteruntur;vnde ignis generatur, qui nihil aliud eſt quam exceſſus caloris, & ueluti feruor, ex attritione genitus,ſicuti ſpiritus diuulſus,cum ſit tenuior,ignem concipit. Permanent autem radii omnes ſemper in centro intenſi eodem pa-

ćto,& nunquam immutantur ab eo, quoquo vergat Sol, diu no ćtuq;,æſtate aut hyeme: & ſua ĩmutabili perſeuerãtia perpetuo intenduntur,cum tẽpore intendatur caliditas ipſa ad maiorem gradum,abſq; ope extrinſeca.& quanto actio longior, tanto ma ior efficitur. Quod ſi collecta minima radiorũ ſolis pars in ſpeculo Archimedis concauo,uel a parabole,ignem tã late excitabat, vt hoſtium triremes cõbureret; quid de centro terræ credendũ nobis eſt,in quo uniuerſi quot quot a cælo decidunt radii colliguntur,& collecti multiplicantur? Et ſi antipariſtaſis feruorem in calce,& ignem in nubibus excitat;& reuerberat[illegible] ignis in manicis metallicis duriſſima quæq; colliquat,& olla ollæ ſuperimpoſita feruent omnes . quid fiet in centro mundi, totius terræ denſitate repercuſſionem,& frigiditate concentrationem faciente? Accedit ad hoc terræ ipſius ſiccitas ſymbolum habẽs cum igne,nam ſicca vehementer iam ex dimidio ignita ſunt. prætereaq; intenſiorem gradum caloris, quam reliqua omnia & concipit,& diutius retinet, ut in ferro candenti conſpicitur: Nec obſtat terræ craſsities, quæ a ſuperficie ad centrum eſt mille paſſuum quinq; mille: cum craſſities cœlórum in omnibus ſphæræ partibus quadraginta mille vicibus ea maior exiſtat; & ex mille uiginti duabus ſtellis octaui orbis,quæ minimæ ſunt,maiores exiſtunt quam terra uiginti uicibus,maiores uero centum & quindecim. adeo quod terræ magnitudo nihil profecto eſt ad vniuerſum cælum,& ob id iure merito terra cælo comparata,ab omnibus philoſophis veluti punctus in centro ſpheræ ſtatuitur. Quid poterit igitur prohibere craſſities grani ſinapis in fornacẽ ardentem proiecta ne uis tanti caloris ad centrum ſeminis penetrare poſſit? cum aqua longe craſſior igne per terræ poros altiſſime penetrare uideatur? Diſtantia quoque motus cæli a centro eadem ratione diluitur: Sed & ſupra terram non nẽ frigidior eſt media regio aeris cælo propinquior,quam hæc noſtra inferior, ubi degimus? quinimo & ſole in oppoſito ſuæ abſidis exiſtente, cum eſt in capricorno, & nobis quam maxime propinquo,maximum frigus percipimus. Eoque magis rationes

nes iſtæ ualent, quod calor cæleſtis non eſt materialis, vt noſter; ſed ſpiritualis, & ab accidentibus materiæ immunis: ob id neque tempore indiget vt moueatur, neque locorum diſtantia eius actio diminuitur; ut in lumine ſolis apparet. Quapropter cum ſolis, aſtrorumque omnium, & totius cæli radii omnes in centro terræ continuo colligantur & collidantur, quam maxime rarefaciunt & attenuant terram illam; adeo ut, cum ad maximam raritatem & tenuitatem inſequatur maximus calor, terra illa naturã ignis ætherei acquirit, loco tantum non facultate a calore cæleſti aeris diſtans; qui nec pabulo indiget, ut nutriatur; nec motu, vt accendatur; nec difflatione ne extinguatur; cum continuo a cauſa perpetua regeneretur: cũ nec aliquid unquã otiari & feriari patiatur natura; nec pluribus inſtrumentis vtitur, cum unico rem omnem exſoluere poteſt; quinimo ſæpius unico inſtrumẽto plura perficit, ut de hoc igne, omnia ſubterranea generante, probatur. In profundiſſimis igitur terræ viſceribus uaſtiſſimum inferni ignis Baratrhũ eſſe nõ modo fide creditur, & a Theologis prædicatur; ſed rationibus a me adductis probatur, & experientia ſenſus cognoſcitur, cum multis in locis, tam apud nos quam apud exteras gentes ſpiramenta quædã terræ perpetua adſint, per quæ, tamquã per ſubterraneos caminos ignis iſte ab æſtuario altiſſimo exhalat, uti oſtendunt flammæ a diuerſis montibus emicantes: ut eſt Aetna in Sicilia, Necla & Helga in Scotia, Gophantus in Scythia, Chymera in Lycia, Troezene in Aphrica; vna Cycladarum inſularum in Aegeo, & in multis inſulis nuper repertis. Creduntque multi totum illum terræ & maris tractum, qui inter Siciliam & Veſuuium Campaniæ Montem interiacet, ſubterraneis ignibus æſtuare; quod omnes Aeolicæ Inſulæ, Vulcania, Lypara, Aenaria, totuſque Baianus & Puteolorum ſinus oſtendunt: Quibus in locis alias paſſim, ut in Leucogæis collibus Forum Vulcani cingentibus, ignes eruperunt; nuper autem in Balneis Tripergulanis hiatu maximo aperta terra tantum edidit incendium, quod non modo vicini lacus Auernus

& Lucrinus infecti fuerunt, ſed ad quinquaginta uſq, milliaria ci
neres ſparſi ſunt, & mons trium milliariorum altitudinis ideo
Modernus vocatus extructus fuit. Hanc ſententiam meam con-
firmant quoq; auctoritates clariſſimorum uirorum tam in om-
ni genere philoſophiæ principum, quam in aliis doctrinis exer-
citatiſſimorum. Cum Zoroaſter Magiæ primus, Heraclitus, atq;
Hippaſus ignem principium omnium generationum mundi ſta
tuerint eſſe. Hippocrates illum dixerit eſſe mundi Animam.
Animam autem mundi Deum in medio collocaſſe, quæ per to-
tum tẽderet dicit Plato in Timæo, Pythagoraſq; ignem unicum
vbiq; eſſe aſſeruit, in cælo dilatatum, colluſtrantem, & beatificã-
tem: in inferno uero coarctatum, tenebroſum, & cruciantem.
Quare non ſolum in Phædone Plato ſcripſit ſub terra ingentes
amnes ignis adeſſe, ſed etiam terram eſſe circum ignem in am-
bitum ſuſpenſam, non in centro mundi reſidentem, cum Plato
ſenior factus eſſet tenuiſſe Platonici ſcribunt, & hunc ignem
Mundi vmbilicum appellant. Ob id antiqui templum veſtæ, quã
terram dicunt, matrem omnium, ſicuti cælum patrem, rotundæ
figuræ faciebant, in quo perpetuus ſeruabatur ignis, qui ſi quã-
do extingueretur, non ex noſtro igne, ſed radiis ſolaribus in caui
tatibus vaſorum, quæ ſcaphia uocabant, collectis, arida materia
in centro appoſita accendebatur, ut indicaretur ignis ille ſubter
raneus radiis cæleſtibus generari, & conſeruari. Ariſtoteles
quoq;, de cauſa uentorum tradens, dicit multum ignem in ter-
ra exiſtere, quem etiam intimum appellat, ad differentiã eſtimi
in ſuperficie geniti: & de terremotu agens inquit. Quamuis ter-
rã per ſe ſicca ſit, ex imbribus tamen humectatur, quare & a ſole,
& ab eo, qui in ipſa incluſus eſt, igne calefacta, multi ſpiritus &
intus & extra generantur. Vniuerſaliterq; de ſubterraneorum
generatione agens inquit. Quorum quidem omnium cauſã
probanda eſt ignis facultas, quæ vel inſita ſit, vel ſuperueniat.
cùm enim terra magis minuſq; deuratur, in quodcumq; formæ
ſaporiſq; genus conuertitur, propterea que aluminis, calcis, & re-
liquarum eiuſmodi rerum plena redditur, quã ſententiam Aui-
cena

cena quoq; ipſe (vt Aueroem omittam) his uerbis deſcripſit. Et iterum metalla, quorum generationem tradunt maiores fieri ex vaporoſa exhalatione eleuata uirtute ignei caloris, & propulſa in arctos meatus & uenas terræ, & eiſdem in locis ab eodē calore digeſta; cuius abſq; dubio eleuationem, propulſionē, atq; digeſtionem facere non poteſt, niſi incluſus eſſet infra terram calor igneus actualis. Vitruuius pariter, Seneca, Plinius, Albertus, & omnes fere, qui de rebus ſubterraneis tractāt, aliquando illud dixerunt. Quod ſi tanta admiratione nos afficit ſtructura corporis animalium etiam quam minimorum, præcipueq; cum vſum internarum eorum partium perſcrutamur; credemus poſtea in formatione viſcerum Terræ, quæ rerum omnium merito, & Deorum etiam Mater appellatur, cum inde omnia ortum, & uitam habeant, naturam non ſolita ſua prudentia vſam fuiſſe? Antiquorum etiam philoſophorum extat auctoritas aſſerentiū terram eſſe ueluti magnum animal, cuius oſſa ſunt ſaxa, carnes terra, uenæ flumina per corpus diſperſa, cor eius centrum, ubi eſt collectio ſpirituum, qui per uniuerſum corpus deferunt uitales calores ad concoctionem & ſuccorum, & metallorum, & omnium ſubterraneorum, quæ generantur. Generantur autem omnia ſub terra eodemmet pacto, quo & ſupra terram Metereologica, calore naturali prius eleuāte & cōcoquēte vapores & exhalationes; deinde frigiditate ambientis accidentali eos condenſante, & formante. Sed cum calor ſit in centro terræ potentiſſimus, non æqualiter agit in profundis partibus & in extimis: Sed quanto magis a centro diſtant Zonæ ipſius terræ, tanto minus calorem illum perſentiunt. niſi cuniculi aliqui ſubterranei adſint, per quos ignis ille aſcendat, & per diuerſas partes deferatur; ſicuti in Thermis nobilioribus arte extructis Hypocauſtum erat, a quo tamquā á promptuario, per Tubos & Epiſtomia deferebatur calor etiam ſub Xiſtis ac viridariis ad omnes ædium partes. Ita calor iſte a centro terræ delatus poteſt non modo ubiq; terrarum aquas ſimplices fluuiorum generare; ſed Thermarum aquas efferueſcentes reddere. Quæ tametſi aliquando

frigidæ

exiſtentem inquirat. Quod a natura miniſtra Dei ſagaciſſima prudentiſſime factum fuit, vt ubique generationes rerum perpetuarentur, tam infra terram, quam ſupra, ex elementorum omnium ſimul commiſtione, ſine qua nec ipſa conſiſtere poſſent: Niſi enim terra intra ſe ipſam aqueo humore conglutinaretur, nō perſiſteret, ſed puluis eſſet, niſi aqua liquida fieret, propter aeris admiſtionem, non flueret; ſed ut glacies & criſtallus dura eſſet: niſi aer tenuitate ignis ſuſtentaretur, leuis non exiſteret. Viciſſimque niſi ignis aere recrearetur, non uiueret; neq; ſufficeret aer igni, niſi humore aquæ reſiſteret. non conſiſteret aqua niſi intus eam terra cohiberet. Cum igitur a philoſophis omnibus ſtatutum ſit eodemmet pacto infra terram ſubterranea, quo ſupra terram meteorologica ex duplici materia potiſſimum, humida vna aquea & vaporoſa, ſicca altera terreſtri & fumoſa, eleuata hæc a terra ubiq; exiſtente, & illa ab aqua ubique penetrante; recte etiam ab Ariſtotele, Theofraſto, Platoneque ſimul poſitum eſt, duplex eſſe genus eorum, quæ ſub terra generantur; Metallicum vnum, in quo prædominatur aqua: foſſile alterum, in quo terra. Quod enim a Galeno tertium genus additum eſt lapis, tamquam Medicum ad artem magis ſpectat; quam ad rei naturam. Sicuti quartum genus ſuccus ab agricola inuentum ad doctrinæ perſpicuitatem potiuſquam ad ueram differentiam referri debet; Halitum uero quintum genus, & Miſtum ſextum Neotericorum quis non ad prima duo genera reducere ſciret? Sed cum horum omnium generationes & differentias inquirere altioris conſiderationis ſit, quam ad inſtitutam rationem noſtram pertineat, iſtis omnibus in præſentia ſepoſitis & omiſſis, ad generationem ſolum Aquarum Medicatarum deueniam. Quemadmodum pluuiæ in aere generantur, & deſtillationes in alembicis; & in balneis circa parietes guttæ, eleuatis vndequaque uaporibus calidis & humidis, & ab ambiente frigiditate condenſatis, & in aquam tranſmutatis. Quod a Pontano ita deſcriptum fuit.

BIBLIOTECA NAZ. VITT. EMANUELE ROMA

Ipſe vides ſæpe in foribus ſudantia ſaxa,
Et guttas de marmoreis ſtillare columnis
Namq; aer circunfuſus, dum frigora ſentit
Paulatim ſeſe cogit, mox defluit humor.

Ita ſub terra dicunt Philoſophi fontes omnes & flumina generantur; dum a frigiditate terræ vapores primo conuertuntur in minimas quaſdam irrorationes vix ſenſui manifeſtas; deinde pluribus ſimul coniunctis, guttulæ quædam incipiunt apparere; poſtea una in alteram prolabente, pluribuſque inuicem adiunctis, ſtillæ defluere incipiunt; quæ cum multæ hinc inde in vnum depreſſiorem locum conueniant, riuulos conficiunt; quibus iterum ac ſæpius in maiores continuo concreſcentio, oriuntur fontes, & inde poſtea flumina. Qualis autem eſt natura materiæ, vnde vapores eleuantur, talis fit etiam natura aquæ inde concretæ. ſicuti enim ex lactuca in alembicis deſtillata fit aqua odorem & ſaporem ceteraſq; facultates lactucæ referẽs; aliaq; omnia elambicata ſeruant qualitates materiæ, unde ſunt genita: ita in fontium generatione contingit. Quod ſi uapores ex terra aut ex aqua ſimplici eleuantur, ſimplex aqua etiam generatur. Si autem terra & aqua, vnde vapores eleuantur, ſint miſtæ alienis qualitatibus, eaſdem habebunt qualitates etiam fontes inde geniti: Eoque magis hoc contingit ſi non ſolum ex terra & aqua vapores iſti eleuentur; ſed ex aliquibus foſſilibus ſimul commiſtis. Et ſicuti ex alumine in alembicis deſtillato generatur aqua aluminoſa, ex nitro nitroſa, & ex chalcantho chalcãthoſa; ita ſub terra ex vaporibus continuo eleuatis ab iſtis foſſilibus & cum uaporibus aquæ commiſtis generantur fontes iſti aquarum referentium odore, & ſapore, & facultate mineras, vnde ſunt uapores eleuati. Quod ſi contingat in eodem loco ſimul plura foſſilia coniuncta eſſe, (quod plerumque contingere ſolet, propter eorum ſimilẽ naturam, ſicuti & de Metallis dicit Plinius nomen Græcis factum eſſe) vapores etiam eleuantur ſimul coniuncti ex omnibus; & aqua inde genita refert naturam omnium ſimul. Si autem foſſilia non ſint ſimul coniuncta, ſed

guttæ gnitæ ex uaporibus eleuatis ab alumine, miſceantur in defluxione per vias, per quas defluunt, in tranſitu cum guttulis genitis ex vaporibus eleuatis a nitro, ab alio loco defluentibus, idem contingit. Eadem ſiquidem fiet miſtio ſi aquæ lactucæ & endiuiæ prius ſeorſum deſtillatæ poſtea comiſceantur, ac ſi coniunctim eſſent elambicatæ. Et quia liquores iſti omnes ſunt eiuſdem ſubſtātiæ cum aqua, ideo ad minima cum illa commiſcentur, neque ſeparari poſſunt, niſi exactiſſime omnis ſubſtantia aquæ conſumatur; & ſucci ipſi calore incraſſati derelinquātur; vt diximus in aquis Realti non prima deſtillatione, ſed ſolum ſecunda derelictum eſſe halinitrum, ſal, & alumen, & tertia chalcantum non concretum ſed liquidum, quia non concreſcit niſi admiſtione æris. Quod ſi eueniat ſubterraneorum materiam non eſſe cum aqua eiuſdem generis ſed diuerſi, tunc non fit eorum cum aqua perfecta miſtio, ſed potius confuſio, ſiue confluxio, & adiunctio, & facilius ſeparari poſſunt quam ſucci, hoc autem fit quando id, quod commiſcetur, naturam aliorum elementorum magis refert, quam aquæ: Ignis naturam referūt exhalationes quædam maxime ſpirituoſæ, quæ propter ſiccitatē ſuam nequeunt in aquam conuerti, ſed cum illa commiſtæ effluunt & diutius etiam perdurant: ſed tandem exhalant & euaneſcunt. Quod diximus in aquis noſtris euenire, quia in principio ſolum, dum incipiunt elambicari, naribus ori bociæ admotis ſulfureus quidam odor percipitur; Poſtea uero non; quia exhalat ſubito uapor ille ſulfuris, calore magis attenuatus, cum eſſet maxime ſpirituoſus, & cum aqua eſſet ſolum confluxus, nō uere admiſtus. Aeris naturam retinent ſucci omnes oleaginoſi; a quibus exprimere nequit frigiditas ambiens aeream eorū ſubſtantiam; ob id aquis ſemper innatant, & quamuis diutius cum aqua agitentur, & cum illa admiſti eſſe uideantur, tandem tamen & ipſi ſegregantur, & altiora petentes ſupernatant. Huius generis eſt bitumen, quod merito appellatur oleum ſaxi, & petreoleum, quod in primo fonte maxime copioſum & unctuoſū eo modo ſupernatare diximus, quo iuſculis pingue, uel oleū

innatans, quod ſola mora aquarum ſegregatur, abſque ulla caloris ope; ſed quia in elambicatione non conſumitur, neque concreſcit, vti nec oleum facit, ideo in fine reperitur incraſſatum vt amurca, tenuioribus partibus tempore conſumptis. Terræ naturam obtinent quæcumque aut calore aut frigore ita condenſata ſunt, ut amplius liquidam formam acquirere non poſſint; quæ tametſi in tenuiſſimum pollinem redacta per aquã commiſceantur; ſi tamen aut diutius immota derelinquatur aqua, aut elambicatione euaporetur, reſident in fundo, & terræ naturam præſeferunt; ueluti diximus eſſe tenuiſſimum illum puluerem terreſtrem primi excrementi aquarum noſtrarum in deſtillatione derelicti; Huius generis ſunt terræ omnes tam cõmunes, quam medicatæ; & ſubterranea omnia tam foſſilia, quã metallica, per quę ſi contingat aquas defluere, abluunt, abſtergunt, & abradunt aliquid de ſubſtantia eorum, quod ſecum cõmiſtum deferunt, & hunc ſolum vltimum modum aquarũ Thermarum uidentur agnouiſſe Ariſtoteles & Galenus cum tamen & plures adſint, & primi ſint longe perfectiores.

FORMA.

Miſta imperfecta eſſe omnia foſſilia & metalla vnicuiq; manifeſtum eſt; ſed hoc non ſolum ratione materiæ eorum, quæ non adeo penitus miſta eſt, ut ſunt in animalibus elementa; ſed multo magis ratione formæ certo tenẽdum eſt eſſe: cum ualde imperfectæ ſint formæ ſubterraneorum, & rudes, parumq; ab elementorum formis differentes, quæ an accidentia ſint an ſubſtãtiæ, merito dubitatur, & iſtæ inter materiam & formam medium fere exiſtunt; cum nõ habeant figuram, aut quantitatem determinatam. Nec ab re dicuntur formæ iſtorum a cælo produci, cum cælum ſit corpus ſpirituoſum, medium inter elementa & formas ſeparatas; formæq. ſubterraneorum ſint ſpiritus eorum acquiſiti aut ab agente, dum ſublimantur; aut ab ambiente, dum condenſantur; aut a loco, ubi diutius immorantur,

rantur. Imprimere ignem ſuas qualitates in res in quas agit(niſi malimus cum Aueroe dicere non imprimi extrinſece, ſed de potentia educi omnia)manifeſto oſtendunt & lateres ex frigida terra confecti, qui in fornacibus tantam acquirunt caliditatem, ut inde oleum fiat de lateribus dictum calidiſſimum : & lapides natura ſua frigidi, qui igne in calcem tranſmutantur calidiſſimam. Verum etiam in elambicationibus non ſolum calidior eſt aqua deſtillatæ, quam ſit natura rerum elambicatarum; ſed etiam tanto magis omnia calidiora fiunt, quanto pluries elambicantur,& quanto potentior eſt ignis. Proinde Balneum Mariæ dictum in duplici uaſe ceteris omnibus mihi magis probatur, quia minus imprimit ſiccitatem in aquas deſtillatas quam faciat ignis ſiccus. Prima igitur forma Thermarum omnium eſt caliditas ſpiritualis in aquam, & in res contentas impreſſa ab igne eleuante vapores; quæ tanto potentior eſt,quanto ignis fuit uehementior,& materia magis apta ſuſcipere & retinere: Magis enim calefacit ferrum candens, quam lignum accenſum; quia ſpirituũ maior copia colligitur,& retinetur in ferro denſiore, quam in ligno laxiori. Secunda forma Thermarum eſt qualitas illa,quam ambiens frigidum,(ſiue metallum ſit, ſiue lapis, ſiue terra) imprimit in uapores, dum illos in aquam condenſat,aerem exprimendo ab ipſis. Infici autem aquas ab ambiente dum condenſantur & generantur, quis non certo cognoſcit ex aquis plumbeo vaſe deſtillatis,quæ omnes ceruſſam non modo olent,ſed etiam diutius ſeruatæ oſtendunt; cum plumbum calefactum ceruſsam exſudet,eaq; intus oblinuntur tandem & incruſtantur capitella plumbi in alembicis,ſi probe animaduertatur. Eapropter plumbi vaſa in alembicatione abhorreo,& deteſtor,cum non modo dyſenterias inducant, ſed etiam uenenoſam imprimant naturam. Magis autem probantur capitella uitri,aut ſaltem vitro intus obducta,cum uitri qualitas noxam ullam nobis inferre non poſſit: ſed optime commendarentur capitella,ſi ex materia aliqua conficerentur, quæ poſſet in aquas, dum elambicantur imprimere qualitates aliquas naturæ huma-

næ

næ conuenientes, vt eſt argentum, ſed aurum maxime calori innato amicum. Qualis igitur eſt natura rei frigidæ condenſantis uapores,& generantis aquas thermarum,talis in illis imprimitur forma ſpiritualis,per quam haud minus agit in nos aqua iſta Medicata,quam per illam, quam ab agente acquiſiuit primariam. Tertia & vltima forma, quæ in aquis thermarum imprimitur, prouenit a loco,ubi diutius immorantur, uel etiam per quem longo decurſu defluunt. Exeunt ſiquidem a corporibus omnibus ſemper uapores aliqui,& ſubſtantia eorum exhalat & euaneſcit; ob id ligna uetuſtate fiunt carioſa & leuiora, conſumpta eorum ſubſtantia; & fructus diutius reſeruati,rugas in cortice contrahunt, exinanitis partibus intrinſecis tenuioribus, quæ ob ſubſtantiæ ſuæ ſubtilitatem,ſicuti facile egrediuntur ab illis corporibus,ita facile in alia ingrediuntur, & altius penetrando qualitates ſuas in illis imprimunt, & derelinquunt. Locupletiſſimum huius rei teſtimoniũ faciunt odorata omnia; quæ ſi cum veſtimentis recondantur,odore ſuo inficiunt veſtes, quæ poſtea diutius eundem odorem redolent. Ita aquæ,cum diutius in aliquo loco immorantur, non modo calefiunt & refrigerantur, ſecundum loci qualitates, ſed etiam odores & ſapores loci acquirunt, & facultatibus illius inficiuntur. Et hoc non ſolum contingit, ſi aqua in locis aliquibus diutius immoretur, ſed etiam e contra ſi res aliquæ in aqua ipſa longo tempore moram trahant: Agunt enim inuicem ſemper & patiuntur corpora, quæ ſeſe contangunt, eoque magis, quo eorum ſubſtantia humidior eſt, & facile alterabilis ut eſt aqua: Quod in infuſionibus Medicorum cognoſci poteſt, cum non modo incoquunt, ſed & ſolum imponunt in rebus liquidis aliquid, quod, cum diutius in illis moram traxerit, vim ſuam medicatam in illis imprimit; & eo abiecto propinatur aqua infuſionis ægrotantibus, quæ uim illam & facultatem rei infuſæ retinens haud ſecus agit in corpus, quam res ipſa infuſa faceret, ſi fuiſſet propinata. Qua ratione non eſt deridenda conſuetu-

do vulgata infundendi oua perforata in aqua frigida per longum tempus, antequam febrientibus offerantur: quia ex longa mora in re frigida, frigidiora & ipſa euadunt, non ſolum dico actu & ſenſu, ſed potentia & uirtute. & magis febrientibus conferunt, quam ſi non fuiſſent prius ita refrigerata. Tres autem iſtæ formæ quibus aquæ medicatæ inficiuntur a mineralibus & in nos agunt, edunt operationes ſuas ſpirituales, ideoque magis potentes quam ſi per materiam imprimerentur; cum ſubſtantia ſpirituum ſit magis ſubtilis & penetrans, proindeque maxime agens. Lumen ſolis totum hemiſpherium in inſtanti illuſtrat. Torpedo reti incluſa manum piſcatoris torpedine inficit. & Remora nauigiis adhærens curſum eorum ſiſtit. Magnes ferrum etiam diſtans mouet, & ad ſe trahit. Scammonium bilem a corporibus noſtris expurgat; multis ſolo pharmacorum odore aluus educitur; aliis obſtupeſcunt dentes ſtridore; & ſaliua abundat acidorum ſola recordatione. Prægnantes fœtum inficiunt colore rei deſideratæ, quo nam alio medio, quam ſpiritibus ſuis impreſſis a phantaſmate rei optatæ? Vt imprimit Sol in oculis noſtris ſpiritualem ſuam Ideam, ſi diutius in illum inſpicere contendamus; ita quod ſi alio poſtea inſpiciamus, & oculos etiam claudamus, ſolis ideam uidere diutius uideamur: adeo potens eſt præ ceteris omnibus actio ſpiritualis. Quod tamen nonnullis eorum, qui in Peripateticorum ſectam ſe iuraſſe uideri uolunt, perſuaderi non poteſt; cum adeo materiæ ſtudio incumbant, & immerſi ſint, vt ſicuti materiam ſine forma non inueniunt, ita formas ſine materia exiſtere, & in nos agere poſſe vix credere velint: & ſi in elambicatione aquarum Thermarum non inueniant materiam aliquam in bocia derelictam eſſe, vt eſt alumen, aut chalcanthum, nolunt credere in aquis illis uim aluminis aut chalcanthi poſſe contineri; cum tamen nos ſupra oſtenderimus formam ſine materia ſæpiſſime in aquis imprimi aut ab agente ipſo concoquente; aut ab ambiente condenſante,

aut a loco diuturnioris moræ. Sed quis ſanæ mentis non admittet aquam cinamomi aut endiuiæ deſtillatam, cinamomi & endiuię uim continere, cum odor, ſapor, & facultas illud atteſtetur? Accipiant igitur iſti materiales elambicatores aquam iſtã cinnamomi & endiuiæ deſtillatam, & quanta maiori queunt diligentia illam alembicis quibus uolunt iterum atque iterum deſtillent: remanebit ne in fundo bociæ materia aliqua terreſtris cinnamomi, aut endiuiæ? minime vnquam. & idem fiet de quacumque aqua aliarum rerum deſtillata; aut in qua extinctum fuerit ſæpius ferrum, aut aurum; quod deſtillata poſtea numquã derelinquet materiam aliquam: Non tamen eapropter negandum eſt, aquam illam facultates illius rei continere. Altius igitur rem perſcrutentur, qui ueritatem diligũt, & actiones non a materia, ſed a formis fieri certo ſciant. Formas autem in ſpiritibus conſiſtere, ſi ſunt imperfectæ, illis uero uti tamquam inſtrumentis propriis, ſi ſunt perfectiores, cognoſcant.

F I N I S.

Finis rerum duplex ab omnibus ſtatuitur eſſe: Alter, qui eſt rei ipſius, quæ fit, abſolutio, & perfectio, cũ nihil ei amplius deeſt, nec addi poteſt; ſed omnibus numeris & partibus expleta & propolita exiſtit. Alter uero, qui opus reſpicit, cuius cauſa res illa prius excogitata & facta fuit, & propter quod appellatur. Primus finis in aquis thermalibus eſt naturalis quædam forma emergens ex compoſitione omnium rerum ingredientium; Sicuti ſyllaba, ba, eſt quid tertium diſtinctũ a b & a: & forma theriacæ eſt aliud quid, quam ſimplicia in illam impoſita, quod ex fermentatione omnium ſimul generatur, humano tamen ingenio per viam demonſtrationis procedente nemo aſſequi nec probare poteſt. Cur enim plantæ viuant & vigeant, animalia ſentiant & cognoſcant ex elementorum, quibus conſtant, ratione indagare non poſſumus: ſicuti etiam cur vitis vuam, & quercus glandes producat: Cur apes fingant fauum, & bombices

ſericis

Seriçis filis ſibi ipſis circumtexentes cellulas, formam immutent. Ita forma hæc thermarum, quæ arte produci non poteſt, altius procedit, quam ex ſola ingredientium compoſitione. Et quamuis impoſſibile ſit in profundiſſima terræ uiſcera penetrare, & uel oculis uel etiam mentē diſcernere quomodo hæc formentur; veriſimile tamen ex cauſis ſupra relatis eſt, regionē hanc Italiæ ubi fonteş Returbii oriuntur; cum exacte fere ſit media inter circulum Arcticum & Tropicum Cancri, temperatam eſſe; & neque vapores ſubterraneos ibi multum conſumi, ut fit in meridie, arenoſis in locis; neq; arctius concentrari ut in ſeptētrione, ſaxoſis in montibus: ſed moderate omnia contingere potiſſimumque cum multum diſtet hinc Liguſticum Mare, indeq; magis Hadriaticum, quibus per ſubterraneas cauernas igne ac uento per uias aſſiduis fluctuum diuerberationibus loca aprica uicina magis deſiccantur; Quare non modo uapores ſed etiam exhalationes omnium generum in hac regione temperatæ in proprias ſingulæ conuertuntur mineras, tam foſſilium quā metallorum, a vehementi calore per cuniculos terræ a centro ad hæc loca aſcendente: Non generantur autem hic uenenoſæ & malignæ materiæ, quia cum contrariæ ſint humanæ naturæ, quæ media eſt & temperatiſſima inter omnia, oportet, vt maxime diſtent ab ea, & intemperatiſſimæ ſint: ſed in temperata regione talia generari non poſſunt, cum penitus naturæ illius regionis diſſimilia & contraria exiſtant. Primum igitur, quod in iſtis locis ab igne incendente pinguiores exhalationes generatur, eſt ſulfur, quod ex ignis putredine generari dicitur, quia inquinat, ignis non concoquit materiam illam, & ideo fętet. quod in fulminibus de cælo cadentibus, & in rebus de cælo tactis apparet, quæ omnia ſulfur olent. & metalla omnia dum colliquantur, ſulfuris odorem ſpirant, quia ſulfure omnia conſtare chimiſtis probatur. Ea propter nihil tam commune in aquis thermarum exiſtit, vt ſulfur, adeo quod omnia fere balnea ſulfurea exiſtunt. Bitumen eiuſdem fere materiæ cum ſulfure conſtat, aereæ tamen magis ſi liquidum eſt, ob id ſupernatat, ut oleum; ſi

vero ſiccum,ut circa uaſa coquinaria & parietes caminorum generatur,ex fumoſa ignis exhalatione,& vaporoſa humiditate lignorum & aquarum decoctorum ſimul commiſtis (præſagium futurę pluuiæ cum magis accenditur ob additam humiditatem ab aere vaporibus pleno) magis concoctum exiſtit,ob id minus fætet utrumque,quam ſulfur; ſed minus ſæpe reperitur in thermis. Iſtis haud abſimile eſt in materia alumen, & fere medium exiſtit inter hæc & ſal nitrumque. quo fit ut cum omnibus quaſi ſubterraneis reperiatur, tamquam eorum ſtragulum & fundamentum. Sal & nitrum inter ſe differunt niſi ratione materiæ eorum terreſtri quidem & cum aqueis ualde commiſtæ, ſed in nitro magis eſt attenuata aquea materia & terreſtris adeo accenſa,quod eſt quaſi in uia ad materiam chalcanthi, quæ vehementiſſime a calore eſt elaborata, & ferme aduſta. Hæc tamen omnia ſolo calore finem ſuum conſequuntur,ut exhalationes in tertia aeris regione ſublimiore,abſque ulla ope frigiditatis. Quæ tametſi dicatur non ingredi opera naturæ, illud uerum eſt per ſe, ſed per accidens in animalibus generat pinguedines, in media aeris regione grandines & pluuias, ſub terra uero metalla omnia, condenſando eorum materiam, quæ tamen a calore uehementiſſimo prius fuerat elaborata,hæc magis, illa minus, ob id metallum unum ignobilius eſt, vt ferrum, propter multam excrementitiam humiditatem,quæ rubiginem poſtea producit, cum probe non fuerit commiſta cum ſicco ab eius calore naturali. Aliud uero nobilius eſt ut aurum,in cuius generatione ita perfecte calor temperatus commiſcuit ſiccum cum humido,antequam a frigiditate extrinſeca fuerit coagulatum, quod omnes eius partes homogeneæ exiſtunt, nihilque ineſt heterogenei, cuius cauſa corruptiones fiunt, ob partium cōtrarietatem inter ſe: maximeq; reſiſtit cauſis extrinſecis ob eandem exactiſſimam elementorum commiſtionem ; ob id in terra æruginem non contrahit, in aqua non putreſcit, in aere non conſumitur, & in igne non comburitur, Argentum autem tametſi eiuſdem fere materiæ fuerit, non eſt tamen adeo perfectum, quia frigiditas

extrinſeca

extrinſeca fuit tam ualida, ut non permiſerit calorem tãto tempore agere in materiam, quanto opus erat ad exactam miſtionẽ humidæ cum ſicco; ſed præoccuparit, calorem expellendo, materiam congelando, & opus intercipiendo. Dum igitur exhalationes iſtæ omnes eleuantur ad generationem foſſilium & metallorum, eleuantur quoque eodem tempore & eodem loco ſimul uapores humidi ab elemento aquæ per omnes terræ partes diſperſo, ex quo ſimplex aqua alibi generari ſolet. Sed in hoc loco adeo coniunguntur uapores aquæ cum exhalationibus minerarum, dum ſimul coniunctim eleuantur, quod minimum unius contãgit minimum alterius, & ſubſtantia exhalationum penitus commiſcetur, & unum idemque fit cum ſubſtantia uaporum, unde componitur aqua hæc medicata. prætereaque in hac commiſtione exhalationes ipſæ omnes inuicem inter ſe adeo coniunguntur, quod ex omnibus fit quid tertium a ſingulis coniunctis diſtinctum, quod propriam obtinet formam. Inſuper etiam calor, qui uapores & exhalationes iſtas eleuauit, cũ perpetuus ſit, poſt foſſilium & metallorum generationem, non ceſſat ab opere ſuo, non ſolum alia continue regenerando; ſed etiam in generata iugiter agens, & ea attenuans, a mineris eorũ, quæ in halitus conuerti poſſunt, exhalationes diuerſas ſecundũ eorum diuerſitatem excitat, (ueluti igne euaporantur foſſilia omnia, & in halitum cõſumuntur) quæ exhalationes cum prædictis uaporibus aqueis & exhalationibus etiam aliis ſimul commiſtis denuo coniunguntur, & ex minimis omnium inuicẽ coniunctis fit in his aquis noua alia forma; quæ tanto magis quoq; euadit nobilior, quanto per metalla a vehementiore illo feruore ignita, uel dum generantur, uel poſtea etiam pertranſiens, ab illis metallis maiorem uim acquirit, quam ſi aurum & argentum candentia in aquis illis extinguerentur. quia hoc breui ceſſaret, illud autem perpetuo durat; hoc arte fieret, illud a natura eſt; hoc poſtquam metalla amiſiſſent calorem naturalem, illud dũ adhuc continent innatos ſpiritus. Accedit ad hæc, quod uapores & exhalationes in aquam ſimul condenſantur, & aquæ

iſtę medicatæ generantur ab eiſdem forte metallis præter ſaxa alibi refrigeratis, ubi non eſt tantus feruor; per illaque diutius fluunt & eorum quoque ramenta aliqua defluxu abſtergunt; ſicuti & de terris faciunt, per eas pertrāſeundo & ſecum aliquid de ſubſtantia earum deferendo. Et ita forma hæc thermarum acquirit ultimam & exactiſſimam illam perfectionem quæ nec dici, nec ſcribi, nec exacte cognoſci poteſt. Et hæc eſt illa, cuius cauſa merito ſacri appellantur thermarum fontes: non quia illos Diis conſecrauerit antiquitas: aut, ex Ariſtotele quod ſulfure conſtent quod a Græcis diuinum appellatum eſt: Sed quia eorum principia & cauſæ nos penitus latent: nec ullus eſt uel rei ipſius peritiſſimus artifex; qui tametſi exactiſſime ingredientium omnium quantitatem cognoſceret, & eo pondere ea ſimul ebullirent, tamen arte poſſit hæc omnia ea ratione componere, quod inde educatur forma hæc naturalis thermarum, tametſi diutius ea excoqueret, aut ſimul quocunq; modo elambicaret. Sicuti nec ullus alius ſciret ex elementorum artificiali compoſitione animal aliquod procreare, quod ea efficeret, quæ animalia naturalia paſſim efficere uidentur. Et ſicuti ſingula animalia proprias habent formas, & proprias edunt operationes, quæ ut dicebamus, ad principia naturæ non poſſunt ab intellectu humano reduci, ita quoque thermarum effectus cauſas naturales tranſcendere, & diuinis miraculis comparari uidentur, naturæ exiſtant, ob id etiam a philoſophis ipſis a cauſa occulta fieri dicantur. occulta enim ui quadam uidemus aquas multas mira a Plinio deſcripta edere; Sed Returbii fontes iſtos uidemus ultra & ſupra omnia genera medicamentorum non ſolum morbos omnes curare, ſed etiam, tamquā Bezaartica quædam Antidotus, noxia omnia mala a corporibus humanis propellere, & maius, in poſterum naturæ robur comparare: ita ut in prouerbio uertatur thermis iſtis homines, quaſi ferrum rubigine expurgatum in officinis, renouari. Et hic eſt ſecundus finis ad quem, & propter quem dicunt omnes Deum & naturam non modo thermas, ſed cetera omnia condidiſſe, ad hominum ſcilicet

cet

cet utilitatem, ut morbis omnibus profligatis & complexione (quod dicunt Barbari) rectificata bene, beateque uitam diutius producamus. Qua de re in ſequenti libro mihi dicendum reſtat: ſi prius tamen addidero, ſuperbe nimis & arroganter aliquibus videri dictum eſſe ab hominibus, propter nos omnia facta eſſe, cum tantæ cælorum machinæ nimis vileſcerent; ſinguláque rerum ſpecies ſui conſeruationem & prorogationem a natura intendant; & intelligentiæ mundum gubernantes propter ſuam felicitatem omnia peragant. quod ſi ab iſtis homo utilitatem nanciſcatur, hoc eſt per accidens, & non primo ab illis intentum. Qua propter ad perfectionem uniuerſi thermas eſſe factas ſatius dicendum eſſet, cum natura ad contraria non trãſeat, niſi per media. ex ſubterraneis autem nihil eſt medium inter aquam ſimplicem & foſſilia, niſi thermarum aqua, quæ utrorumq; naturas coniungit, cum ſimul & aquam & foſſilia contineat: & ſicuti in rebus omnibus elementalibus quanto aliquid magis eſt compoſitum, tanto etiam magis eſt perfectum; ita etiã in thermis quanto plura mineralia ingrediuntur, tanto ſunt nobiliores; quia quæ una aut altera minera conſtant, unam etiam aut alteram facultatẽ ſolum obtinẽt; quæ vero ex pluribus ſunt compoſita, plures etiam virtutes poſſident. Sed cum inter ſubterranea quædam ſint venenoſa & noxia vt auripigmentum, argentum uiuum, & multa ſimilia in aliquibus thermis reperta; omnia continere bonum non eſt, quia etiam mala haberet; optima autem conditio eſt malis carere, & bonis abundare. Sed cum inueniamus balnea multa unam vel duas continere mineras; aliqua tres uel quatuor, pauciſſima plures: Fontes autem Returbii cuncta bona contineant, & malis omnibus careant, quia non ſolum habent omnia genera bona materierum ignea uaporoſa, aerea oleaginoſa, aquea fluida, & terrea dura, ſed etiã in ſingulo genere ſingula meliora uapores ſulfuris, oleaginoſum bituminis, fluidum chalcanthi, durum multiplex, foſſile nitrum, alumen, & ſal; terreum ochra & bolus alba; metallicum argentũ; & aurum, careatq; omni halitu uenenoſo, omni ſucco maligno,

& omni miſto naturæ humanæ noxio, concludendum eſt, nullas alias eſſe medicatas aquas in toto orbe terrarum, quæ poſſint aquis Returbii Ticinenſibus in omni uirtutum genere meliori comparari; eapropter iure merito per excellentiam fontes Virtutum appellari: uel per uirtutes, cælorũ influxus intelligamus, uel thermarum formas, uel earum in nos operationes; cum a cælo producantur formæ, & ab his fiant actiones. Et ſicuti cælo ſtellas figi dicunt occultæ philoſophiæ ſectatores, cum quintæ eſſentiæ medicamenta adduntur, ita nos cælum cum omnibus ſtellis & uirtutibus eſſe hanc aquam dicere poſſumus, cum omnia ſimul contineat ſubterranea meliora, quæ alibi ſparſa reperiantur. & ob id finis eſt perfectio omnium thermarum cum nihil ei deſit, nec addi poſſit, & omnibus ſit ornata uirtutibus, & perpolita.

EXCELLENTISS SENATVI

MEDIOLANEN PROVINCIAE

ORDINI AMPLISSIMO

GABRIEL FRASCATVS
MEDICVS BRIXIANVS

COMMENTARIVM SECVNDVM

DE AQVIS RETVRBII TICINENSIBVS

OBSERVANTIAE ERGO

DD

GABRIELIS FRASCATI

BRIXIANI DE AQVIS RETVRBII

TICINENSIBVS

LIBER SECVNDVS

PROOEMIVM

QVam ſit neceſſarium,ne dicam ſolum vtile & conueniens in omnibus artibus & actionibus noſtris aſſumere ſibi, tamquam exemplar ad imitandum, uirum aliquem Illuſtrẽ & eccellentem ea in re, quam nos adipiſci & conſequi deſideramus; & omnibus uiribus conari continuo illi per imitationem nos ſimiles reddere,iam adeo omnibus notum & certum eſt, ut uel huius rei rationes reddere uelle, aut exempla in medium adducere, ſuperfluum nimis eſſe iudicetur: Cum non modo artifices & plebei ſellulariis artibus dediti, ſed quicunq; aut in aliquo nobiliori ſcientiarum genere uerſantur, aut Reipublicæ tam in bello quam domi adminiſtrandæ operam nauant,res geſtas alicuius antiquioris, quem admirantur, & iudicant illis in rebus,quibus ipſi operam dant,egregie & optime ſe geſſiſſe,ſibi ante oculos mentis contemplandas proponunt,& in illis iugiter exprimendis & imitandis neruos ſuos omnes intendunt. Quare nihil tam naturale,eximium, & peculiare ingenii humani iudicatur eſſe, quam ipſa imitatio; cum reliqua omnia addiſcãtur,

hæc autem nobiſcum oriatur; & ab ea cuncta cetera originem trahant. Re uera tamen imitatio diſcipuli potius & humilis ingenii munus eſt, quam artificis, & egregii animi opus. Finem nanq; actionum ſuarum ſibi propotiere aliena imitari, illius ſolum hominis eſt, quem non pœnitere poteſt ceteris in arte ſua ſe inferiorem cognoſcere: Nam ſi ueſtigiis eorum quos conſequi ſtudet aliquis, inhærendo ſemper inſiſtit, numquam illos æquabit, ne dicam antecedet, inuentionis ſaltem ipſius gratia; quæ tota prioris eſt, & non imitatoris. Et quo nam pacto ortum & augmentum habuiſſent tot artes & ſcientiæ, ſi imitatione ſola contenti fuiſſent homines? cum nihil incipiat imitatione, aut augeatur? Quod ſi antiquis laudabile extitit, artes adinueniſſe; incrementumque illis dediſſe; cur & nobis fas non debet eſſe vel, quod antiquitos latebat, perſcrutari, uel non abſolutos eorũ partus perficere? cum ſemper hominum iudicium & inuentio eo creſcere debeat, quo rerum præteritarum cognitione ad futura ingenium acui ſoleat? Imitatio ergo ſola ad perficiendas artes ſufficere non poteſt, præcipue cum ſingulis, quos imitandos ſuſcepimus, aliquid ſemper ad perfectionẽ deſit; quinetiã in omnibus ſimul reſtat, quod melius exoptare poſſimus. Quibus igitur rem medicam aut prolapſam reſtituere, aut ad ampliorem gradum euehere intentio & mens eſt, non adeo aduerſari deberent, ut faciunt, illi, qui Hippocratem & Galenum, ne dicã Auicennam, aut deterius aliquid, ſibi Deos conſtituunt; nihilque aliud Medicos cogitare, quam eorum ſcripta antiquiſſima legere, contendunt; ac ſi poſt tot annorum ſecula Medicina Muſis odio fuerit: nulluſque in hac arte amplius oriri poſſit, qui meliora excogitare queat: cum in aliis ſcientiarum generibus floruerint ſemper nobiliſſima ingenia, & ab illis permulta antiquis ignota præclariſſime fuerint adinuenta: Sufficiat porro illis Hippocratem eſſe Medicinæ Fontem, Galenum vero Pelagus ampliſſimum. Quod ſi qui Columbi oriantur; qui in mediterraneis nauigationibus exercitati, transfreta ſolita egredi audeant, & ultra etiam Herculis terminos progredientes nouas inueniãt

terras,& nouos orbes, debitas illis laudes non inuideant. ſed potius emulatione gloriæ Maghellanis animos addant, qui eodem ſidere ducti nouos oceani ſinus medicinæ penetrantes & arti iugiter afferant augmentum,& antiquos nō ſolum itinere, ſed itineris quoque inuentione,& animi confidentia imitentur. Illi ſi quidem veri ſunt Galeni imitatores, qui non modo eius ſcripta in medendo,ſed animos quoque in ſcribendo imitantur. Et ſicuti ipſe,lectis prius,quæ ab Hippocrate in re medica ſcripta fuerant,libros multos in eadem re nouos edidit, & medicinam ab Hippocrate adinuentam maximopere auxit & amplificauit: ita nos quoque,non ut ignauum fuci pecus alienis ſolum frui laboribus contentos eſſe decet; nec aliorum inuenta nobis ad noua inueſtiganda uiam occluſiſſe, ſed potius reſeraſſe credere debemus: memoriaq; ſæpius ſententiam illam repetentes: Quæcumque ſciunt homines,minimum eſſe eorum, quæ ſciri poſſunt,cum aliis & antiquorum & noſtrorum temporum ueritatis & publicæ utilitatis amatoribus, vt omnibus frugi eſſe poſſimus,maiora ſemper cogitare,& noui aliquid conſtruerequod uel alios ad ulteriora perſcrutanda excitare queat, iugiter conari debemus. Hoc igitur ſaltem nomine vt ceteris occaſio præſtetur indagandi meliora,quæcumque a me dicta ſunt in inquirenda Fontium Virtutum Realti natura, dicenturq; in eorū qualitatibus & uirtutibus examinandis, vſuque eorum obſeruando quæ præter ueterum ſcriptorum ſententiam appareant, æqui bonique conſulant ii, qui hos legere commentarios non grauabuntur. Eaque de cauſa me Senatui excellentiſſimo hæc dicare voluiſſe ſciant, vt quod potentiſſimo Regi datum dicatumq; fuit, cuius ſit facultatis Miniſtri ſapientiſſimi cognoſcentes,ad Reipublicæ uſum, cuius maxime intereſt, illud ab omni labe incorruptum ſeruari uelint; cum ampliſſimus hic ordo nō modo Principibus omnibus & populis Europæ, Iuſtitiæ adeo uerum exiſtat exemplum,quod eius tribunal ab omnibus etiā exteris nationibus vndique adeatur:ſed in Republica adminiſtranda,& rebus non ſolum vniuerſis,ſed etiam ſingulis conſu-

lendis & prouidendis de omni hominum genere tam optime meretur, ut eius prudentia omnia regi tueri & gubernari ſuperiores cupiant, & inferiores lætentur.

NATVRA

DE natura Aquarum Returbii tractaturus illud primum admonuiſſe volui quod Galenus docuit cap. vltimo libri primi ſimplici non de rerum qualitatibus ſimpliciter hic nos ſermonem habere, ſed ſecundum quod aquæ, de quibus loquimur humanis corporibus ſunt medicamentum. Medicamentum autem dicitur calidum uel frigidum, non quia dum a nobis contangitur energia tale ſenſui appareat, ſed quod ui naturæ ſuæ latentis poteſt diutius immorando, qualitatem illam in corpus noſtrum imprimere: quod a medicis potentia dicitur eſſe tale: Quippe alio genere calefit is, qui ab igne uel ſole intepeſcit dicit Galenus lib. 3. de Temperamentis cap. primo, alio is, qui a prædictorum quouis medicamentorum: illa namque actu ſunt calida: medicamenta nequaquã. itaq; nec calefacere nos ualent, priuſquam actu talia fiant. At quod actu talia ſint, id a nobis accipiunt, ueluti ſicci calami ab igne. Euenit autem aliquando quod res potentia frigidæ actu tamen calidæ corpori noſtro admoueantur. De quibus in dubio uerti poteſt, calefaciant ne, an refrigerent: cum Galenus lib. primo ſimpl. cap. 5. dicat quippe ſi valde excalfactam non modo aquã, ſed uel mandragoram, uel altercum, uel cicutam, uel meconium admoueris, non ſolum excalfeceris, ſed etiam uſſeris corpus humanum & lib. primo compoſ. med. per gña dicit. Quis enim cicutam aut papauer refrigerandi uim habere dubitat? Quin tu ſi recalfacta ea uehementer animalis corpori offeras, non ſecus ac cauteriũ vlcus concitabunt. Quemadmodum rurſus ubi ſinapi in ſole aere cum aqua tritum frigidiſſimo hiiemis tempore repente corpori raro ac imbeilli applices, horrebit nihilominus, quam ſi niue aut criſtallo ipſum contigiſſes. capite tamen 8. ſimpl. probat

profuſione

profuſione aquæ calidæ corpus noſtrum in ipſo quidem profu-ſionis tempore calefieri, ſed paulopoſt, ſeipſo frigidius relinqui, non ſolum quia corpus rarefactum ab aqua calida, tranſpirante immoderatius calore natiuo, frigidius efficiatur; ſed etiam, ut ipſe dicit & loco citato & lib. 3. de Temp. cap. 3. quia tamquam calida aqua flammæ iniecta, eam extinguit, ſic meconiũ, ſi quantumuis calefactum dederis, & calorem animalis perfrigerabis, & necis periculum afferes. ob id cap. 4. Galenus ait. At quæ corpus, tametſi ipſa calida ſunt applicata, tamen refrigerant, nō paruam dubitationem afferunt, utrius potius naturæ ſint. Nam ſi energia ſemel calida ſunt reddita, cur animal non calefaciunt? ſin nondum ſunt calefacta, quomodo apparent calida? Soluetur dubitatio, ſi diſtinguatur quod per ſe frigidum eſt, ab eo, quod eſt ex accidenti, ita uti Ariſtoteles docuit, quædam eſſe talia per ſe, quædam per accidens: ſicuti aqua per ſe quidem frigida eſt, ex accidenti uero aliquando calida. Verum acquiſititius eius calor breui perit; naturalis frigiditas permanet, cum in priorem naturæ ſuæ ſtatum facile reuertatur, ob id Galenus primo ad Glauc. 9. dicit huiuſcemodi omnia balnea calida humectãt ac potentia refrigerãt. porro in applicandis iis nobis, quæ natura quidem ſunt frigida, ſed per accidens calida, duo hæc contingere eſt neceſſe, & ut acquiſititius eorum calor pereat, & propria eorum temperies a natura nihil immutata frigida perſtet. Quapropter concludit Galenus lib. primo ſimpl. cap. ſecundo & tertio, ex eo quod ſemper vnum idemque efficiat, quo ad nos contingit medicamen, propriam eius iudicandam eſſe facultatem. Etenim quod ab initio ad finem uſque dum applicatum eſt, magis ſemper calfacit, id non ex accidente, ſed ex ſua natura eſt tale. Concludamus igitur & nos caliditatem illam & feruorem thermarum energia & ad tactum apparentem eſſe qualitatem acquiſititiam & non naturalem aquis illis; quia non permanet ſemper talis in aquis ab initio ad finem uſque, dum applicantur corporibus noſtris; ſed tractu temporis breui amittitur, quia ex accidenti in illis inerat: & aquæ redeunt ad propriam earum

naturam,

naturam,nempe ad frigiditatem. Quare caliditas actualis thermarum cum aquæ uim non magis immutet,quã ſi nos igni eam calfaceremus, uel in ore detinentes,ac quoſcunque cibos tam potentia frigidos quam calidos maſticando actu calidos reddimus,non eſt reponenda inter illas qualitates,quas nunc in aquis medicatis inquirimus, dum tamquam medicamentum potentia tale in corpus noſtrum agunt. Nam ſi dulcis aquæ balneum calidum ex medicorum omnium ſententia refrigerat & humectat, non obſtante caliditate illa actuali, cur non idem de thermarum caliditate actuali dicendum eſt; cum in utriſque pariter euaneſcat ille calor. Eoque magis quod multæ aquæ thermales oriuntur calidę,& tamen facultas earum eſt frigida,& multæ frigidæ ſcatent,quæ tamen calefaciunt: Sicuti pleraque omnia ſimplicia medicamenta,cum e terra producuntur, actu frigida oriuntur, tametſi facultate multa calidiſſima exiſtant. Inſuperq; cum thermis utimur & ad balneum & ad potum, uel tepidis illis utimur,ne dicam etiam aliquando & ſæpiſſime frigidis, uel ſaltem nunquam efferueſcentibus, nec unquam in quarto aut tertio gradu caloris,ut illas fruſtra conſtituit cum Mengo Sauonarola multiſque aliis alioquin doctiſſimis viris Baccius vir profecto multæ lectionis & in hac materia primarius ſcriptor cum in illo gradu illis vti ſit impoſſibile. Sententia autem Galeni a Baccio adducta lib.primo ſimpl. cap. 3. Quodcumque medicamentum in iudicium vocare velis, omnis alienæ tum frigiditatis tum caliditatis expers eſſe oportere: primo imperfecta eſt,& ei addendum eſt uerbum illud,ualentis,quod cap.quinto & ſexto Galenus addidit cum inquit. Omnia itaque, quæ examinanda veniunt medicamenta omnis extraneæ valentiſque (uehementis dicit lib.ſecundo cap.21.) tum caliditatis,tum frigiditatis aliena ſunto,ne dum aqua. quia capite præcedenti docens quomodo qualitates aquæ recte cognoſci poſſint, aſſerit primũ quod euerato, ſiue temperato corpori applicator, ipſa neq; frigida inſigniter,neque calida; ne per accidens aliud efficiat, quã per ſe præſtare poteſt. Quod faciunt thermæ ebullientes, nam

incendunt,

incendunt,vrunt,veſicas excitant, deſtruunt ſenſum, expilant proiecta quæcumque in ipſas animalia,mox excoriant,& tandẽ carnes colliquant,ac ad oſſa uſque eneruant,qui ſunt omnes effectus ignis,ut ipſemet Baccius dicit, non aquarum illarum per ſe. Præterea contra ipſum penitus eſt authoritas illa Galeni, quia dicit,ſi uelimus cognoſcere cuius qualitatis ſit medicamẽtum aliquod potentia,non debet habere caliditatem actu ualẽtem, ne uidelicet natiuam eius facultatem adſcititia qualitas adulteret, addit ibi Galenus: Sed thermæ caliditatem actu adeo ualentem poſſident,ut efferueſcãt,& ſenſum etiam corrumpant. Ergo de illis propter hanc qualitatem iudicium facere non poſſumus. Sed in Aſylum ſe confugiſſe credunt iſti, cũ inquiunt,caliditatem illam actualem in thermis non eſſe alienam & extraneam, ſed naturalem, & de eſſentia illarum aquarum,ut eſt odor,& ſapor,& reliquæ acquiſitę obiter impreſſiones, aliter thermæ non eſſent thermæ, cum nomen a caliditate ducatur. Attamẽ hoc,quod dicunt,falſum eſſe iam nos docuit Galenus, aſſerens qualitatem illam medicamentorum naturalem eſſe; & non extraneam, quæ corpori noſtro admotis medicamentis ſemper ab initio ad finem vſque magis talis perdurat. Extraneã uero & ex accidenti,non per ſe qualitatem illam in medicamẽtis exiſtere,quæ breui recedit,& perit. Verum nec Baccius ipſe negat caliditatem illam actualem thermarum breui recedere & perire;aquaſque illas paulo poſt frigidas remanere & lib. primo ſuo de thermis cap.10.ad finem, aſſerit calorem haud connatum eſſe, nec a principio emanare intrinſeco ipſius aquæ, ſed extrinſecum eſſe, ac de natura accidentis, quod poteſt adeſſe & abeſſe remanente ſubſtantia & cap.17. dicit caliditatem quantocumque ſubſiſtat gradu,æque aduentitiam eſſe & accidentalem ipſi terræ ac aquæ. non ita tamen de odore & ſapore dicit idem cap.18.inquiens. An uero a prima origine naſcantur aliquæ calidæ,concreto uidelicet cum ipſa aqua calore; ſicut cõcreatum diximus in certis aquis ſaporem, atque odorem,

non

non credo, reſpondit ipſe; & cauſam reddit. Quare nec Ariſtoteli, nec Galeno nec authoribus ipſis hæc cõuenire poſſunt. Huius autem erroris cauſa æquiuocatio eſt: Nam res appellantur naturales dupliciter, uel ab ortu ſuo, ut diſtinguãtur ab illis, quæ arte fiunt, ſic dicemus herbas omnes natũra frigidas oriri, ſed arte dum decoquuntur, ut eſui ſint, calidas reddi. uel res dicuntur naturales a principio intrinſeco, ut quod per ſe eſt, differat ab eo, quod ex accidenti. ut de aqua frigida dicetur, quæ iuuenem Tetano laborantem immerſum cũrat per accidens, cũ ipſa per ſe potius lædat. Ceterum quemadmodum medicamẽta illa a nobis appellantur ſimplicia, & non compoſita, quæ talia ex ſe oriuntur. nec quicquam a noſtra induſtria aſſumpſeruut, tametſi plęraque multa diſſimilarium ſint partium, neque ueræ compoſita ſint ex diuerſis ſubſtantiis, & aliquando etiam contrariis, ut docet Galenus lib. tertio ſimpl. cap. 14. ita etiam aquæ thermales vulgo naturaliter calidæ appellantur, & earum actualis caliditas naturalis eſſe dicitur, quia ſponte oriuntur calidæ in fontibus ſuis, ad diſtinctionem illarum aquarum, quæ arte ab hominibus immutantur, & uel decoctione medicamentorum, uel deſtillatione, uel infuſione, uel aliter quomodocunque redduntur & actu calidæ, & ui medicamentoſæ. Quæ tamen & ipſæ, thermæ quoq; ab omnibus appellantur, licet earum calor penitus extraneus exiſtat tam ab ortu, quam a natura; cũ ſit ſolum ab arte inductus. Sed enim nonne & piper & euphorbiũ, cum a natura producuntur, actu frigida exiſtunt? Quis autem dicet unquam frigiditatem illam, tametſi naturalis & ab ortu eorum in illis inſit, inter qualitates medicamentoſas piperis & euphorbii recenſendã eſſe? & propter illam ſimplicia iſta a medicis frigida eſſe ſtatuenda. Non ob id tamen negandum eſt frigiditatem & caliditatem actualem agere, ſed primo occurſu ſtatim agunt, nec indigent ut a calore innato actuentur; prætereaque ſemper in manu noſtra eſt aquam uel calidam uel frigidam offerre, ut uolumus; eamque uel magis uel minus talem reddere; quod de qualitatibus in potentia non eſt. Omittamus

mus igitur nos non modo caliditatem ex accidenti in aliis thermis extraneam ſed etiam naturalem frigiditatem, quam actu in fontibus Returbii percipi ad tactum diximus. quia hæ non ſunt illæ qualitates, propter quas medicamenta dicuntur calida aut frigida, ſed talia appellantur & ſunt uere ſolum propter eas, quæ potentia in illis exiſtunt. Medicamenta autem omnia tam intus aſſumpta, quam extra admota, quæ corpus noſtrum immutare & alterare nata ſunt, uel a qualitatibus occultis illud agũt, quod a tota ſubſtantia, ideſt a proprietate formæ illius rei fieri dicunt; quia nec ſenſu, nec ratione priuſquam ex ea re effectum videris, facultas eius dignoſci poteſt, ſed ſola experientia obſeruari poteſt: uel qualitatibus manifeſtis medicamenta alterando illud efficiunt, quod non ſolum experientia poſt opus, ſed etiam ratione duce, ſenſibus noſtris, potiſſimumque guſtu, a priori quod uocant, cognoſci poteſt tam in primis quam in ſecundis, & tertiis quoq; qualitatibus dictis. Primæ qualitates appellantur illæ, quæ in elementis uſq; reperiuntur calidum, frigidum, humidum & ſiccum, uel ſeiunctæ exiſtant, & ſolæ; uel coniunctæ ſimul inuicem. quarum conſtituti ſunt quattuor ordines; Primus eſt qui uix ſenſum mouere poteſt, ut in caliditate actu eſt aqua tepens. Secundus, qui manifeſto percipitur, ut aqua calida. Tertius, qui uehementer agit, vt quæ proxima ebullitioni exiſtit. Quartus, qui etiam corrumpit; ut aqua feruentiſſima & comburens: potentia uero in primo eſt anthemis: in ſecundo fænogræcum: in tertio iris: in quarto lepidium. Secũdæ qualitates ſunt illæ, quæ ex primis oriuntur in diuerſa compoſitorum materia, ut rarefacere, condenſare; emollire, indurare; attrahere, repellere, reſerare, conſtipare; abſtergere, illinire: extenuare, incraſſare: & alia perplura ſimilia. (Cũ ſaporis cauſa ſæpius miſceantur medicamenta, ideo Montanus de eorum admiſtione tractans ſapores poſuit qualitates ſecundas, non vt perturbaret præſcriptum ordinem, nec Galeno contradiceret 5. Simpl. 26. dicenti ſapores non eſſe medicamentorum facultates, ſed guſtus qualitates.) Tertiæ qualitates ſunt illæ, quæ ſin-

 gillatim

gillatim poſtea reſpiciunt aliquam noſtri corporis partem ; vel aliquod excrementum , & non ita cetera : vt quæ capiti, thoraci, uiſceribuſq; ſingulis aut expurgando aut corroborando conferunt . quæq; vrinam vel menſes, aut prouocant , aut ſiſtunt : ſinguloſque humores attrahendo, euacuant . Qualitates igitur in ſingulis rebus aquam medicatam conſtituentibus inueſtigare operæpretium erit : vt quæ ex omnibus ſimul commiſtis tẽperatura aquæ totius euadat cognoſcentes, quibus etiam facultatibus prædita ſit ad ſanitatem conſeruandam,morboſque ſingulos profligandos,methodice iudicari poſſit.

A Q V A

AQua ab omnibus fere, qui de thermis tractauerunt, omiſſa eſt , cum de reliquis ad ſatietatem vſque loquantur. Iure tamen merito aqua inter cetera primum locum meretur : non ſolum quia natura prior eſt omnibus,ſed etiam quia longe copioſior ceteris omnibus exiſtit,idcircoq, ab ipſa tamquam a digniori denominatio eſt facta aquis medicatis . quare meum eſt pluſcula de ipſa quam de ceteris dicere . Aquam in primis qualitatibus refrigerare & humectare ſi argumentationibus probare uelimus,a noſtro inſtituto nimis alienum erit . Sed cum Galeno lib.de Ptiſana cap. 2. antiquorum omnium authoritas atq; cõſenſus indubiam nobis faciet fidem frigidam & humidam eſſe : cum apertiſſimis demonſtrationibus id comprobarint: id quod etiam experientia teſtatur . Sed an aqua ſit extremum & uehementiſſimum frigidorum & humidorum,ut vulgo ab omnibus effertur;non abſolute de omni aqua admittendum eſt,ſed ſolum de illa,quæ uere & exacte ſyncerum & exquiſitum elementum eſſet,ſi exiſteret, ſed exactũ elementum potius concipitur mente, quam exiſtat. Si igitur mente conceperis dicit Galenus primo de natura humana. 38.aquam euadere exquiſite humidam frigidamq; iã iam deſinet eſſe aqua ; illico enim gelaſcet,ac ſiſtetur,nec amplius fluet . Idcirco aquam ſynceram non reperiri ſcripſit primo de elementis quinto,quamuis primo Simpl.4. dicat

cat quæ exacte ac ſyncere aqua eſt,omnis alterius ſubſtantiæ mi ſtione vacans,ea ex neceſſitate ex ſua facultate frigida eſt. Qua authoritate motus Braſauolus in aphoriſmum vigeſimumſextũ ſect.quintę dicit aquam eam meliorem eſſe,quæ ſimplici elemẽto eſt propinquior. Non tamen illud credendum eſt: quia aqua non dicitur ſyncera, quia careat omnibus elementis, ſed quia ſolius terræ miſtione vacet. Nam & aer non dicitur non ſyncerus, quia ſolis radii cum eo ſint permiſti; ſed propter uapores aquæ uel terræ, ut docet Galenus primo tuendæ ſanit ii. Ita neque aqua dicenda eſt non ſyncera quia cum ea ſit permiſtus aer; quinimo tunc maxime ſyncera & perlucida eſt, ſicuti & aer propter ſolis radios; Quia ſuperiora ſunt forma ſuis inferioribus,& quædam perfectio in ſuis Symbolis,ut dicunt philoſophi. Quod etiam de aqua calefacta dicit Galenus primo Simp.4.Porro ſi extraneum calorem adeptam corpori humano perfundas putabis forſan ſimplex quoddam & naturale adhibitum medicamentum, at ea quodam utique modo compoſita eſt, aut igneæ eſſentiæ partem aliquam nacta, aut certe omnino ipſam qualitatem. Sed ignea hæc ſubſtantia, cum toto, ut aiunt, cælo contraria ſit aquæ, exhalat breui a ſuo aduerſiſſimo,& ad ſuum naturalem ſuperiorem locum aſcendit. Sed aer, cum maxime ſit ſimilis aquæ in qualitatibus materialibus, & facilẽ inter ſe commutationem habeant,niſi a maxima frigiditate exprimatur,cum aqua ſit glacies,admiſtus remanet fere ſemper cum aqua. Idcirco piſcibus pulmonis uice fecit natura branchias dicit Galenus.6.vſupar.9.ut per earum tenuiſſimas fibras aer quidem aquæ permiſtus attraheretur, ſed aqua penetrare non poſſet. Neque authoritas Galeni quarto in ſextum, decimo in oppoſitum eſt, cum ex Ariſtotelis Stoicorumque placitis dixit nullum in mundo eſſe vacuum,nam intra cauitates pumicis aer continetur; ſtatimque ſubdit; in aqua quidem haud eſſe talem meatuum fabricam, qualis in lapide conſpicitur; ſed quoquo uerſus ipſam ſibi eſſe continuam. Quia hoc eſt dictum a Galeno contra illos,qui aerem extrinſecum in aquam per eius ſu-

perficiem penetrare & ingredi aſſerebant. Primarius igitur typus & præcipua conditio aquæ optima eſt, vt quam maxime ſit aerea. Adhoc ſi quidem inſequuntur neceſſario omnia, quæ medici aſſignant electiſſimæ ſynceriſſimæque aquæ inditia: ut quæ limpida ſit,& ſplendida;tenuiſſima;& leuiſſima; cito alterabilis a calore,& cito etiam calore alterans & decoquens olera, legumina,& carnes.oppoſitum cuius eſt tardius incocta elixare, tardiuſque a calore uinci,cruditatis & duræ ſubſtantiæ vitio; idcirco uocabāt huiuſmodi aquas antiqui indomitas ſiue crudas, ſiue duras,& incoctiles,proinde ac ipſa legumina, quæ difficulter uixque elixantur dicit Galenus ſupra. Præterea quoque certo tenēdum eſt, quod ſicuti uidemus atomos quoſdam uolitare per radios Solis ingredientes per foramen aliquod in aere obſcuro,quæ nil aliud ſunt quam partes terræ leuiſſimæ;ita pariter per aquam multo plura corpuſcula terrea ſenſum latentia diſperſa ſunt,quæ ſi modum excedant aquas odoribus & saporibus malis inficiunt, et quamuis ſenſu nihil tale percipiatur, vt ad naturam certe dicit Galenus primo Simpl. 5.ne ipſa quidem adamuſſim ſyncera fuerit; ſicut nec aliud ullum elementorum ſenſibilium: ſed ut ad ſenſum & uſum ſincera eſt. Idcirco antiquiſſimum medicorum inuentū eſt,ut ſynceriores fiant aquæ, eas decoquere: nam calor æquabiliter fundendo rarefaciendoque aquam, terreaque corpuſcula illa homogenea per aquā fluitantia congregando, facit ut,cum craſſiora ſint,ingenita grauitate ſua melius penetrent,& diffindant aquam iam attenuatam,& ad ſubtilitatem aeris reductam; & ita decoctionis motu deſinente facilius deſcendant,& in fundo reſideant. Quo tempore poſtea ſi, ſenſim uas declinando,paulatim aquam in aliud vas transfundamus,craſſioribus partibus in fundo primi uaſis derelictis, ſic aquam, tametſi prius uitioſam,corrigemus, & citra noxam deinde ea uti poterimus. Cuius ſententiæ ſunt uerba Galeni quarto in ſextum decimo ad finem. Sed præter hanc diligentiam, obſeruant multi, potiſſimumque ubi attenuatione maiori,& uehementi penetratione opus eſt, quemadmodum in

Guaiaci decoctione ad luem Gallicam,uel in amplo uaſe,quod operculo clauſum ſit,decoctionem facere,uel (quod longe melius eſt) vitreum vas amplum loco operculi ſuperponere uaſi aquam continenti,& eorum ſimul orificia luto ſapientiæ dicto oblinire, ne uapores euaneſcant,ſed condenſati a frigiditate ſuperioris uaſis refrigerati iterum atque iterum decidant, quod circulationem appellant; ſed opus eſt uaſa ampla eſſe, ut multũ uacui derelinquatur,ad concipiendos vapores. hoc ſi quidem pacto pars decoctionis ſubtilior,quæ per uapores euaneſcere ſolet,continetur,& duplo efficacior fit decoctio, quod teſtari poſſunt,qui ſunt experti, tametſi Auicena lib. primo, ſen. ſecunda doctrin. ſecunda ſumma prima. cap. 16. torpidos illos appellet, qui credunt decoctione aquæ ſubtile reſolui, & ſpiſſum remanere. Sed nec eius expoſitores illum ſeruare poſſunt; cum vapor ſit humor extenuatus ex Galeno primo Simpl. 8. & medius inter naturam aeris & aquæ: fere enim quantum aer partium tenuitate a luce relinquitur, tantum etiam uapor ab aere dicit Galenus 8. Vſurpar. 6. Hũc tam utiliſſimum modum decoquẽdi aquam,ut aerem admittat (nam ignis in aquam agens aerem inducit,qui ebulliendo eam in maiorem molem extollit, eoque magis ſi ſit in uaſe amplo quod plenum non ſit, & operculum habeat,ſublato enim operculo reſidet aqua emiſſis aeris inflationibus) credo ego ab Hippocrate nobis ſignificatum fuiſſe, cum laconice,ut ſui moris eſt,quarto in ſextum decimo inquit. Aqua decocta,tum quidem ut aerem admittat, tũ uero ne plenum ſit, & operculũ habeat. Quamuis Galenus in tam longa eius aphoriſmi enarratione fateatur ſe uerba illa non intelligere, & inde nullum iuuamentum percipere. Quanto igitur aqua erit ſynceriſſima & magis aerea,tanto minus frigida erit,non autem minus humida: quia aer impermiſtus, cum natura ſua ſit calidus & humidus,retundit quidem frigiditatem aquæ ſua caliditate, ſed humiditatem potius adauget, ſua humiditate. Quapropter aquam ſumme humectare ſeu tepida ſit ſeu temperata, ſeu etiam calidior, ſtatuendum eſt cum Galeno primo Simpl. 8.

&

& cap.20.cum dicit,nihil eſſe humidius quam aqua. Quod ſi forte quis Galeni doctrinæ nuper initiatus hæſitet quomodo & hic Galenus dicat aquam ſumme humectare, & paulo poſt ſubdat hanc ſolam facultatem humectandi uaſorum corpora & uniuerſum carnoſum genus nunquam aquam deponere & ſecundo Simpl.25.dicat, dulcium aquarum lauacra humiditate ſua inſtrumentorum corrigere ſiccitatem,& 10.Methodi 10. madorem utilem ſolidis partibus immittere, cum tamen aqua, quod ſimplex elementum eſt,nullo pacto nutriat, ut dicit Galenus 3. de victu acut.17.nam humiditatem non modo Hippocrates,uerum quoque & medicorum probatiſſimi fere omnes,cibi uehiculum, non cibum cenſuerunt, ſed humiditatem propriam inſerere particulis ſine nutrimento non eſt,dicit idem ſeptimo Methodi cap.6.in principio.& aperte 4.aph.13.dicit aqua uero neque epota,neque extrinſecus occurſans natura apta eſt ſolidas animalis partes humectare: legat iſte quod a Galeno ſcriptum eſt libro de Marcore cap.5.Nutrimentum ſolum nutriendorum corporum pars efficitur,cum earum ſubſtantiis aſſimiletur: reliqua uero omnia uel quia non ſinant ſimilares partes uehemētius exiccari,uel quia humiditatem in intermediis earum capacitatibus contentam irrigent,& adaugeant, humectādi tum appellationem tum facultatē adepta ſunt, & tertio acut.17. Aqua ſi quidem non ut alimentum uires recreat,ſed bene ut medicamentum ad temperamēti Symmetriam,quæ propter ipſius immoderationem imbecilla ſunt,reducens. Quibus cognoſcitur aquam tantummodo ut medicamentum prohibere celeriorem fieri ſiccitatem in ſolidis partibus: ſed non ut nutrimentum uere eas humectare: quando neque nutrimentum ipſum uere reſtituere poſſit ſolidarū partium deperditā humiditatē perfecte: quod ſi fieri poſſet,ſeniū nō adueniret,ut librū illum de inſeneſcentia deridet Galenus libro de Marcore cap.2.Et quamuis 5. de ſanit.tuenda cap.3.dicat Galenus,ſeniū cū frigidū ſit & ſiccū,corrigi per ea,quæ calfaciunt & humectant; cuius contrariū poſtea ſcribit cap.10.Quippe primū,quo omne remediorū cōſilium

lium

lium dirigitur,intemperies corporis eſt,non ſenium, neq; ætas. hoc pariter eodem modo intelligendum eſt, quod ipſe lib. de Marcore docet,præcipueq; cap.5. ita exorſus;Senectutis autem Marcor diſſolui profecto non poteſt, ſuccurri tamen, ut quamplurimum producatur, poteſt. Hoc pacto igitur aquam humectare dicendum eſt uehementer,quia aer immiſtus eius humiditati non reſiſtit,ſed ſolum frigiditati: quare eius frigiditas in ſummo eſſe non poteſt,tametſi ſemper refrigeret, quia ſemper aqua ſuperat aerem immiſtũ, ſed in quo gradu refrigeret aqua certo ſtatuere nõ poſſumus propter diuerſitatem miſtionis eorum: Niſi forte ex dictis Galeni. 6. Simpl. cum ait, Glaucium adſtringit cum quodam faſtidio,tum adeo manifeſte refrigerat, ut ſolum ſæpe eryſipelata,utique ſi ualentia non fuerint, curare poſſit; Miſturaque eius compoſita eſt ex aquea terreaque ſubſtantia: utraque ſane frigida, verum non ſumme, ſed ceu aqua fontana:colligere uelimus,aquã fontanam eſſe ſaltẽ in ſecundo gradu frigidam,cum Glaucio ſimilis ſit,quod manifeſte refrigerat,& cum faſtidio adſtringit:quodq; 4.Simpl. cõnumeratur cũ galla; cytino,hypociſtide,ſolano,acacia, rhu exacte (. i. ſolũ nõ autẽ ſumme)adſtringẽtia,abſq; alia manifeſta qualitate:& aqua conſtringẽndo in arctũ ſanguinem tunicarum ventriculi facit homines uoraces,dicit Galenus: ob id aqua edax ab Hippocrate dicitur 4.in 6.20.Quod autem præter hæc aqua tenuis ſit eſſentię argumẽto eſt,quod dicit Galenus primo Simpl.14. quod promptiſſime per pilos & ueſtimenta profluat. nam propter humiditatem mollitiemq;, quæ nihil habet adiunctum uiſcoſitatis,diuiſiles partes obtinet, & quæ facile in minimas poſſunt diſtrahi. Tantoq; magis tenuior eſt,quanto magis aere abundat cum dixerit 4.Simpl.2. tenuiorum partium aer eſt, craſſarum terra,medium earum tenet aqua.Idcirco de ea dixit Ariſtoteles lib. de ſenſu & ſenſili: Aqua tenuiſſima eſt rerum omnium quæ madefaciendi uim habeant. Cuius cauſa 4.uſupart. quinto dicit Galenus neque enim ex uentriculo in uenas commode tranſumi poterat chymus iam ex cibis factus, neque facile

pertranſire

pertranſire venas,quæ ſunt in hepate & multæ & anguſtæ: niſi tenuis quædam & aquoſa humiditas tamquam vehiculum fuiſſet ei admiſta.Quare cum natura ſua bene ſit alterabilis aqua,& facile per vniuerſum corpus diſtribuatur, præ ceteris omnibus elementis optima] fuit,præter alia commoda, ad thermas medicatas conficiendas: Nam ut corpus eſt humidum,facilius recipit a quacumque re impreſſiones quam terra : ut eſt frigidum, retinet fortius quam aer: ut eſt ex iſtis compoſitum,non conſumit quæcumque ingrediuntur,ut ignis: ut uero fluidum quidē eſt & ſubtile,ſed non tamen tenuiſſimum & cito euaneſcens.penetrat ſimul ad intimas partes,& non ſubito ab illis recedit. Quare non modo Aſtronomi ſed etiam philoſophi nonnulli congrue aquam Lunæ aſſimilarunt: quæ & impreſſiones ab aliis aſtris & lumen a Sole ſuſcipiens nobis impartitur:& ſecundum uarietatem luminis ſui ad nos & aſpectum planetarum ad ipſam,multiplices ſæpiſſimeq; cōtrarias operationes agit in nobis. Ita pariter aqua impreſſiones a medicamentis ſuſceptas nobis communicat: & ob diuerſas eorū facultates diſſimilibus quoque ſæpiſſimeque contrariis nos afficit qualitatibus, cum tā copioſe ſemper nobis præſto exiſtat. Quod ſi aquæ ſimplicis vſus in uitæ neceſſariis,non ſolum eſt multiplex,ad medicamenta paranda,obſonia coquenda, panem conficiendum,animaliū quibus ueſcimur potu, aruis ad ſegetes & fructus omnes rigādis, prætereaque ad vinum miſcendum, eamque ſolam bibendam,uel ſemper,quod multæ nationes faciunt, uel interdiu aliquando noctuque;quod multis conſuetum eſt; eaque eſt facultas aquæ vt non ſolum epota cōueniat calidis quarto in ſextum 15.ſi vel natura,uel ætate ſint tales.de Succ.bonit.2. pueris primo Tuendæ ſanit.9.iuuenibus quinto Tuēdæ.12.ſuper calefactis primo Temp ſecundo:poſt exercitium Salub.diet.12.æſtuātibus hominibus 8.Meth.3 ventriculis calidis,etiam niue refrigerata 3.Alimentorum 16.uel cum calore adiuncta ſit ſiccitas, uel humiditas 7.Meth.9.ſiccæ intemperiei 7.Meth. 8. calculoſis de Ven. Sect. 5. æſtuanti ventriculo in febre primo ad Glauc.

14. Dia-

14.Diariis 8.Meth. 3.febrientibus ex uigiliis,laſſitudinibus, ira, curis, triſtitia,inedia 10. Meth. 6. febribus liquefacientibus. 3. acut.13.continuis,primo ad Glauc. 13.cauſo laborantibus 4. acut.5.etiam non aſſuetis potui aquæ 9.Meth. 16. Hecticis omnibus Marcore 7,ſi uel ſolæ ſint,uel aliis coniūctæ 10.Meth.5.& quantum bibere poſſunt ſynochis 9.Meth.5:febris enim ipſius aqua perpetuo remediū eſt,11.Meth.9. quia febris naturæ aduerſiſſima eſt primo acut.43.ſed etiam in balneo pleriſque morbis confert aqua 3.acut.44.curat enim ferè omnes diarias,primo ad Glauc.3.& genitas ex ſolis ardore, gelu, laboribus, cutis obſtructione 7. aph.42. Tertianas primo ad Glauc. 9. putridas poſt humorum coctionē 11.Meth.10. in hecticis autem omnibus uel ſtomachi uitio ſint 7. Meth. 6. uel totius corporis 10. Meth.10.nihil magis confert omni tempore, adeo ut etiam a Marcore præſeruet Marc.7. doloribus extremorum confert 6. in ſextum, quinto, fomentorum calidorum probatiſſima eſt 2. acut.2.oſſium fracturas iuuat.3.quæ in med.fiunt 15.peripneumonicis quoque & pleuriticis 3. acut. 58. opthalmias ſanat 7. aph.46.dolores multos capitis tollit,ſecundo ſecundum locos 2.prætereaque vniuerſum corpus emollit 7. Meth. 6. laxat 11. Meth.20.impinguat.ſalub.diæta 10.pueris cōuenit, primo Tuendæ 7.ciborum diſtributioni Marc. 9. laſſitudines curat. 2. Simpl.2.ſqualloré corporis tollit 6.in ſextum primo:ſiccitateſq; omnes Marcor. 6. ſomnū inducit 3.loc.affect. 5. ſitim ſedat primo Simpl.7.euacuat quoq; 14.Meth.7.partes cutaneas 3.aph: 15.totumq; æquabiliter corpus 4.aph. 2. & ſuperfluas humiditates primo Simpl.8.& omnes humores 2.aph. 17. & quaſcumque uacuationes 2.Meth.9. multaſque alias affert vtilitates 3. cauſ.pulſ.14.cum tamen præter noxas multas, quæ balnea afferre ſolent potus aquæ dicit Galenus 3. acut. 40. quamquam alioqui & optima ſit,& culpa omni uacet,tarde meat, difficulter concoquitur,atq; ægre deſcendit,multo tempore in uentriculo manet,fluctuationes plurimum parit, in bilioſo uentriculo corrumpitur,non facile diſtribuitur neque in hepar,& minus in re-

nes,thoracem,& pulmonem ; quo fit, ut neque vrinas mouere nata ſit,neque ſputum educere, imo neque per totum corpus molitur tranſpirationem. Quod multorum morborum poſtea corporibus noſtris cauſa eſſe ſolet,ut contra Eraſiſtrateos 3.dicit Galenus,cum mulieres aquam frigidiſſimam bibunt aut nullo pacto;aut prorſus diminute purgantur, indeque etiam ſteriles fiunt. Libro quoque 7.Meth.cap.6.dicit. omnia vitiorum aquæ capita ex eius frigiditate pendere,cuius culpa & in præcordiis diutiſſime moratur,& fluctuationes excitat, & in flatum mutatur,& corrumpitur, & ita ventriculi reſoluit robur, ſic ut deterius proinde concoquat. Idcirco cum primo acut.43.Hippocrates cum aqua melicratum miſcet,dicit Galenus hoc fieri debere,quia per ſe pota culpa non caret. & 3. acut. 40. dicit cum ſeni cuidam ægrotanti quotidie vinum aquoſum exhiberem, quidã ex huiuſmodi medicis præſens,me uini minimum aquæ ipſi inſtillantem contemplatus,riſit: ægrumque uinum non bibere,ſed dumtaxat uidere dixit, non ſane intelligens miſtionis vini,quod gratia uoluptatis datur,ad aquam aliam eſſe ſymmetriam,& aliam eſſe eius, quod ad opem ferendam miniſtratur. Nam vini omnino minimum,veluti excitationem quandã, quæ ad diſtributionem aquam trahat, permiſcemus, quo dumtaxat aquæ tollamus ſynceritatem,non autem aquam uinũ faciamus. & primo Simpl.29.dicit quoniam æſtiuo tempore oxycrati potu quidam plane refrigerantur,atque expertes ſitis permanent: ſed nondum conſtat,an id aceti gratia eueniat: pauculũ ſi quidem eius copioſæ aquæ miſtum,non calidũ, ſed quam fieri poteſt maxime frigidum ebibunt: nam dixerit forte quiſpiã, quia tardiuſcule permeet aqua, & plurimum temporis moretur in hypochondriis,nec deorſum concedens, nec in corpus ſe diffundens,idcirco illi acetum miſceri, tamquam in omnem partem ferendæ futurum uehiculum. Sic etiam ſi cum uino bibatur aqua, ſitim efficacius extingui,quam ſi ſola;uino.S.ipſam ad diſtributionem promouente. Itaque refrigerationem, ſitiſque ſedationem ab aqua prouenire,vt quæ frigidæ naturæ ſit & humidæ:

midæ: ceterum adminiculo eſſe,ac uelut alas illi ad omnes corporis partes permeandas addere tum vinum,tum acetum, quæ ipſa nequaquam frigida ſunt & humida.& 4.Simpl.2. probat acetum minus frigidum eſſe quam ſiromphatium, illo tamē magis refrigerare propter eius acrimoniam, quæ tanta non eſt ut frigiditatem ab aciditate prouenientem ſuperet,ſed quæ tranſitus celeritatem promouet, & velut præcedens uiam ſternit; ob id & cū alica miſcetur. Sed cum nec melicratum,nec uinum, nec acetum poſſint uera miſtione cum aqua commiſceri, tum quia longo indigerent tempore,ut probe, minimum unius cum minimo alterius miſceri & agere poſſet,hæc tamen ſtatim quod miſta ſunt à nobis bibi ſolent,tum quia hæc miſtio fit abſq; ope aliqua caloris, qui ſolus poteſt recte omnia commiſcere, ut in decoctionibus medicamentorum apparet. Neque poteſt aquæ frigiditas illa,cuius culpa uitia eius omnia fieri dicit Galenus. 7. Meth.6.ab horum ſimplici admiſtione corrigi & auferri: Quanto igitur meliores ſunt Aquæ noſtræ Thermales Returbii, quæ non modo diutius cocta ſunt,& circulatæ in uiſceribus terræ a calore illo naturali noxas omnes frigiditatis & cruditatis corrigentes,& ipſas maxime aereas,hoc eſt ſynceriſſimas & tenuiſſimas,reddente. Sed etiam eiuſdemmet naturalis caloris ope facta eſt perfecta miſtio cum tot mineralibus calidis & frigidis attenuantibus, incidentibus,abſtergentibus,deſiccantibus, emollientibus,aperientibus,diſſoluentibus,liquantibus,diſſecātibus, deobſtruentibus,flatum diſcutientibus,ſanguinem ab excrementis omnibus expurgantibus, vrinam,ceteraſque excretiones naturales promouentibus,ſpiritus vitales, caloremque ipſum innatum excitantibus, humidum radicale quamplurimum producentibus, & membra denique omnia corroborantibus? Quibus non modo vitia omnia aquæ, quæ prius ineſſe poterant, ſunt abolita,ſed tot optimæ facultates ad cauſas omnium morborum profligandas ſunt inditæ, ut non modo quæ de aqua relata ſunt in potu & in balneo, quæque de ſingulis mineralibus ingredientibus recenſentur, ſed quæcumque ex horum omniū

k 2 ſimul

ſimul commiſtione & Theriacali quadam compoſitione reſulta re poſſunt; quicumque a Methodo non eſt alienus medicus ea omnia & ratione proſequi & experientia aſſequi poterit, quod percommode accidit, quod hæ balneæ omnibus patent: & omnes, quibuſcunq. libeat, poſſunt eis uel ad morbos profligandos, uel animi cauſa ſuo iure, ſemper uti: & inde aquas haurire, & quo uelint, comportare.

TERRA.

TErra ſequitur aquam, tum quia in his fontibus poſt aquam copioſior eſt terra derelicta in primis fæcibus, quã ſint cetera alia cõtenta, tũ q̃a ex terra & aqua mineralia oĩa generãtur. & ſicuti de aqua diximus non dari ſimpliciſſimam, ita dicamus de terra. Proinde licet primo de nat. hum. 13. dixerit Galenus, ſiccitas extrema vna cum denſitate & frigore eſt in terra; hoc tamen potius dictum eſt philoſophorum, ut dicit 9. Simpl. Quia eiuſmodi corpus durius eſſet adamante, & ex eo nihil generari poſſet, dicit poſtea 38. Terræ igitur admiſtam eſſe aquam inde cognoſcimus, quod non eſt penitus leuis puluis, ſed agglutinata perſiſtit, & niſi aer etiam admiſceretur, limus & cænum infæcundum exiſteret, terra tamen ipſa longe ſuperat, proindeque frigida naturà ſua & ſicca erit quidem terra ſemper, ut de figulari dicitur tertio natur. facul. vltimo: Verum propter maiorem minoremue aeris & ignis etiam admiſtionem, magis minuſque pariter refrigerabit & adſtringet, ut de Lemnia, Samia, Selinuſia, Chia, Cimoliaque dicit 9. Simpli. aut mordicabit & abſterget, vt de Eretrienſi, Pnigite, Cadmia Ampelitideque ibidem dicit. Quapropter ſiccabit ſemper terra, ut ſemper aqua humectat, tametſi in aliis qualitatibus variare poſſit. Ob id Galenus dicit terram expertem miſtionis ſubſtantiæ generis alterius uim habere citra morſum deſiccandi. & quarto Simpl. decimo quinto dicit, terram ſimplicem inſipidam exiſtere,

ſtere, ſed propter aliorum admiſtionem continere poteſt omnigenum ſaporum genus dicit primo de nat. hum. 31. Atqui cum nullum reperire corpus queas miſtionis ad unguem expers, inſpicienda item eſt, dicit Galenus. 9. Simpl. eorum, quæ illi accidunt, commiſtio, idque ſecundum leuitatis & grauitatis differentias, eaſque quæ in guſtu uiſuntur. Nam ſi qua eluceat adſtrictio, tantum aſſumpſit frigiditatis, quantum habet & adſtrictionis; Sin etiam acrimonia quædam appareat, tãtum ineſſe ſcito caliditatis, quantum & acrimoniæ. Similiter in leui & graui uidendum eſt: cum leuitas illi inde proueniat, quod larga & copioſa in tota eius temperie aerea inſit ſubſtantia: grauitas uero quanto maior ſit, tanto itidem ſyncerior terra exiſtat. ceterum cauendum eſt, ne dictio hæc ſyncerior æquiuocationem in animo inducat: contrario ſi quidem modo hic intelligenda eſt, quam de aqua dixerimus: Sicuti & Galenus dicit, philoſophos contra quam agricolas terram ſynceram appellare. Quod hinc maxime patet quia cum Galenus dicat quarto in ſextũ 10. terram minutatim aqua permiſtam, vnaque cum ipſa epotam haud contemnendam cladem inferre, & maxime quibus renes aut veſica pro gignendis calculis obnoxii ſunt: in oppoſitum autem 5. Simpl. 13. inter ea, quæ vrinam prouocant, renes expurgant, & calloſas ſiue tophaceas conſiſtentias incidere ſunt idonea, numeret ochram, quam tamen genus terræ eſſe dicit ſecundo pronoſt. 39. Hinc cognoſcere poſſumus, quod ſicut aquæ crudæ & graues ſunt peſſimæ, leues autem & ſynceræ optimæ, propter aeris admiſtionem: ita etiam de terra dicendum eſt, quod ſi erit grauis, lædet, ſi uero leuis, iuuabit vt facit ochra; quæ cum ea præſtet, quæ diximus, aerea & calida temperata neceſſario exiſtit, quia non ſimpliciter terra eſt, ſed terra metallica, inter ea media; cum eius generatio in metallis fiat, & cum aqua commiſcetur, uel tunc in generatione vtriuſque ſimul, (regeneratur ſi quidem terra ubique & continue, ſicuti & aqua, ſed non ita ſenſu apparet; quia terra in loco ſuæ generationis ſparſa remanet, aqua

autem

autem collecta defluit) uel poſtquam genita eſt ochra inter aurum & argentum ceteraque mineralia, per eam defluẽdo aqua, tenuiores illius ochræ partes inciſione a mineralibus acquiſita abſtergit, & humiditate propria abluit, indeque iugi ſuo defluxu ſecum illas rapit, & commiſcẽdo ſe illis ad fontes defert, quæ propter ſui exilitatem deſcendere nequeunt: ſed ut de atomis in aere uolitantibus diximus, per aquam innatant, & cum aqua etiam bibuntur. ochra hæc cum non ſit arte facta ex aduſtione, ut ſæpe fit, quæ ſemper ignis qualitates refert, ualde in caliditate excedere non poteſt, neque corrodere, ut facit, quæ ab ære colligitur, ut Dioſcorides de Attica dicit. tametſi Vitruuius lib. 7. cap. 7. Atticam ab argento deſumi dicat, quæ non poteſt erodere. Sed cum noſtra etiam ſimul cum auro partim ſit genita, & optime a calore elaborata, odoreque ſit ſuauis, & guſtu inſipida, uel ſubdulcis, primum gradum caloris tranſendere non crederem: uehementer tamen ſiccare oſtendit, tum quod igne breui conſumitur, tum quod tactu leuorem tenuiſſimi pollinis habet. Quapropter Armenicæ terræ ſimilis & ſubſtantia & facultatibus exiſtit, & Galenus eius colorem ochra græcæ appellat, quod pallidum uertunt interpretes; Hermolaus addidit luteum. Proindeque, ut cetera ſileam, præter uim expurgandi renes iam dictam, eos magnifice iuuat, quibus ex capite in thoracem fluxio decumbit, quiue non tantum ex catarrho ſunt anhelantes, ſed etiam phthoe laborant, uel periculum imminet ne phthiſici fiant, non ex ulcere pulmonis, ſed ex pituita prolapſa & putreſcente, pulmones flaccidos & tabidos reddente; quod per contagium facile propagatur, & Fracaſtorius conſiligine curat; ochra autem magis tum defluxiones conſumendo, tum ſanguinis expuitiones ſiſtendo, tum etiam vlcera eorum putrida ſiccãdo dicit Galenus. Prætereaque putredinibus omnibus ſua tenuiſſima ſiccitate reſiſtit: Idcirco non ſolum in peſte maxime confert, ſed in peſtilẽtibus quoq; febribus, & malignis, ab excellentiq; putredine ortum habentibus inter prima remedia numerari debet, quod ſeminariũ ipſius putredinis abolere poteſt.

Sul-

SVLFVR

SVlfur merito Græcis diuinum dicitur, cum in æthere producatur, ibique ignes, corruſcationes, & fulgura generet; & de cælo tacta omnia ſulfur redolent. Eius ſubſtantia ignea quidem eſt & aerea, quod facillime igne corripitur, & ſupernatat: ſed nō caret humiditate quadam innata, cuius cauſa facile liquatur, & induratas partes molliores reddit. Hinc ſolui poſſint difficultates quod ab Auicena, ſtatuitur calidum & ſiccum in quarto gradu, qualia ſunt corrodentia, & Galenus ſexto per genera ſecundo dicit tanto calore præditum eſſe ſulfur, vt ulcus faciat, quibus diutius adhæſerit: cum tamen frequentiſſime per os ad ſcabiem aſſumatur, & Dioſcorides ſuſpirioſis & ictericis in ouo cochlearis quantitate offert; & inter Aſclepiadis pharmaca a Galeno. 7. per locos ultimo ad dyſpnoicos ſulfur numeratur. Prætereaque Baiis, ubi a lapidibus exudat, dulciſſimum guſtu eſt, quod pane exceptum comeditur a multis maxima cum voluptate. Sed calida in quarto gradu acerrima & maxime mordicantia ſunt, non dulcia. Quod comedantur innoxie multa, quæ tamen cuti impoſita erodant, & exulcerent, ſicut ſinapi, muria, alia, cæpe, & ſimilia, interquæ ſulfur numerari poteſt, cauſa declarata eſt a Galeno 3. temp. 3. Inſuperque 4. Simpl. primo dicit. Procedit autem ad vſtionem vſque medicamentorum caliditas, vbi uidelicet in craſſa conſiſtit eſſentia. Quæ uero ſubtilium partium ſunt calida, nonnunquam omnino non mordicant, ſed calfaciunt dumtaxat. Sulfur autem tenuium eſſe partium conſtat ex Galeno 3. per genera ſecundo: ſed cum ſint diuerſæ eius partes, ut dictum eſt, quæ humida eſt & oleaginoſa, dulcis eſſe poteſt, & illa eſt, quæ Baiis ex lapidibus exudat. Non enim Hermolao credendum eſt ob firmam harum partium confuſionem oleum a ſulfure elici non poſſe: cum ars proſtet oleum ſulfuris extrahendi; quod tametſi adeo calidiſſimum ſit ut loco potentialis cauterii putrefaciat ſtatim, & erodat, tamē hoc ab igne extrinſeco

trinſeco acquiſiuit, ut et calx e lapidibus confecta:& ſulfur igne elaboratum longe calidius euadit, quod ulcerare poteſt ut dicit Gal. naturale autem, ideo apiron dictum & ignem non expertum, minus calidum eſt quam dixerit Auicena, & hoc ad dyſpnæam utuntur medici ut 7. per locos ult. ſcribit Galenus de ſulfure uiuo ex præſcriptione Andromachi, Alcimii, Philini, Apollonii & Andronici. Præter illud autem quod ſulfur attenuat, incidendo craſſa, diſſoluit ſegregando coagulata, infarcta liberat aperiendo obſtructa, & concoquit maturando crudiora. habet etiam hoc, quod non ſolum reſoluendo ſucceſſiue partem poſt partem, & a loco, in quo includuntur, humores educendo, uehementer diſcutit, & conſumit, proinde a Galeno appellatur diſcuſſorium fortiſſimum 6. per locos 1. ſed etiam rarefaciendo partes ſuperiores membrorum, & ualde in profonda penetrando, humoresq; altius impactos mouendo, neceſſitate uacui uno aliud ſubſequente, quod in imis partibus latebat, ad ſuperficiem attrahit: ut 10. per locos 2. dicit Galenus, quod ex profundo attrahere poteſt humores articulum & iuncturam coxendicis uexantes. Qua ratione etiam chiragræ, podagræ, artiritidi, duritiei, & tumoribus omnibus frigidis iuncturarum, euocando & diſcutiendo confert: capitisq; affectionibus omnibus frigidis & humidis apoplexiæ, paralyſi, lethargo, obliuioni, epilepſiæ quoq; non modo materiam reſoluendo, ſed etiam uim animalem excitando. Cerebrum ab humoribus omnibus purgat, catarrhum conſumit, narium corizas deſtillationesq; omnes in ſubiectas partes tollit. Neruorum dolores, uulnera, puncturas, torſiones, paſſionesq; omnes à frigiditate & humiditate curat; ob id reſolutis, tenſis, contractis, tremulisq; perutile eſt. Aurium tinnitui, ſurditati, & doloribus medetur. Lendines palpebrarũ interficit, Aſthmaticis, tuſſientibus, ſuſpirioſis, purulenta excreantibus, tam potu quam ſuffitu maxime confert. Quod autem Dioſcorides dixerit, ſanguinis profluuia cohibere, mihi non probatur, tum quia Gal. 7. per locos 3. dicit ad ſanguinis reiectationem ineptum eſſe ſulfur: tum quia rationi

tioni abſonum eſt, cum nullam habeat adſtrictionem, proindeq; etiam uentriculum potius diſſoluit quam corroboret, tametſi calefaciat, flatusq; diſcutiat, ob id & colicis auxilio eſſe ſolet: Iecoris, lienis, uteriq; dolores; obſtructiones, tumoresq; reſoluit: hydropiſim ſiccat, menſes prouocat, renes expurgat, lumborum dolores, & grauitates pellit: ambuſtis medetur; ad multaq; uenenatorum animalium reſiſtit, dicit Galenus 9. Simpl. Verrucas pendentes, lichenes, impetigines, vitiligines, puſtulas faciei, & maculas, pſoras, lepras, pruritus, ſcabiem, omneſq; id genus affectus extergit, & in profundum non repellit ait Gal. ibidem, cum alia multa medicamenta, quæ illos curāt, miſtam habeant potentiam, nempe ut digerant pariter, & repercutiant.

BITVMEN.

Bituminis ad duodecim nobiliora genera enumerantur a ſcriptoribus Aſphaltum, Piſſasphaltū, Naphta, Gagates, Ampelites, Thraciuſq; Lapis, Maltha Carbones foſſiles, Succinum, Ambra, Petreoleum, Camphura. quæ ſicuti colore & ſubſtantia, ita facultatibus inter ſe differunt, nos de liquido in aquis naturalibus, ut ſunt noſtræ; reperto agamus, quod molle quidem eſt, dum innatat, dicit Galenus 2. Simpl. reſiccatum uero, indurefcit, quare cum ſecundo Simpl. 21. dicit nec ſimplex nec ſponte natum medicamentum hoc eſſe; intelligendum eſt, quod ſiccum non naſcitur. Diuerſarum autem partium exiſtit, ſicuti & ſulfur. (uicina etenim eorum natura ualde eſt,) nam & pingue eſſe, & plurimum oleoſæ naturæ poſſidere dicitur 2. Simpl. 21. quod tametſi ſiccum ſit, humida ſubſtantia tamen appellatur p. Aph. 14. ea propter ab extrinſeca caliditate maxime in ſpiritum ſoluitur 4. Aph. 70. uerum eſſentiæ eius craſſities ac terrenitas p. Simpl. 17. ad congelationis celeritatem adiuuat. cuius cauſa ſiccius eſt quam emolitioni ſolum competat 7. per genera 3. ea propter bitumine conſtantia medicamenta glutinant ſinum,

& carnem robuſtam & duram quidem eorum,qui uirilibus munniis, & ſole durum corporis habitum conciliarunt 2. per genera 11. quæ uero in aliis omnibus ſunt, contendunt, irritant, & exaſperant 6. Simpl. cap. de Amurca. calidũ & ſiccum eſſe bitumen ſæpius dixit Galenus, potiſſimumq; 3. temper. primo, ſed quo in ordine? primo Simpl. 17. dicit Bitumen tametſi ſit calidiſſimum. & 3. meth. 8. quamquam modice ſiccat, immodice tamen calidum eſt. Sed hoc non abſolute, ſed reſpectu ulceris propoſiti curandi intelligi debet, illudq; non de potentiali, ſed de actuali caliditate. Nam 5. per genera 2. aperte dicit Bitumen cum calore non admodum uehementi ſiccare nouimus, & 11. Simpl. ad finem ait: Cæterum medicamenti ipſius uis (de Bitumine loquitur) eſt tum reſiccatoria, tum ex calfactoria in ſecundo ordine; merito itaq; eo utuntur & ad glutinationem vulnerum cruentorum, & ad alia omnia, quæ exiccari debent, cũ modica excalfactione & 6. Smpl. cap. de Amurca illud idẽ confirmat: cui ſubſcripſerunt Oribaſius, Aetius, Paulus, & Serapio. Propterea q; Braſauolus & alii recentiores Auicennam reprehendunt, qui de Bitumine dixit calidum eſt in tertio, ſiccum ad ipſum. Sed expecto quomodo iſti conciliabunt Galenũ qui 8. Simpl. de Triphyllo agens ſic ait: Vis plantæ eſt calida & ſicca vt bituminis, cui odore eſt ſimilis, vtrinq; tertio ordine (de hoc in meis ſolutionibus contradictionum Galeni.) Gordianum hunc nodum facile ſoluere poſſet Theſeus ad ſacram Solutionũ anchoram confugiendo, culpam in librariorum incuriam reiiciendo, qui uel aſphaltum .i. bitumen pro aſpalatho, uel tertiũ ordinem pro ſecundo ſcripſerint. Sed Aetius Galeni Paraphraſtes vel potius cõpilator ſermone primo de Triphyllo dicit Trifolium Græci aſphalthion à bituminis odore appellant, eſtq; calidæ & ſiccæ facultatis in tertio ordine. Aſpalatus autem guſtu quidem acris ſtatuitur à Gal. 6. Simpl., ſed ſimul etiam adſtringens eſt; ob id gargariſmatibus imponitur. 6. per locos 3. & concoquere dicitur. 8. per locos 7. quare calidum in tertio eſſe non poteſt. Prætereaq; Plinius ſcriptor latinus cum l. 12. cap. 24. de

24. de Aſpalatho eiuſq; inenarabili odore, cum iris cæleſtis ſuper eum incurratur egiſſet. lib. poſtea 21. cap. 9. de Triphyllo agens, eadem fere dicit, quæ Galenus, & Dioſcorides lib. 3. c. de Trifolio: cuius nominis cum varia ſint ſimplicia; nam unum eſt a Galeno dictum Triphyllum, aliud Medion, tertium Satyrium, quartum Lotus, & quintum Trifolium acetoſum: Paulus AEgineta æquiuocatione nominis deceptus, ſub capite de Trifolio.i.Satirione eadem prius refert, quæ Galenus de Satirione dixerat, quod eſt humidum, non ſiccum, vt aſphaltithe, deinde ſubdit, quæ de Trifolio bituminoſo dicta ſunt à Galeno ad Piſonem 4. Trifolii decocti ius ſuperinfuſum, phalangii aut viperæ morſus ſanare: ſano idem potui datum ſimilem animalium horum ictibus affectum conciliare. Sed neq; dixit Galenus potui datum, ſed ſi partem ſanam eidem aquæ immittat. Quo in loco obiter animaduertendum eſt, Galenum hæc quidem à Dioſcoride ſumpſiſſe, qui dicit: Tradunt aliqui huius decoctũ fotu dolores eorum finire, quos ſerpentes percuſſerint. Qua autem aqua huiuſmodi ſanatus quis fuerit, ſi ea quiſpiam alius foueatur, qui vlcus habuerit, proinde afficitur, vt á ſerpente demorſus: Sed Galenus non intellexit eandemmet aquam numero præciſe, quæ ſanauit alios, hoc facere, ut dicit Dioſcorides; ſed quamcumq; aliam Trifolii decoctionem. id circo ſubdit: reuera ſumma admiratione dignũ eſſe, eandem herbã (non dicit eandem met decoctionem) & percuſſis mẽbris ſanitatẽ inducere, & ſanis percuſſionis læſionem inferre. Quare in ultimis verbis lib. de med. parat. facil. admonet omnes, ne fomento Trifolii huiuſce bituminoſi vtantur, niſi opus ſit propter curationem; quia ſi eo fouentur, qui non patiuntur, ita afficientur, vt credant ſe commorſos fuiſſe. Nec tam fuit ſtupidus Galenus vt miretur ablutionem demorſi à ſerpente alios per contagium inficere poſſe, vt Matthiolus probat fieri poſſe. Sed Dioſcoridis ſententiam perperam intellexit Gal. Bituminis facultas eſt diſcutiendi, emolliendi, & glutinandi. Quare neruos calfacit, mollit, & glutinat; Lethargo, Veternoue confert, deſtillatio-

nes ſanat ſuffitu; ſed epilepticos detegit, inſtrumenta ſenſibus diſtribuendis dicata lædendo. anginæ, tonſillis, ſtrumiſq. medetur: oculorum ſuffuſiones, & albugines tollit: eorumq; pilos incommodos replicat. dentium dolores ſedat: Tuſſi antiquæ, ſpirandi difficultati, vlceribus, ſenieiq; craſſæ pulmonis conducit: cæliacis & cardiacis, qui animo linquūtur eueſtigio prodeſt: Interna corporum vitia tollit: Inteſtinorum vlcera, tormina, difficultateſq; curat: lumbricos interficit: Iliacis, coliciſq; medetur ex Galeno 2.Glauc.6. quia flatus egregie diſcutit 2. Simpl. 12. Cachexiæ totius corporis, & incipienti hydropi confert; quia totum corpus digerendo euacuat 4. Tuendæ. 4. Nephriticis, calculoſiſq; medetur. Vteri inflationes, duritiees, præfocationes, dolores, procidentiaſq, impoſitum, olfactum, & ſuffitum curat 9. per locos vltimo. menſium ſtillicidia ſiſtit, ſolitas tamen purgationes elicit. ad laterum coxendiciſq; dolores bibitur, & linitur. Sedis procidentias, tenaſmos ſuffitu comprimit. fluxus omnes ſanguinis ſiſtit: concretumq; ſanguinem tam in internis partibus, quam extrinſecis diſcutit. pudendorū vlcuſcula ſanat. ad quartanas bibitur. Scirrhoſis omnibus tumoribus illinitur, inflammationes oriri non ſinit in vulneribus, & articulis, lepras, lichenes, pruritusq; corporis tollit, à rabido cane morſos præſeruat: & conſeruat à timore aquæ. Venenis reſiſtit, ideoq; Theriacam ingreditur, ad Piſonem 7. recentia vulnera non ſolum glutinat, ſed etiam breui ad cicatricem perducit. Quapropter bitumen imponitur in barbaro emplaſtro (barbara appellantur bitumine confecta 2. p. genera vlt.) Andromachi, Galli, Iuliani, Heræ tam mirabili, & Galeni, & ad fracturas oſſium Aſclepiadis, Pithionis, Heleni, & in catagmatibus ad puncturas neruorum, luxationes, ſinus, canū hominumq; morſus, condylomata, vitia articulorum, & podagram; & ſub titulo Iceſium nigrum ad duritias diffundendas, parotidas, ſtrumas, aquam intercutem, & maligna.

Alumen

ALVMEN.

ALuminis multa ſunt genera tam factitii quam neturalis,omniaq; ſubſtantiæ ſunt terreſtris,& igneæ; non tamē abſq; aliqua humiditate, inter magis autem craſſarū partium eſt liquidum dicit Galenus.9.Simpl.quod in his aquis exiſtit:& cū ſummum adſtringens ſit 3.Simpl.16.ideo Græce ſtypteria appellatum eſſe ſcribit Galenus 6.per genera 2.& ab illo ſeparatur vrina puerorum impubiū affuſa.Et quia adſtringentia frigida eſſe ſæpius dixit Galenus,nunquam autem Alumen eſſe calidum, ideo alumen frigidum eſſe ſtatuit Iohannitius,cuius ſententiam confirmare voluit Sauonarola experientia vini, quod alumine iniecto æſtate conſeruatur à putredine, quod fieri videtut à frigiditate & ſiccitate.Gypſum etiam quod ex alumine fit,& talcū eiuſdem generis frigida eſſe conſtat: Hinc Baccius collegit Aluminoſas aquas frigidas eſſe, cum tamen poſtea nedum inſignē penetrationem in illis ſtatuat, ſed etiam calidis corporibus eas aduerſari ſcribat.ſed aſtringentia multa calida eſſe contra Metrodorū iam probauit Galenus 1.Simpl.33.vinumq; ſeruari nō frigiditate,ſed caliditate docet 1.antidot.3.quod ſulfure iniecto Heluetia & Germania ferè tota adhuc obſeruat Talcū aūt & Gyplum ex impfecto & crudo Alumine fiunt(ſpeculare eſt)qđ nō vere alumen eſt,ſed potius lapis,ut dicit Gal. capite proprio, ex Alumine aūt nitro & chalcantho aqua deſtillatur,adeo feruentiſſima,vt metalla diuidat,& diſoluat, & cauterii loco carnes adurat,quia dicit Gal.9.Simpl.qđ iſtis metallicis multū immiſtū eſt igneæ ſubſtantiæ. Adſtrictionem autem ſynceram, & per ſe ſolam exiſtentem frigidam quidem eſſe dicit Gal. 4.Simpl. 7. ſed cum ei aliæ qualitates adiunctæ ſunt,oppoſitum ſentit;quod & in aliis ſaporibus diffuſe oſtendit.Alumen vero guſtu quidē maxime adſtringens ſentitur, propter eius partes terreſtres,ſed cum dulcedine et aliqua,propter aqueā humiditatē, & cū acredine quoq;,propter igneas partes, ſi nō tāta,quāta in chalcātho pcipitur,(qđ cū adſtrictione maxima vehemēter etiā chalefacit)

saltem

ſaltem notabili. idcircoq; etiam non digerendi facultate eximia, ſed aſtringendi præditum eſſe dicit Galenus 4. per genera 5. Quapropter non modò ſiccum in tertio ordine cum Galeno 5. Simpl. vltimo ſtatuendum eſt Alumen, ſed etiam calidũ cũ Dioſcoride. & ſi non in tertio vt dicebat Auicẽna, ſaltem in ſecundo, vt emendauit Bellunenſis. Ideoq; extergere poteſt, quæ caliginem oculis obducunt, oculorum ſcabrities & palpebrarũ excreſcentias attenuare. furfures capitis, lendeſq; & pediculos tollere. manantes aures quoq; deſiccat, dentes commotos firmat, gingiuarum humiditates effluentes abſumit: fætorem, aphtas, vlcuſcula & alia oris vitia ſanat, intumeſcentias tonſiliarũ, & vuam minuit, polypos, & ozenas narium curat, lichenas faciei, varulos, cæteraſq; id genus maculas abolet. eruptiones omnes ſanguinis tam ex pectore quam ab hæmorrhoidibus aliiſue partibus compeſcit, non modo repellendo, & incraſſando, ſed contrahendo, conſtringendo, denſando, & indurando, eapropter viſcera omnia maximopere roborat. Ventriculi laxitates, faſtidia, nauſeas, inappetentias, vomitionesq; curat, adeo vt pro ſtomaticis manſuetiſſimũeſſe dicatur alumen à Gal. 6. per locos primo: hepaticis, ſpleneticis, hydropicis, malũq; corporis habitum ex cruditate habentibus confert, Virus alarum, totiuſq; corporis ſudores compeſcit. vrinæ ardores, feminiſq; profluuia ſedat. renum veſicæ, ac vrinariorum meatuum obſtructiones, lentos humores, vlceraq; etiam & dolores curat, adeo vt dixerit Aetius, maiorem, quam credi poteſt, ex iis ſæpe vtilitatem ſequutam vidi, omnem ventris fluxum, vbi ſuperflua expurgauerit, cohibet, iliacis confert, vteri ſuperfluas humiditates ſiccando, cotylidones abſtergendo, & relaxatam eius ſubſtantiam corroborando, non modo crebrũ aborſum prohibet, ſed etiam omnes inordinatas, ſuperfluas, pallidas, decoloreſq; menſium ſuperfluitates, doloreſq;, & vuluæ deſcenſum, tam appoſitum, quam iniectum, aut ſuffitum curat, pudendorum vlceribus, gangrænis, herpeti, fiſſuriſq; vteri medetur, diuturnis vlceribus, depaſcentibus, putridis, corrodentibus, fiſtuliſq;

ſtuliſq;, & cancro etiam confert. Superexcreſcentes carnes tollit: aduſtioni, excoriationi à frigore, pernionibus, pterigiis, panaritiis, œdematoſiſq; tumoribus prodeſt. ſcabiem vlceroſam, lepram, crurum antiqua vlcera, & maxime fluida, ac corroſiua ſanat, adeo vt Galenus dixerit primo Simpl. 7. de aquis aluminoſis: cum aliis vlceribus idoneæ ſunt, tum vero quæcunq; fluxionibus tentantur, ea perfacile deſiccant.

SAL.

SAL duplex eſt maris & fodinæ, vterq, adeo naturæ amicus, vt inſipida vocentur, quæ ſale minus ſunt condita. calidus & ſiccus ab Auicenna ſtatuitur in ſecundo ordine; crederem tamen cũ Galeno 4. Simpl. 21. foſſile, vt eſt in aquis Realti montis Returbii, minus calidum eſſe, ſed omnes æque vehementer deſiccãt, dicit Galenus 9. & 2. Simpl. & quamuis 6. per locos 2. dicatur abunde calfacere, illud eſt in comparatione aliorum ſimplicium illius emplaſtri, non abſolute. neq; etiam in Galeno eſt contradictio cum 5. Simpl. 26. dicit ſalſum deſiccare citra apertam caliditatem, aut frigiditatem, quia non de ſale loquitur, ſed de ſapore ſalſo, qui calidus quidem eſt, ſed non vehementer. Subſtantia eius ex cinereo terreſtri aduſto aquæ cummixto componitur: ob id oppoſitis præditus eſt qualitatibus diſcutientibus & adſtringentibus, vt docet Gal. 6. per locos 3. ex partiũ ſiquidem tenuitate penetrando inter ſuperficiẽ membrorum & humorum viſciditate ſua illis adhærentium, ſeparat illos abſtergendo, & in minimas partes diuidendo, eos in vaporum ſubſtantiam reſoluit, & exiccando conſumit 4. Simpl. 20. ex partium autem craſſitie ſubſtantiam membrorum contrahit & conſtringit, & condiendo ſeruat, dicit Gal. 5. Simpl. 26. idcirco dicit 9. Simpl. quicquid in corporibus humidum ineſt, id abſumit, & quod reliquum eſt ſubſtantiæ ſolidæ, adſtrictione contrahit, ac proinde etiã conditura ſua carnes ſeruat à putredine. & 3. alimentorum 41. dicit ſalis facultas eſt compoſita:

nam

nam humores ſuperfluos tenuat ac digerit, corpora vero ipſa cogit in ſeſe, ac condenſat: leuiter etiam purgat dicit Galenus 2. ꝑ locos 5. quàmuis magis adſtringat & primo acutorum 18. Sal excitare ad deiectionem dicit. Sicuti & 3. Simpl. 15. & de attenuante 3. ait ſalſa ferè omnia aluum deicere, ob id clyſteribus communiter miſcetur, quia virtutem irritat, & inteſtinorum pituitam educit, & vt aqua marina primo de Sympto. cauſis 7. aluum turbat; idcirco medicamentis quem voles humorem purgantibus ſi addatur opus eorum adiuuat, cuius oppoſitum videtur ſcribere Hippocrates lib. de aere cap. 3. cum inquit. At .n. mentiuntur homines de ſalſis aquis, propter imperitiam in eo, quod per aluum ſecedere, eamq; ſoluere putantur. Maxime .n. contrariæ ſunt ad alui egeſtionem ac ſeceſſum, ſunt .n. crudæ, & coqui non poſſunt, quare venter magis ab ipſis adſtringitur quam eliquatur. Sed hoc intelligendum eſt de ſale ex ſua natura ſiccante, in ventre puro ab excrementis: ſed vbi copia viſcoſorum humorum adeſt, eos liquando & detergendo fluxibiliores reddit, mordicandoq; naturam ad expulſionem irritat ideoq; etiam ventriculum mũdificat, & detergit, doloresq; eius, ſicut & tormina, coli, ſplenis, uterinos, hypochõdriacoſq; flatus diſcutit. pectoriſq; vitreũ & viſcoſum phlegma incidit, tuſſimq; antiquam linctu curat. Oſtracoſam dentium nigredinem fricatus tollit, à putredine & carie præſeruat, eorumq; ſtuporem, & dolores ſedat. gingiuarum humiditates manantes ſiſtit, aphtas purgat. Anginam tonſillarum, collumellæq; apoſtemata, & gutturis ſuperfluitates diſſoluit. vocis raucedines & deſtillationes ſiſtit, capitis manantia vlcuſcula ſiccat, narium dolores abſoluit oculorum vngulam, excreſcentiam, ſanguinem congelatum, carnem in palpebris additam reſoluit, caliginem extenuat; viſum clarificat, neruorum omniũ tam colli, quam brachiorum, coxendicumq; humiditates & dolores tollit. œdematoſos crurum & pedum tumores tam ex hydropiſi quàm à conualeſcentia abſumit, Scroti, teſticulorumq; intumeſcentias tam ex flatu quam ex humore diſſoluit, Lienes comminuit, fluores albos

bos mulierum ſiſtit, molam prohibet, verrucas, thymoſq;, pudendorum locellorumq; vlcera ſiccat, apoſtematibus phlegmaticis, Carbunculis, Antraci, Achoris, Gangrænisq; confert. Vlceribus humidis & exedentibus, Igni ſacro, herpeti ſerpenti, & manantibus omnibus humiditatibus reſiſtit. carnem ſuperfluam abſumit, pterigia atterit, clauos pedum, & perniones, fiſſuraſq; ex frigore, antequam vlcerentur, ſanat. Scabiem vlceroſam, Impetiginem, pruritum, pſoraſq; ſedat. ſugillationibus omnibus medetur. aduſtionibus illitu veſicationem prohibet. luxatis & extuberationibus apponitur. Laſſitudines reſoluit, podagricis confert: opii & fungorum mortiferorũ eſum curat. Scorpionum, veſparum, & crabronum ictibus reſiſtit. morſibus ſerpentium, viperæ, ſcolopendriæ, ceraſtæ, crocodillorum & beſtiarum medetur. proindeq; dicit Galenus ad Piſonem, 10. in elixatione viperarum pro Theriacā conficienda ſal imponi, non modo vt ſuauiorem eam reddat, vt dixit etiam 9. Simpl. ſed ut, quod in ipſis venenoſum eſt, auferatur, quia ſal dicit 6. in 6. 5. totam maleficorum humorum, medicamentorumq; ſubſtantiā conſumere poteſt. Quapropter in prouerbio dicitur, Sale & Sole nihil vtilius.

NITRVM.

QVemadmodum ſi, quod ſalſum eſt, pluſculum excalfeceris, dicit Galenus 4. Simpl. 20. amarum tibi euadet, quia propinquus eſt ſapor ſalſus amaro, quippe terreni ambo ſunt & calidi: diſſident tamen quod amarus à calore arido plus ſit extenuatus & elaboratus: ita cum ſal foſſilis inter nitri ſpecies enumeretur, quia viciſſim tranſmutantur, non multum differunt nec dum cognoſcuntur, nec dum agunt: diſſident tamen quod Nitrum amarum eſt, & in ſale adſtrictio adeſt, quæ in nitro aut nulla, aut prorſus exigua ineſt, dicit Galenus primo Simpl. 36. Quapropter quæcumq; dicta ſunt de ſale, eadem, ſed vehemen-

M tiora,

ſiora, de nitro dici poſſunt. Calidum ſi quidem & ſiccum in fine ſecundi ordinis, uel in principio tertii ſtatuitur. Ideoq; ſi nitrũ in corpus ſumatur dicit Galenus.9.Simp.ſecat,& extenuat craſſos, lentosq; ſuccos potentius multo, quam ſal,& non modo poros carnium, & oſcula meatuum detergit, ab orificiis eorum uiſcidos humores abſtergendo; ſed etiam acrimonia ſua ad concauitates uſq; uaſorum penetrando materias tunicis eorum intus adhærentes deradit, & foras extrahit; & ita meatus uiſcerum obſtructos infarctu liberat & expurgat, lentisq; ac pituitoſis thoracis pulmonisq; humoribus, aut puri,& incidendis & extenuandis, & educendis aptiora inuenire alia remedia nequeas, ut docet Galenus.5.Simpl.12. Idcirco ne dum inter multum detergentia ponitur a Galeno.8.meth.4.ſed adeo uehementiſſimum eſſe, ut nullum in arte medica violentius eſſe ad extrahendum dicat 3.affect.4. Præter illa autem, quæ præſtat ſal, hoc habet inſuper Nitrum, quod curat febres circuitu reuertentes, ſi ante acceſſionem illiniatur: capitis animalia,& lendes necat, furfures expurgat, capillos attenuat. Auribus purulentis infunditur; earumq; ſonitus; & ſibilos diſcutit, ſpontaneas lacrimas ſiccat, neruorum debilitati & uitiis omnibus prodeſt, præcipueq; opiſthotono medetur. paralyſim linguæ curat. ſtrumas minuit. pectori deſtillationibus infeſtato ſuccurrit. aluum turbat, uermes interficit, canis morſibus, Taurino ſanguini, cantaridibus reſiſtit. Idcirco nitroſæ aquæ urinas cient, renes purgant, & ab arenulis roborando uendicant. Veſicæ quoq; calculos minuunt. Nutritioni deſeruentia membra omnia excrementis purgant, ideoq; ſubtumidum corporis habitum ex pituita corrigunt. Sed præ ceteris earum dotibus uterum mirifice deobſtruunt,& proli fæcundum reddunt. Eapropter cum Nili aqua ſit nitroſa, ut dicit Theophraſtus, cognoſcitur quod ex eius aqua eo pacto in nitrariis AEgyptiis nitrum conficiunt, quo alibi ex marina in ſalinis conficitur Sal. Nil mirum ſi Seneca ſcripſit Nili aquam adeo fertiliſſimam eſſe, ut quarundam uuluas longa ſterilitate præcluſas ad conceptum aperuerit. Pliniuſq; fæminas

adeo fæcundas eius potu fieri,ut uno utero quaterni,quini,ſeni, ſepteniq; ſimul generentur. cuius cauſa Polybius ſcribit Philadelphum ſecundum AEgypti Regem, cum filiam ſuam Berenicem Antiocho Aſsyriæ Regi nuptui tradidiſſet,magnis impenſis curaſſe,ut Nili aqua ad eam pro potu afferretur.

CHALCANTHVM

CHAlcanthum, quaſi flos æris dicatur, inter foſſilia & metallica fere medium exiſtit,& ſeminarium ſobolesq; illorum eſt, cum abſq; ipſo æs non reperiatur, & non niſi ære uel ferro addito coaguletur in formam uitri, unde poſteris nomen uitriolum. Adſtringere ſæpiſſime illud dixit Galenus,multum autem adſtringere.6.per genera.2.fortiter 4.per genera 2.uehementer 6.per locos 3.uehementiſſime.9.Simpl.maxime inter omnia 4.per locos.4.& ſummum eſſe adſtringens.3.Simpl.16.idcirco facultatem repulſiuam habet fortem 3.per locos 2.& inter metallica maxime ſiccat. 4.per genera 2.ſimulq; etiam acre eſt.4. per locos 4. ea propter facultatem diſcutiendi fortem poſſidet.3. per loc.2.mordicatq; 1.Simpl.7.quia eius qualitas acuta, ſubtilis, & penetrans inducit in carnem extimam leuem quandam ſolutionem continui, multiplicem quidem numero & ſparſim, paruæ tamen quantitatis & propinqui ſitus, cuius cauſa dolor percipitur in ſuperficie. Idcirco cum tam contrariis qualitatibus conſtet, dixit Plinius,Nullius æque miram naturam eſſe,& Gal.9. Simp.ait Ceterum mirari ſubit de hoc medicamento, quo pacto uehementiſſimæ adſtrictioni admiſta eſt caliditas nō inſtrenua.Conſtat ergo quod omnium maxime cōdire ſeruareque carnes humidas poteſt, nimirum caliditate humiditatem abſumens,atq; aſtrictione ſubſtantiam contrahens,atq; conſtipans.hoc.n. opere non nihil etiam humiditatis ipſius exprimit. Cōſtringit uero,deſiccat,atq; cōtrahit in ſeſe totius, ſubſtātiam

carnis. Verum cum hæc metallica craſſiorum ſint partium, in altum vſq; corporis probe extendi non poſſunt, vt dicit Galenus 2. per genera 2. quod ſi attenuentur, ad intima vſq; penetrant; prætereaq; aliud accedit optimi, quod nuſquam inter eundum retinentur. eiuſq; rei gratia, etiam ſi calidioris naturæ ſint ſine morſu munere ſuo funguntur. Quod euenit potiſſimũ chalcantho in Thermis exiſtenti, quia ad minima atteritur à natura ipſa in eius miſtione cum aquis, & ſicuti manifeſtum eſt, quod lotum non modo multo moderatius redditur ex Gal. 4 per locos 4. ſed etiam leue prorſus fit 2. per genera 2. & mordacitatis expers 4 per genera 5. Ita hoc, quod Thermis permiſtum eſt maxime moderatum in omnibus qualitatibus acrioribus eſt effectum. Et quamuis dicat Galenus 6. per locos & 13. Meth. 20. Chalcanthum deuoratum noxium eſſe ventriculo, dixit etiam de aloe 3. ſimpl. 15. ſtomacho ingratã eſſe, qđ 6. Sim: cap. de abrotano vniuerſaliter amara & ſalſa ſtomacho inimica eſſe dixit, cum tamen cap. proprio de aloe dicat gratum ſtomacho medicamentum eſſe ut ſi quid aliud; & lib. de ſucc. bonit. cap. 8. dicit lactucam cichoriumq; ſucci ſumme omnino mali eſſe, cum tamen maximè ſint vſui in medicina. & 8. per locos 8. cichorium maximis decãtet laudibus, & optimum pharmacum ipſum appellet. Quam rem ipſe declarauit 5. in 6. 14. inquiens: Soli namq; extra naturalem ſtatum cõſtituti amaris acerbis acidiſq; cibis delectantur; naturaliter autem ſe habentes, & ab excrementis vacui, pinguibus & dulcibus, & nulla vehementi qualitate præditis cum voluptate veſcuntur. Aliud. n. eſt cibus optimus, aliud medicamentum optimum. Quod ſi 8. per loc. 3. dicat Galenus chalcanthũ contrariæ penitus homini naturæ eſſe, putrefactiuum tamen non eſt, neq; venenum, aut letale: ſed ſolum corrodens ſi craſſum ſit, diutius immoretur, & copia ſit multa; ſed iam diximus in Thermis eſſe attenuatũ, citoq; pertranſire, eiuſq; copia in aquis iſtis adeo eſt exigua, vt hæc agere non poſſit. Nam & 3. temper. 4. dicit Gal. quippe centeſima vnius ſcintillæ pars eſt quidem omnino genere ignis, cæterum

adeo nõ vrat excalfaciatue, vt corpori incidens ne ſenſum quidẽ vllum ſui excitet. & 3. Simpl. 23. ait Quod ſi prorſum exile ſit deleterium, nihil repugnat quo minus illud quoq; nihil perficiat. Opus eſt enim ut quicquid agat, etiam ſi ſit valentiſſimũ, aliquantam tamen & magnitudinem habeat: quando nimirum & ignis ipſe, ſi prorſum minimus ſit, præterquam quod non vret, calfaciet quidem. Quippe cũ & certiſſima ſcintillæ particula ſenſu nobis ſit imperceptibilis. Ita de chalcantho dicendum eſt, quod tametſi mordicare poſſit, cum tamen Dioſcorides ad drachmam unam illius propinet in potu: & in decem libris harum aquarum ne cẽteſima quidem pars vnius drachmæ inſit, quid aliud præſtare poterit, quam quod dicit ibidem Galenus, quod ex deleterii etiam admixtione maxima percipi ſolet vtilitas? Nam cantarides vrinam cientibus medicinis miſcentur, ſicut pleraq; alia letalia alexipharmacis, hoc eſt amuletis: Nam vbi paucum ex illis multis miſcetur bonis atq; vtilibus, illa quidem uelut manu ducunt, rodere tamen nequeunt. Quod de Chalcantho ſingillatim facit Galenus 6. per locos vbi ait; Si verò atramentum ſutorium admiſtum ſit, non valde deglutire oportet confectum pharmacum, præterquam ſi iuxta ſtomachum, aut aluum vlceroſam affectionem fieri ſuſpicemur. Quin & ſi in ipſo ore maligna vlcera fiant. præſtant ex atramento ſutorio medicamenta. ſufficit autem drachma ad prædictam compoſitionem admiſta, in qua vnam mellis libram coniici eſt relatum, ſed & plus quandoq; recte iniicitur ad vlcera putrefacta. Relatumq; nuper mihi eſt, Hiſpanos Medicos nunc, cum in febribus propinant aquam frigidam, tres vel quattuor guttas olei vitrioli prius illi immiſcere ad maiorem penetrationẽ, quod maxime cum ſelici ſucceſſu illis contingit, quia per vrinam & aluum egregie purgat. Vehementius ſi quidem penetrant & abſtergunt aquæ chalcanthoſæ, potentiuſq; omnia agunt, quam nitroſæ, aut aluminoſæ & Gal. febrientibus cum aqua propinat medicamenta calidiora 8. per locos 8. 9. & 9. eiuſdem 2.4. Calidum & ſiccum in tertio ſtatuitur Chalcanthum, digerit,

extenuat, ſimulq; conſtipat, exiccat,contrahit,& a putrefactione ſeruat. Quare purgat caput naribus inſtillatum, alopeciam, ſiue tineam,ophiaſimq; ſanat;ad furfurationem adeo efficax eſt inquit Archigenes ex Gal. primo per locos 6.vt neq; ſinat in poſterum fieri.aurium vlceribus, ſaniei, & grauitati, doloribusq; confert, oculorum caligini,dolori,ſcabritiei,palbebrarumq; duritiei, & aſperitati medetur.epiphoras ſuſpendit, dentes motos firmat; eorum corroſionem prohibet, ranunculum ſub lingua minuit, oris vlcera omnia etiam putrida, & maligna ſanat.ſtomachum purgat,obſtructiones omnes viſcerũ aperit, latos vermes drachmæ pondere epotum educit, dolores ſedat, obeſos extenuat. Vrinarios meatus ab omni viſcoſitate expurgat, arenulas pellit, lapides conterit, ſciaticam illitum, & in clyſteribus impoſitum curat, fiſtulis, vlceribus ſerpentibus, chironiis, chaceticis, mali moris, fluidis, herpetiq; heſtiomeno conuenit; carnem laxam, frigidam, tumentem, & ſupercreſcentem abſumit:vulnera purgat,cicatriceſq; ſtringit,œdemata diſcutit. fracta oſſa extrahit, ſanguinem ne dum a naribus,aut ab hæmorrhoidibus fluentem ſiſtit,ſed in vlcerũ æmorrhoſagiis ſi imponatur,nõ adſtrictione ſolum, ſed cauſtica quoq; vi compeſcit. Lepram, elephantiaſim, craſſamq; ſcabiem radicitus corrodit. fungorum maleficorum eſui reſiſtit. Tantaq; eius adſtrictio in omnibus eſt, vt eorum, qui cum beſtiis dimicabant, inuentum fuerit,illo ora etiam leonum aſpergere, vt non queant mordere.

FERRVM.

FErrum ex materia pingui,ſed valde terreſtri fuit prius cõſlatum,vi caloris non ſolum diſponentis materiam illam,vt voluit Aphrodiſiẽſis,ſed potius vere informãtis,vt tenet Ariſtoteles, quinimo & ſuperaſſantis & adurentis:eius tũ magna durities non eſt facta a calore incraſſante,aut coagulante,ſed vt dicit

Galenus

Galenus. 5. Simpl. 5. a ſuperueniente frigiditate vehementiſſima congelante, ſicuti fiunt & alia metalla. Idcirco a calore nō ſolum emolliri poteſt ferrum, vt dicit Aueroes, ſed etiam liqueſcere, vt dicit Ariſtoteles 4. Meteoron 39. & quamuis in fine lib. tertii Meteor. dicat ferrum eſſe quidem ductile, ſed nō fuſile: & 4. meteor 42. non poſſe liquari, quod Buccaferri vult eſſe dictum ſolum pro exemplo, cum experientia conſtet eſſe falſum, illud tamen declaratur ab Ariſtotele co. 39. ferrum .ſ. non ſolui, niſi adhibeatur calor, qui admodum excedat. Sicuti namq; congelatum fuit a vehementi frigiditate exprimente ferè omnem eius humiditatem, ita etiam non niſi vehementiſſima ſuperueniente caliditate, quæ fundere poſſit humiditatem illam modicam derelictam, liquari non poteſt, ſed ſolum emollitur. Nam quæ a leui caliditate liquefiunt, ſignum eſt, quod et coagulata fuerunt a leui frigiditate, quæ multum eius humidi non potuit exprimere, vt de plumbo dicit Galenus 9. Simpl. Quod plurimum habet eſſentiæ humidæ a frigore coactæ, indicium tibi eſto, quod vbi admotum eſt igni, celeriter fundatur fluatq;, vt facit etiam glacies. Quapropter quãto duriora ſunt & difficilius liquantur metalla, tanto etiam ſicciora & frigidiora ſunt, veluti eſt ferrum ſubſtantia conſtans & ſtabile, dicit Gal. 9. Meth. 17. propter ſiccitatem & frigus. Non poſſum autem non mirari incuriam multorum, qui ut probent ferrum eſſe calidum, adducunt Galeni authoritatem 9. Simpl. dicentem. Quemadmodum itaque in terræ differentiis plurima ineſt eſſentia terræ elementaris, paulum vero aeris ita in metallicis (nō in metallis vt dicit Fallopius) multū immiſtū eſt igneæ ſubſtãtiæ. Cum ibi Gal. de metallis nō tractet ſimpliciter, ſed de metallicis medicamentis, vt ipſe inſcribit. Metallica autem medicamenta dicit ibi Gal. appellare medicis mos eſt, quorum generatio in metallis eſt, ſiue ſpontanea, ſiue per fornacem facta, ut ſunt multa a Galeno ibi numerata, & cap. de terra prædictū fuit, ut cadmia. ꝙ ſi plumbū inſerit, ait tū plumbū facultatis eſt refrigeratoriæ, contrariū illius, quod dixerat igneæ

ſubſtantiæ

ſubſtantiæ. Ferrum igitur tametſi partes aliquas calidas ex ſuperaduſtione derelictas habeat, & humidas, quarum cauſa etiã liqueſcit, à prædominio tamen frigidum eſt in ſecundo ordine, & ſiccum ad tertium, Quare antiquam aurium ſaniem abſumit, oculorum vngulas aufert, gingiuas ſtringit, cœliacis, ſpleneticis, hepaticis, hydropicis, colicis, dyſentericis, vrinæ fluxibus, ani egreſſioni, hæmorrhoidibus fluentibus, vteri fluoribus candens ferrum aquis immerſum conducit, membraq; omnia nutrimenti imbecilla confirmat. Venenis Aconiti reſiſtit, à cane rabido morſi vſta plaga ferro candenti liberantur. Vlceribus omnibus confert, & quod in fabulam abiit, Telephum vulneratum ferri rubigine ſanauit Achilles, ita certe depingitur (ait Plinius) eam decutiens gladio. Aquæ autem ferreæ nõ ſolum vſui quotidiano conueniunt, quia viſcera omnia firmant, robur ad propria ſingulorum munia addendo. Sed ẽt ſubtiles & fluidos cerebri catarrhos ſiſtunt. Neruorum humiditatibus, paralyticis, tremulis, conuulſis, ſtupidiſq; conferunt. Neruos artuſq; omnes ad motum firmant & roborant, ſtrumas diſſipant, ſputo ſanguinis, & quacumq; effluat, conueniunt, ſtomacho diſſoluto ſuccurrunt, appetentiam deperditam reſtituunt, digeſtionem adiuuant, ſitim inexhauſtam ſedant; debilitatem, humiditatem, dolorem, inflationeſq; tollunt. Vomitum, relaxationẽ, lienteriam, dyſenteriam, fluxumq; omnem tam diarrhœum, quam hepaticum, aut cholericum emendant, hydropem incipientem ſiſtunt, confirmatum minuunt. colicam, inteſtinorumq; tormina curant. lienis apoſtemata, tumores, durities, vitiaq; omnia auferunt non tantum in balneo, vt male in hoc interpretatur Auicẽnam Bendinellus, ſed etiam in potu, malum corporis habitum emendant, extenuatos reficiunt. Hepatis, renum, viſcerumq; omnium intemperantiis omnibus, tam calidis, quam frigidis conueniunt. per aluum, & per vrinam phlegma viſcoſum purgant. vrinæ deſtillationem inſenſibilem, fluxum diabetis, gonorrhœas, nocturnaſq; pollutiones corrigunt. Veſicæ vlcera ſanant. Matricis relaxationi, fluxuiq;

menſtruorum

menſtruorum antiquo reſiſtunt. aborſus recidiuos prohibent: vteri varios fluores omnes inhibent, & ob eam culpam iamdiu ſteriles mulieres fœcundant. Lepram, pruritum, ſcabiem, ceteraque id genus hepatis ſeroſa craſſaue excrementa ad cutim tranſmiſſa exterminant. Articulorum omnium uitia, chiragrã, podagram, lumborum, coxendiciſq; dolores mitigant. Iuncturarum tumefactiones reſoluunt. Vlcera, antiqua, fluida, ſordidaque repurgant, & glutinant. oſſium fracturas ſolidant. Luxationes, ac dearticulationes repoſitas firmant.

ARGENTVM.

ARgentum uiuum eſſe materiam omnium metallorum, ſulfur uero formam omnes philoſophi uidentur cõprobare, quod in plumbario lapide maxime cognoſcitur, ex quo manifeſte liquidum aliquando ſulfur exudat, & argentum uiuum deſtillat. Et ſicuti in animalium generatione vincente matris ſemine fœmina generatur: ſuperante autem patris ſemine fit maſculus; cetera alia monſtri naturam ſapiunt: ita in metallorum generatione ſulfure ſuperante fit aurum, argento uiuo argentũ; cetera alia monſtruoſa fere exiſtunt. Argenti autem uiui ſubſtantia ex duabus maxime contrariis partibus conſtat aqueis. S. frigidiſſimis & igneis calidiſſimis, utriſque calori humano, qui temperatus eſt, contrariiſſimis. Et ſicuti ignis in metallis liquefactis exiſtens ea fluere facit, ita hic calor congelationem argẽti uiui prohibet, & illud per omnia maxime penetrare facit. ſenſu autem neutrum percipitur, quia qualitates iſtæ; ut & omnium medicamentorum, potentia, non actu exiſtunt. Quod ſi argentum uiuum in uiſceribus terræ cum ſiccitate ſulfuris diutius commiſceatur, remittuntur qualitates illæ extremæ, ſuperuenienteque poſtea frigiditate, congelatur, & fit argentum; colore quidem ſimile argento uiuo, quia ex eius materia genitum eſt, non tamen ita calidum, nec alte penetrãs, quia frigiditas extrinſeca, argentum congelans feruorem illum extinxit: nec ita

frigidum, ob longiorem eius concoctionem cruditates auferentem. Non negarem tamen in omnibus metallis argenti viui certam portionem remanere, vt metallorum periti aſſerunt, maximeq; in plumbo, cuius cauſa dum in fornacum catinis argentũ ſeparatur a plumbo, generatur lithargyrus primo albus, deinde longiori aduſtione fit croceus, qui a calore appellatur argenti, vel auri: non quia ab argento, aut ab auro fiat, vt male ſcribit Plinius, & Dioſcorides: neq; ab ære, vt credidit Mathiolus, neq; a Galena, vt cum Agricola Fuchſius, ſed a ſolo plumbo magis vel minus aduſto, vt norunt quicumq; rei metallicæ incumbunt: tametſi hoc nomine ab omnibus appelletur ſpuma argenti. Quo nomine non decipiantur Medici, quod videant Galenum 4. Simpl. 19. dicere argenti ſpumam, non aliter quam faciat lapis, ferrumq, ignitum, ventrem tum exulcerare, tum exurere. Quam autoritatem neſciens Fallopius, vt ipſe dicit, emplaſtrare, tamquam optimus chirurgus, vt corruptum locum curaret, deradere volebat, tamquam a librariis additam; non animaduertens, quod idem met Galenus cum aconito eam connumerat 6. in ſextum quinto; deleteriamq; & pernicioſam eſſe dicit, & ſecundo antidot. 7. ad eam hauſtam remedia præſcribit. Idcirco tamẽ non credant Argentũ quoq; ea infectum eſſe qualitate, Cum iam dictum ſit ab argento quidem lithargyrum, quaſi ſit eius lapis, denominationem habere (ſicuti & hydrargyros argentum viuum dicitur, quod argento colore ſit ſimile, & ut aqua fluat, & igne exiliat, non quod eiuſdem ſit facultatis) ſed re vera excrementum potius plumbi eſſe, & neq; naturale, ſed in fornacibus factum, de quo tamen 9. Simpl. dicit Galenus periculum non feciſſe, an deuoratum interimat, & quamuis 4. Simpl. 19. dixerit, id genus omnia poteſtate calida eſſe, primo tamen per genera 5. & 2. dixit ſpumam argenti eſſe mediam inter calidum & frigidum, & 6. per genera 8. medii eſſe temperamenti: quod maxime confirmauit 9. Simpl. Quinimo. 5. per genera ſecundo dixit refrigerare. Quæ authoritates ita conciliari poſſent. Refrigerare quidẽ

argenti ſpumam ſi de foris applicetur, poſtq; fuerit lota; ut ipſe docet r. per genera 10. quia omnẽ mordacitatẽ in aqua exiuit: vt etiam dicit de cinere 8. Simpl. & de calce 9. ſed ſi non lauetur, de foris apparebit temperata, quia partes adustæ craſſæ nõ poſſunt reduci ad actum à tam debili calore (craſſiorum .n. partiũ metallica omnia exiſtere dicit Gal. 3. p genera 3.) per os vero ſi ſumatur, tẽporis ſpatio per eam, quæ eſt in animante mutationẽ, ad actum deducuntur, & accenduntur partes illæ, quæ in fornacibus aduſtæ, & incraſſatæ altius ſeruãt empireuma illud, quod in combuſtis omnibus ab igne derelinqui dicit Gal. 9. Simpl. in principio & ita exulcerant, & adurunt, cum ;s. per corpus diſtribui præ grauitatẽ haud poſſint, vt docet Gal. 4 Simpl. 19. Cæterum nullum horum in argento reperitur, quare neq; talia de ipſo ſuſpicari licet: Cum natura ſua potius frigidum ſit & ſiccum, conferatq; oris fœtori putredinem halitus auferendo, vt diei ſerenitas putridos aeris vapores abſumit, Idcircoq; etiam remedio eſt cordis palpitationi, quæ fit uel ob ſpiritum craſſum & nebuloſum, vel ob venenoſos vapores cor ipſum & virtutem vitalem lædentes, quod maximum inditium eſt, argentum humanæ naturæ eſſe amicum, & vt vulgo dicitur, Medicamentum cordiale.

A V R V M.

AVrum iure merito apud omnes gentes, nuperrimeq; ẽt repertas, & antiquiſſimis quoq; tẽporibus, tam a ſapientibus, q; a vulgaribus maximo ſemper in pretio fuit: non ſolum quia (dicũt ſecretiores Hebræorũ Theologi) aurũ a Sole producitur, Sol a Raphaele gubernatur, Raphael a Tiferet influitur, quæ eſt totius Archetypi pulchritudo, pulchritudo autẽ amorẽ inducit, indeq; in omnibus oritur deſiderium: Sed etiam quia videmus oẽs in auro qualitates ineſſe ferè cœleſtes, perpetuo idẽ pſiſtere, vſu nõ deteri, tpe nõ minui, igne nõ cõſumi, rubigine nõ fœdari;

tenuitas tanta, quod ſi etiam haberet innatam perſpicuitatem peruiam, dicit Ficinus, iam cæli ſubſtantia eſſet. Quæ omnia arguunt non modo perfectiſſimam temperaturam, quæ cauſis omnibus corruptionem molientibus reſiſtit (quod enim Galenus 9. Meth. ultimo aurum frigidum & ſiccum eſſe dicit, non de temperamento ait, quia ſequitur vt omnia, quæ ex terra ſunt, quorum multa ſunt calidiſſima) ſed etiam exactiſſimam elemẽtorum omnium in illo miſtionem. Nam eius aqua a calore non euaporatur, ob id decidua materia non diminuitur: Terra non putreſcit, ob id nec contactu fœdat, nec æruginem patitur: Ignis non extinguitur, ob id bene ſemper olet, & ſplendorem non amittit. Aer non reſoluitur, ob id molle adeo, & tenuiſſimũ eſt, quod ſuper omnia netur, & texitur lanæ modo, & ſine lana; dicit Plinius, nihilq; laxius dilatatur, aut numeroſius diuiditur. Argenti ſi quidem uncia a granis ſex auri tantummodo circũtecta in filum trium millium & ducẽtorum pedum producitur. Quod ſi malleo extendatur, auri uncia octo argenti pondo contegit, quod plusquam decem terræ iugera (mirabile dictu) occupat: Quare incredibili fere argenti tenuitate aurum centuplo etiam tenuius exiſtit. Ad quod etiam denſitas & grauitas inſequuntur; quarum ratione Architas fraudem adinuenit in Corona Dionyſii aurea Apollini dicata, cui argentum operarii admiſcuerant. Quapropter cum longitudinis vitæ ſit cauſa calor innatus multus ſed temperatus, & humidum radicale ſolidum & copioſum; Nulla ratione melius vitæ noſtræ conſuli poteſt, quam auri qualitatibus, (quod propter inuidiam ſapientes occultarunt; dicit Arnaldus) Nam tenuitate ſubſtantiæ ſolidas fibrarum partes altius penetrare poteſt, & per omnes expandi: ſynceritate temperamenti calorem innatum excitare & manutenere: denſitate & tenacitate propria humidum radicale ſolidius ac fortius reddere, ne cito abſumatur. Prætereaque calore ſuo fere cæleſti uirtutes omnes tam naturales, quã animales, & uitales corroborat: principia earum iecur, cerebrum, maximeque cor uitæ fundamentum ſoliditate ſua imprimit, impaſſi-

bilitate

bilitate conſeruat, & temperamento contemperat. facultates quoque omnes reficit, inſtrumenta illis deſeruientia reſtaurat. ſanguinis ſuperfluitates diſſoluit, & grauitate ſua deſcēdere facit, ſubſtantiam autem eius ſuo fulgore illuſtrat: & cum a Sole nitorem, a Ioue uero temperamentum habeat, Solares ac Iouiales generat ſpiritus, quos ſanguini admiſtos per corpus mouendo, habitum carnis renouat, floridum colorem inducit, ob id eius uſu homines reiuueneſcere dicuntur. Quæ omnia ut melius præſtare poſſet, Ioannes de Toledo, & Hugo Cardinales Aurum facere potabile docuerunt: noſtriſq; temporibus Magni Hetruriæ Duces Alexipharmaca, precioſiſſimaſque deſtillationes auri effecerunt, quæ non modo ad vitam quam maxime producendam faciunt, ſed etiam uenenis profligandis, omnibuſque fere morbis curandis deſeruiunt. Scio equidem Braſauolum, Fallopium, Taurinenſem, Baccium, multoſque alios ſcriptores hæc omnia impoſturas appellare, hoc nixos argumento: Quod cum aurum ſubſtantia tam ſit tenax, ut ab igne quidem liquefieri & diſſolui, non tamen reſolui & conſumi queat, proindeque nec decoqui poſſit ut dicit Ariſtoteles quarto Meteor: 25. & 26. quia eius humiditas elixatione extrahi nō poteſt: ergo nec calore aqueo elixari, nec igneo deſtillari, ac multo minus calore naturali viuentis minore quam ſit ignis concoqui poterit: nec ſi concoqueretur, quippiam eius ſubſtantiæ decideretur: Quinimo ſi decideretur (ait Taurinenſis & Braſauolus) pernicioſum eſſet non cordiale, cum ſulfure & argento viuo aurum conſtet, quorum utrunque hauſtum ueneni naturam refert. sed (vt ab hoc vltimo ordiar) ſulfur innoxie per os aſſumi iam diximus. Argentum autem uiuum & præcipitatum etiam Braſauolus & Fallopius met ſe multis exhibuiſſe ſcribunt. ceterum nimis logicale eſt & a remotis petitum argumentum Taurinenſis & Braſauoli, quo etiam dicēdum eſſet opium adurere; quia ex quattuor elemētis conſtat, inter quæ eſt ignis adurens. Ad primum igitur reſponderi poteſt, uere cōpoſita omnia conſumi, ſed quæ diutius perdurant, ut aurum & gemmæ,

dicuntur non conſumi,experientia ſi quidem conſtat crumenâ illæſa aureos nummos fulmine cōſumptos eſſe,Pliniuſq; ſcribit ſi auro liqueſcenti gallinarum membra miſceantur,conſumi, & Aueroes 5.colliget 24.aſſerit ſi aurū eluiſtrutionibus detur ab eorum calore conſumi,non quia eorum calor igne potentior ſit, ſed hoc euenit a tota ſubſtātia,proprietate occulta, ſimilitudine naturæ,ſymboleitate,& ſympathia rerū. ſicuti etiam dicit Simplicius aurum trahi ab oſſe piſcis Milui,vt a magnete ferrum, & ad aurum mouetur argentum viuum,quod ſi tangat, frangitur ſubito aurum in fruſtula,ſicut & ſtannum;propter contrarietatē eorum(contra Taurinenſem & Braſauolum)qua dicunt Aurum eſſe Regem metallorum,argentum vero viuum,Tyrannū eorū. Sed demus etiam auri ſubſtantiam a calore noſtro nec diminui, nec etiam tranſmutari;negandum ne eſt ea propter aurū in corpus noſtrum non agere? cum omnium medicamentorum hoc propium ſit,nō tranſmutari vt 3.tēper.docet Gal.? Prætereaq; non ne ſæpiſſime dicit Gal.omneſq; alii tam Medici q̄; Philoſophi,multa in nos agere non qualitatibus manifeſtis, ſed a tota ſubſtantia, & hoc ne dum per os aſſumpta,ſed etiam de foris ſolum appoſita? Iaſpis virens reuera dicit Galenus 9.Simpl. ſtomachum adeſu ventriſq;os iuuat, quod alii etiam de corallo dicunt. ophites ſuſpenſus morſos a vipera ſanat. Hieracitiſq; & Indicus profluentem ſiſtunt ſanguinem; qui etiam nunc ab Indiis occidentalibus defertur; alterq; viridis; qui brachio alligatus calculos renum mirifice educit, Radix pæoniæ ex collo pueris ſuſpenſa comitialem morbum curat 6.Simpl. Lupinum ſtercus uel ſuſpenſum euidenter collicoſ iuuat 10. Simpl. Linum, quod viperam ſtrangulauerit collo obuinctum expullulantibus colli morbis omnibus confert 6.Simpl:cap. de pæonia. Concoquuntur ne hæc a calore naturali, aut quomodo agunt? Rationabile eſt,dicit ibi Gal., aut partes quaſpiam a radice defluentes, ac proinde per inſpirationem attractas affectos ita locos curare, aut aerem a radice aſſidue mutari & alterari. de lapidibus autem, & de lino an idem? cur hic lapis tacto uulnere

nere, vnde ſanguis prorumpit, curſum eius reprimat ac ſiſtat, haud nouimus dicit Gal. 9. Simpl. ſed quid de intus aſſumptis 1. de ſemine 16. ſicut minima portio veneni per totum corpus diffunditur, ipſum inficiens, ita & alexipharmaca faciunt: non quod ſubſtantia ipſorum per totum penetret corpus, ſed qualitatis diffuſione, qualis & extra nos a Solis fulgore in ambientē aerem, & in nobis tum a corde in arterias, tum à cerebro in neruos fieri conſpicitur. Hæc ſunt Gal. verba, non mea. Sed quis neſcit nec a cerebro ſubſtantiam decidi, & per neuos diffundi, ſed eius ſpiritus ſolum hoc efficere, nec a ſole aliquid aliud niſi lumen egredi, quod elementorum legibus non ſubiicitur, ſed in inſtanti totum hemiſphærium illuſtrat? & ſolo ipſo attactu dum ferit ſummos fines aquæ vel aeris, repente eorum tota ſubſtantia & illuminetur, & alteratur, dicit Galenus 6. de decretis 7. & 4. in 6. 10. Sicut etiam oculorum viſio ad cœlum vſque ſubito mouetur; & animalia quædam odorem cibi ſentiunt longiſſime, dicit Ariſtoteles ſecundo de anima 97. quia tametſi prope per halitum fiat odoratus, vt vult Galenus quarto Simpl. 21. poſtea tamen medium ſpiritualiter immutatur, dicit Aueroes. Vti etiam magnes abſque ſui conſumptione ferrum trahit, & imagines in ſpeculis a rebus omnibus imprimuntur, abſque rerum illarum effluxione alia niſi ſpirituali, Hac igitur ratione dicendum eſt etiam Aurum abſque ſui conſumptione in nos agere poſſe, non materiali illa quidem & tarda actione, ſed ſpirituali & promptiſſima: promptiſſimus ſi quidem ad alterandum ſpiritus eſt, dicit Galenus, de inæq. intemp. 9. vt pote ex tenuiſſimis conſtans partibus. Quod ab Auicenna quoq, declaratum fuit ſecundo de med. cord. exemplo ſuccini, quod cum debiliter trahit paleas, ſi confricetur & incaleſcat, illas velociter rapit, ita, dicit, Hyacinthus vt agat, neceſſarium non eſt quod alteretur in ſubſtātia, nec in accidentibus formæ, nec quod paſſum contagat: ſed ſolo calore virtus egreditur, illuminatione & tēperamēto lætificās & corroborans cor. 9 nō ſolū de Margaritis &

corallis, ſed de omnibus gemmis pretioſis dicendum eſt, quarum maximus eſt uſus in re medica apud omnes medicos; & nullus eſt qui dicat eas eſſe explodendas, & uti impoſturas reiciendas. Ita & nos dicamus de auro, quod propter optimum caloris ſui temperamentum fereq; cæleſte, humanæ naturæ ſimile temperatas corporis noſtri partes omnes cõſeruat, intemperies autem earum omnes ad mediocritatem reducit; & a proprietate ſua dicit Auicēna,.i.a forma ſpecifica exhilarat & confortat cor, eiuſque dolores & palpitationes tollit: humorem melancholicum, triſtitiam, ſolitudinis deſiderium, ſpontaneumque mærorem magnifice adiuuat: etiamnum obuiando uenenis. proindeque dicit Plinius Infantibus applicatur, ut minus noceant, quæ inferantur ueneficia. Et ſicuti non intumeſcit uulnus ab auro factum, & Albucaſis dicit cauterium ſuper commiſſura coronali ab auro candenti excitatum ad capitis morbos frigidos & humidos, dolores, deſtillationeſque magis proficere, partes aduſtas bullare non permittere dicit Serapio, citiuſque & tutius ſanari, quam cum ferro peractum. ita quoque non modo vulnera recentia ad cicatricem cito perducit, ſed etiam fiſtulas, putria ulcera, & tetri odoris emēdat, lichenes in facie ſanat, uerrucas curat, oculis medetur: hebetes ſenſus, uiſum præſertim uegetat, & ſi in ore detineatur, halitus fætorem remouet. Et ſi a Nicandro aqua, a Dioſcoride uero, Paulo, Aetio, & Auicēna vinum extinctionis auri contra Aconitum laudatur, quod ad optime diſponendum cor multis vſui quotidiano eſſe ſolet: & ſi quinquaginta vicibus in eo extinguatur, illud aurum potabile eſſe a nonnullis creditur. Quod ad balneum Mariæ poſtea ſæpius deſtillatum, quinta eſſentia uitæ appellatur, & non modo leproſis confert, Epilepticos & inſenſatos ſanat, cerebrum, neruos, ſenſoriaque omnia acuit, pulmones, præcordia, viſceraque cuncta corroborat; Sed etiam medicamentis cuiuſcunque generis additum robur eorum adauget. Multo magis nos dicere poſſumus de aquis noſtris, in quibus non modo qualitas auri inuſta eſt, ut dum candens extinguitur, ſed etiam forma auri

potuit

potuit imprimi, tum cum uapores, qui futuri erant aqua, pertranſibant per aurum adhuc liquidum, antequam coagularetur, tum cum vapores illi a frigiditate mineræ auri iam congelati in aquam cōdenſabantur, tum etiam cum diutius aqua commiſſa cum auro commorata eſt, & per illud defluxit. Prætereaque longo defluxu aquarum iſtarum per aurum terræ immiſſum abluunt quaſi ſcobem ſubſtantiæ illius, quæ tamē propter tenuitatem non cernitur in aquis: ſed & Ariſtoteles primo Meteor. cap. 13. dicit aurum propter exilitatem ramentorum in aqua ſepenumero fluitat. (quod neſciunt concedere Fallopius, & Baccius) & nos iam diximus ex primis fæcibus in deſtillatione harum aquarum derelictis aurum puriſſimum fuiſſe collectum, quod profecto per aquæ ſubſtantiam ita innatabat, ut per aerem atomi ſolent. & ſi, antequam reſideat, aſſumantur, & bibantur hæ aquæ, ſimul etiam cum aqua aurum potatur, & hoc aurum potabile eſſe negare vnquam nemo poterit; & non artificiale eſt, ut ex bracteis auri laudat Ficinus; ſed a natura concoctum, & commiſſum aquis iſtis, tamquam cæleſtis character in illis impreſſus. cuius cauſa præſtare has aquas ea omnia credendum eſt, quæ de thermis fabariis & multa & egregia Theophraſtus Paracelſus, & Conradus Geſnerus retulerunt.

TEMPERAMENTVM.

CVM qualitates ſingulorum omnium ſimplicium, quæ in Fontibus Returbii continentur expoſuerimus, venit nunc nobis pertractandum de totius miſti temperatura & facultate, quæ ex omnium ſimul compoſitione reſultat. Qua in re cauendum primo eſt, ne opinio Sauonarolæ, multorumque aliorum illum inſequentium nos in errorem ſecum trahat. Nam cum de gradu temperamenti thermarum cognoſcendo docent, ex gradu mineralium ſimpliciter illud ſtatuunt. Quare cum ſulfur, bitumen, & nitrum in tertio gradu ſint calida & ſicca, thermas ſulfureas bituminoſas & nitroſas in tertio gradu pariter

calidas & ſiccas pronuntiant. Quod duplici ratione concedendum non eſt. Primo quod ex pluribus ſimplicibus compoſita medicamenta non ex unius ſolum aut aliquorum etiam ſimplicium qualitate, ſed ex collatione omnium ſimul ſunt iudicanda. ſi namque nitrum cum lactucæ ſucco admiſcueris, compoſitum illud ex ſolis nitri qualitatibus non erit conſiderandum, ſed ex ambobus ſimul miſtis, uel ex fermentatione eorum ſimul reſultauerit quod tertium, uel ſolum etiam commiſta fuerint (non enim in hoc Montani rationes contra Aueroem multi faciendæ ſunt: cum ad opus medicum exercendum vtrumque idem fere præſtet) cum igitur in Thermis non ſola inſint mineralia, ſed etiam adſit aqua, non ex ſolis mineralium qualitatibus de thermarum temperamento ſtatuendum eſt, ſed tam ex qualitatibus aquæ, quam mineralium ſimul iudicium faciendum eſt. Neq; hic obſtant Galeni authoritates libro de ptiſana cap. 11. vbi ait aquam omnis penitus qualitatis expertem eſſe:& quarto Simpl. 4.dicit ſi quod qualitatis ſit expers, uel quod medium ſit, quo ad ſenſum attinet, vis comprehendere, aquam guſtare iubeo. quod etiam ſecundo alimentorum ſecundo & tertio cõfirmauit. Quibus adſtruunt aliqui aquam nullius qualitatis a natura ſua participem eſſe, ſed ſicuti Meſues de oleo dixit, eſſe tamquam cerã informem, quæ a quocumque ſigillo impreſſionem omnem admittit, & illam ſeruat. Quod etiam a Galeno ſecundo Simpl. 22. dictum fuit, oleum ueluti materiam quandam eſſe ceterorum medicamentorum: nam ſi frigida illi commiſceas, frigidum efficies; ſin calida, calidum: quia ſequentibus oſtendit oleum eſſe medium, & veluti materia prima, quæ, cum ſit denudata ab omnibus formis, parata eſt omnes æque ſuſcipere. Sed enim hoc non ſolum contra principia philoſophiæ exiſtit, qua ſtatutum eſt elementa proprias qualitates habere, aquamque primum frigidorum & humidorum eſſe; ſed etiam repugnat placitis omnium Medicorum, qui a primo ad ultimum uſque omnes dicunt, aquam natura ſua frigidam & humidam eſſe, quod Galenus primo Simpl. ſæpius & ratione & experien-

tia probauit. quod autem Galenus dixerit aquam eſſe omnium qualitatum expertem, illud uerum non eſt de omnibus qualitatibus uniuerſaliter; ſed ſolum de ſaporibus, & odoribus intellexit, vt ipſe declarauit quarto per locos tertio cum inquit, quod ſiue exiguam in guſtu aut odore qualitatem exhibet, ſiue penitus nullam oſtendit, ut puriſſima aqua, qualitatis expers nominatur, & primo tuend. ii. ait, quæ optima eſt aqua, penitus non guſtui modo, uerum etiam olfactui omnis qualitatis expers uidebitur. quod diffuſius declaratur libro de ptiſana, ſecundo. Tametſi igitur mineralia omnia thermarum calida & ſicca eſſent, cum adſit etiam aqua frigida & humida, non erit dicendum thermarum illarum temperaturam calidam eſſe & ſiccam: ſed ex contrariorum commiſtione refractas inuicem eorum qualitates eſſe. Quod etiam a Galeno ipſo animaduerſum fuit primo Simpl. vigeſimoquarto, cum ait ſulfuroſæ, bituminoſæ, & quæcumque eius ſunt generis ſponte prouenientium aquarum, ex pugnantium facultatum miſtura naſcuntur, ſi quidem aqua ex ſua natura frigida eſt & humida, bitumen autem ſulfur, & eius generis alia calida. ob id cap. decimoſeptimo dixerat, bituminoſas ſulfureaſque aquas & omnes eius generis ab aqua ad calidius receſſiſſe. & libro de ptiſan, ſecundo dicit, quod tantum a propria aquæ natura recedunt, quantum fuerunt adulteratæ, eo modo, quo & arte miſceri poſſunt, dicit Galenus tertio acut. quarto decoquendo mineralia in aquis, & imitando thermas naturales, dicit primo Simpl. ſeptimo. Quæ omnia ſi recte animaduertiſſet Matthiolus, non adeo in Fernelium inſurrexiſſet, vt, cum de elixatione loquitur, fecit. Quinimo (quæ eſt altera ratio) cum uolumus recte iudicium facere de temperamento medicamenti ex pugnantibus qualitatibus compoſiti, non ſat eſt ſcire, quæ ſint componentia; ſed tria diligenter oportet conſiderare, numerum ſcilicet, gradum, & quantitatem eorum. Nempe an primo tot ſint ſimplicia calida, quot frigida, pluraue, an pauciora. præte-

rea in quo gradu caliditatis & frigiditatis vnum quodque eorum exiſtat. Vltimo quæ ſit ſingulorum quantitas. Nam ex uarietate Simplicium adinuicem in iſtis tribus numero, gradu; & quantitate, non modo diuerſarum rationum fiunt Thermæ, ut dicit Galenus ſexto tuend. 9. ſed infinitus pene numerus temperaturarum, & contrarius in compoſito efficietur; ſed in aquis Ticinenſibus numerum quidem ingredientium recenſuimus tam calidorum, quam frigidorum, & in ſingulis qualitatum omnium ordines diffiniuimus; uerum quantitatem horum ratione quidem materierum iam perſcripſimus; ſed cum meliora latere poſſe docuerimus, non modo ratione duplicis efficientis, diuerſarum materierum, multiplicisque formæ, ſed etiam ratione finis temperamenti. S. ſuperuenientis non ex fermentatione ſola, temporis diuturnitate facta, quæ tamen & ipſa nouam formam inducere, a qua nobiliores omnes actiones proueniunt, & Galenus ſcripſit ad Piſonem cap. 10. & omnibus in confeſſo exiſtit; ſed a natura ipſa, quæ & ſimplicia generauit, & eorum qualitates contemperauit, & quantitate nobis ignota omnia ſimul commiſcuit. Nihil profecto aliud certi hac in re ſtatuere poſſumus, quam quod aquæ quantitas proportione aliorum tanta eſt, ut & numeros eorum ſuperet, & gradus quam maxime retundat, non ſolum ut dicit Galenus primo per locos ſecundo uires medicamentorum fortium admiſtione olei & ceræ exolui, quæ cum qualitatibus expertia ſint, non agunt niſi quantitate; ſed etiam vt 8. per locos 8. aſſerit de pharmaco illo, cui helenium admiſtum eſt, quod poterat abſque helenio calidis intemperaturis conuenire, ſed propter helenium ad caliditatem uergit, addit ibi Gal. niſi quis omnino modicum de eo cum multa frigida commiſceat. Sed modicum omnino de mineralibus cū aquis iſtis eſſe cōmiſtū iá uſq; a principio diximus; cum aquæ proportio lōge maior ſit quā centupli ad reliqua oīa ſimul coniuncta. Quapropter tametſi numero quinq; inſint in iſtis aquis calida ſulfur, bitumen, alumen, ſal, & nitrum; & ſolum tria frigida aqua, ferrum, & argentum; duoq; temperata ochra,

&

& Aurum; qualitatesq; calidorum gradu ſuperent frigidã, cùm nullum frigidorum tranſcendat ſecundum ordinem; calida autem ad tertium vſq; pertingant fere omnia; & in ſiccitate pariter, dempto auro, reliqua omnia ad ſiccitatis gradum valde manifeſtum vergant;& ſola aqua humiditatem poſſideat: adeo quod miſtum ex iſtis calidum & ſiccum manifeſto reſultare deberet; tamen propter tam largam aquæ quantitatem longe reliqua omnia ſuperantem, aliter omnino ſtatuendum eſt. Ceterum cum Deus ſolus & Natura, dicit Auicenna, certo ſciant, quæ ſit quantitas elementorum ſingulorum,quæ in compoſitis quattuor ſolum inſunt; multo minus humano intellectui poſſibile erit,quantitatem tot mineralium cum aquis iſtis miſtorum cognoſcere, indeq; quod nam uere ſit harum aquarum temperamentum, eiuſq; gradus certò diffinire.Si tamen guſtu & odore preuiis, ratione deinde diſcurrente, & poſtea etiam experientia atteſtante, de aquis iſtis uelimus iudicare; facile in hanc ſententiam deſcendere poterimus: Aquam primi fontis, quia copioſiora continet calida ſupernatantia, ſulfur, bitumen, & alumen, frigida autem in minima quantitate, ferrum, & argentum; quod tam odoratu quam guſtu manifeſte, dum bibitur, percipi poteſt: eiuſq; effectus, calefacere, qui eas bibunt,aperte cognoſcatur. Idcirco calidam eſſe ad ſecundum gradum,ſiccam vero in fine primi; cum aqua retundens cetera magis ſit humida quam frigida. Secundi uero fontis aqua oppoſito modo ſe habet, cum nihil ei innatet calidorum,nec guſtu aut odore aliquid medicamentoſum referat, & plumbi etiam forte naturam poſſideat, frigida proculdio & humida prope ſecundum ordinem vtrinq; eſt ſtatuenda. nec obſtant innumeræ Gal. authoritates dicentes, omnes aquas iſtas ſponte naſcentes calidas & ſiccas eſſe, quia illud non eſt ſemper verum abſolute, ſed aliquando ſolum comparatione aquæ dulcis. Quia & Oribaſius ex Galeno dicit hoc verum eſſe cum vehementer intenſæ ſunt. Tertii autem fontis aqua, cum inter iſtas in omnibus qualitatibus media exiſtat, guſtu & odore nihil graue referat, in operationibus

tionibus ſuis feliciſſimos cum ſucceſſu intemperies omnes tam calidas quam frigidas, & tam humidas quam ſiccas curet; aut penitus in omnibus qualitatibus temperata exiſtit, aut ſi ad aliquam leuem caliditatem & ſicci tatem vergit, tam modica exiſtit, vt ab indicationis propoſito ſcopo fere nihil diuertat. Quapropter hac ego fere ſemper in potu ſola vtor, quia, dummodo non inueniat quaſdam corporum conſtitutiones euacuationi ꝑ vrinã penitus rebelles, nunq;, de ſpe defraudat illos, qui recte ea vti ſciunt, Non ſolum .n. materiæ mineralium omniũ aquarum iſtarum perfectisſimæ ſunt, non ab aere alteratæ, nec ab arte adulteratæ, ſed quales natura eas produxit, ſynceriſſimæ cõſeruantur in propriis mineris; neq; cũ ſimul in aquis cõmiſcentur, fit miſtum quoddam accidentale, ex ſola partiũ appoſitione, vt in cumulo diuerſorum granorum; nec ſingulorum qualitates ſeiunctæ remanent, ſed ex omnibus ſimul cõmiſtis producitur tertia forma in aquis impreſſa, diuerſa ne dum à ſingulis ſeiunctis, ſed etiam ab omnibus coniunctis, quæ longe maiora præſtat, quam ex ſimplicium facultatibus quis vnq; arguere poſſet. Quod ſi in Sarcotico arte cõpoſito ex ærugine cera & oleo, quorũ ærugo ſola vlcerũ carnes corroderet, oleũ putrefaceret, cera nullius uſui foret, reſultat tamen ex omnibus ſimul miſtis facultas carnem in vlceribus procreans, quæ tamẽ prius ne quidem credi, ne dum vix ſuſpicari potuiſſet: Et Auicẽna de Theriaca dicit & fortaſſe eſt vtilitas in forma cõplexionali maior q̃; illa, quæ accidit ex ſimplicibus eius: Quanto magis hoc euenire credendum eſt in compóſitis à natura ipſa, quæ in oĩbus verã Dei miniſtrã ſe eſſe oſtendit? ſed in Thermis potiſſimũ ſolerti quadã, & non cõmuni cura, utitur; cum minus ſæpe reperiantur, & nullibi in larga copia, ut lacus & flumina; ſicuti & gemmæ repertu rariſſimæ, & minimæ exiſtunt proportione aliorum lapidum. Quia raro contingit tot mineralia ſimul in eodem loco pariter reperiri poſſe, quibus quoq; ſimul concurrat cæleſtis ille aſtrorum omnium & Solis benignus aſpectus, quo cum dicit Gal. 17. de vſu. 1. Mẽs quoq; ipſa Diuina diffunditur, quæ hic magis, ibi

vero minus eluceſcit in ꝑductione formarũ. Quas diuiuis principiis,& nõ naturalibus Ariſt. pariter attribuere ſcribit Aueroes 7. metaph. 31. quia formæ iſtæ veræ a prima forma creantur in cõpoſito ex nihilo,& in nihilum deſinunt,ſicuti & de formis artificialibus 3. de anima 18. dicitur, ꝙ a motore extrinſeco inducuntur, & de doctrina 3. phyſic. 20. quod eſt ex hoc in hoc; & non eſt reminiſcentia, vt volebat Plato. Quamuis Aueroes 7. metaph. 31. adducens Ariſtotelis ſententiam 3. phyſic. 17. vt Auicẽnæ Themiſtio,& Alexandro cõtradicat, perperã immutet dictionẽ illã inducit in extrahit.& poſtea ẽt concludat, Generãs igitur eſt illud, quod mouet materiam, donec recipiat formam, ideſt extrahit ipſam. Sed in Thermis omnium conſenſu præter qualitates mineralium, adeſt forma illa, quam finem ipſarum iam diximus eſſe. Quapropter nil mirũ ſi in aquis noſtris non ſolum adeſt facultas ea omnia præſtandi, quæ in ſingulorum mineralium qualitatibus recenſendis enumerauimus; ſed ab hac diuina forma cælitus influxa vis quædam adeo excellẽs, & character talis impreſſus eſt, quo ſæpiſſime vltra ſupraq; illud, quod ſperari, aut credi poteſt, mirabiles quidẽ effectus producuntur. cum non ſolum contrarias affectiones in membris omnibus tollant, ſed etiã, quod de Theriaca dicit Gal. ad Pamphilianum, præter ſupradicta bonum corporis habitum, vitam longam, ſenſus uegetos, ſanitatemq; ſtabilem promittit: nec ſolum ab inſtantibus morbis liberat, ſed etiam ab imminẽtibus præſeruat; & Piſoni tempus vitæ prorogat.

FACVLTAS.

QVOD ſi quis forte dicat impoſſibile eſſe ab uno, in quantum eſt vnum, contraria euenire; & cum aquæ noſtræ ſint tẽperatæ, vel calidæ in primo gradu, quomodo poterunt alterare ſtomachum in 2. gradu caliditatis, hepar verò & renes in ſecundo gradu frigiditatis, cum ſint penitus contrariæ iſtæ actiones? idcirco dicebat Galenus 3. per genera 3. porro cum per

magna humanorum corporum ſit differentia, tum in natiuis ipſorum temperamentis,tum ætatum mutationibus,inſuper vitæ ſtudiis, nulla ratione, quod componitur medicamentum, omnibus cõuenire poteſt Prætereaq; cum hæ aquæ primi fontis ſint calidæ & ſiccæ, ſi propinabuntur frigido,dum agent curando præter naturalem frigiditatem, non ne eodem tempore etiã deſiccabunt,& naturalem ſiccitatem augebunt, & ita hinc tantum lædent, quantum inde iuuabunt? Quo argumento nixus ꝓhibebat aliquãdo vir alioquin clariſſimus ĩ paralyſi membrum læſum oleis deſiccantibus inungi, inquiens cum oleum naturaliter, & non ex conſilio electioneq; agat, æque abſumet humiditates ſubſtantificas neruorum & fibrarũ, vti excrementitias & pituitoſas. Quod ſi verum eſſet, nunquam tenui victu vtendum eſſet, quia inedia pariter conſumuntur humiditates ſubſtantificæ, vt excrementitiæ, Nũquã medicamenta alterantia eſſent adhibenda, ne ſimul cum malis, immutentur etiam bona; & dum bilis præter naturalis retunditur, pituita naturalis nimis refrigeretur. Numquam purgantia eſſent propinanda, ne dum putridus humor attrahitur, naturalis quoq; & conueniens euacuetur, & tandem fruſtra omnis ars medica exiſteret. Dicamus igitur primo membra corporis noſtri non modo in formatione diuerſa valde exiſtere; propter diuerſitatem vſus, ad quem natura ea conſtituit; ſed etiam propter eandem cauſam in temperaturis ea maxime contraria eſſe: nam aliqua ſunt frigida, aliqua calida, aliqua humida, aliqua ſicca; & aliqua ẽt temperata. Temperata vere eſt ſola cutis, præcipueq; extrema internæ manus, niſi calloſa euaſerit, ideo a natura facta temperata, vt ipſa eſſet Iudex omnium aliorum dicit Galenus primo temper. vltimo ideo æquæ diſtare ab extremis, & in medio opus erat, & relatione huius ſolius medicamenta omnia tam ſimplicia quam compoſita dicuntur uel temperata, cum ſunt ei ſimilia, vel calida vel frigida, quantum ab hoc medio diſtant, cetera aũt alia mẽbra omnia ab hoc tẽperamento medio recedunt ad aliquam prædictarum qualitum, propter neceſſitatem

ſui vſus. Nam ſi oſſa non eſſent ſicca, non poſſent ferre pondus rectum totius corporis, ſed in omnes partes flecterentur. Neq; idcirco, quod non ſunt membra iſta temperata ut cutis, dicendum eſt ea eſſe intemperata in genere ſuo, quinimo maxime temperata ſunt ad vſum illum, ad quem natura ea conſtituit; & ſi talia non eſſent, non poſſent fungi muneribus propriis. Quamuis igitur ventriculus aliquis dicatur frigidus, aliquis calidus, & aliquis temperatus in genere ſuo, ſemper tamen omnis ventriculus reſpectu medii generis temperati, cutis. S. eſt frigidus, ſimiliter & hepar quodcumq;, tametſi in proprio genere aliquod ſit temperatum, aliquod calidum, & aliquod frigidum, ſemper tamen reſpectu cutis & medii generis calidũ exiſtit. Cum autem diſtent a medio ventriculus etiam in ſuo genere temperatus ad frigiditatem per vnum gradum, & hepar in ſuo genere temperatum ad caliditatem in vno gradu; & eueniat quod præter naturam ventriculus refrigeretur per vnum gradum, hic iam diſtabit a medio per duos gradus frigiditatis, naturalem vnum, præter naturalem alterum: pariter quoq; iecur, Si præter naturam ſupercaleſiat per vnum gradum, diſtabit a medio per duos gradus caliditatis. Huic ergo homini, qui ventriculum & iecur hoc pacto habet intemperata, ſi propinabitur Aqua hæc noſtra vel tẽperata uel in primo gradu calida, æque curabit vtrunq;: Nam cum remiſſum & medium comparatum extremis habeat rationem contrarii, tantum diſtat hæc aqua ad caliditatem ratione ventriculi natura ſua frigidi per vnum gradum, quantum diſtat intemperies frigida præternaturalis ventriculi a propria eius naturali temperie, quod eſt per vnum gradum ſaltem vtrinq;. Remittet quoq; eadem ratione intemperiẽ calidam hepatis, quia quod eſt temperatum, vel etiam calidum in primo gradu, cum ſit minus calidum, frigidiusq; per vnum gradum quam ſit calidum in ſecundo gradu, reducet illud ad frigiditatem minoremq; caliditatem, & ad ſuum naturalem gradum. Sicuti aqua tepida feruentem refrigerat, & gelidam calefacit, neq; tepidam a ſuo gradu remouet. ſicuti etiam qui æſtu

detinentur valido a nulla re promptius refrigerantur quam a balneo moderate calido: & qui vehementer perfriguerũt a nullo citius, quam ab illo, calefiunt: dicit Galenus primo vſu par, 13. & lib. de Marcore cap. ſeptimo dicit etenim hoc mirabile habent balnea quod & calidas & frigidas ſiccitates iuuant. ita nec aqua iſta temperatum in ſuo genere Iecur alterabit, cum ei ſit ſimilis in gradu caloris, & refrigerata calefaciet, ſuper calefactaq; refrigerabit: ſingula non ad mediam cutis temperaturã, ſed ad medium vnius cuiuſque generis proprii reducens; Quæ eſt perfecta eorum ſanitas, & optimum temperamentum. Quare non inconueniet ab uno, in quantum eſt vnum, ratione contrariorum, diuerſa & contraria effici: Sicuti Sol colliquat ceram, & condenſat lutum; & ſal dicit Galenus tertio alimentorum 41. humiditates ſuperfluas tenuat, ac digerit S. ipſa cogit in ſe ſe, ac condenſat, ſed præter hæc animaduertendum eſt nomen hoc vnum valde æquiuocum eſſe, ſolumque Deum vere vnum & ſimpliciſſimum eſſe; cetera uero omnia diuerſimode compoſita eſſe. Vt homo, tamet ſi vnus, pluribus tamen & diuerſis membris inſtrumentalibus, pluribuſque & contrariis etiam ſimiliaribus conſtat, & de medicamentis ipſis Galenus tertio Simpl. cap. decimo quarto ait, omnia propemodum medicamenta, licet ſenſu ſimplicia appareant, natura tamen eſſe compoſita: quin & ſubinde quoque aduerſiſſimas in ſe ſe continere facultates, nempe excernendi & ſiſtendi, incraſſandi & extenuandi, rarefaciendi & condenſandi, illinendi atque abſtergendi, contrahendi & laxandi, ceteraſque oppoſitiones vniuerſas. at mirum hoc videri minime debet in id genus facultatibus, cũ vni & eidem medicamento vim calfaciendi & refrigerandi ineſſe appareat, aut exiccandi & humectandi, aut tenuium partium & craſſarum. Quippe niſi primæ efficaciſſimæq; virtutes hoc pacto cõplicarentur, haud ſane, quæ ex illis ſequuntur, ſimiliter complicatæ forent. Quapropter nil mirum eſt, ſi vnum idemq; medicamentũ ſæpius contrarias operationes præſtet: quod & ſequenti capite a Galeno in multis oſtenditur

ſtéditur,& dum agit poſtea de abſinthio,Eupatorio,ſpica nardi, pluribuſq; aliis declarat;quorum illud ſolum referam,ꝙ de cappare dicit:capparis radicis cortex vincentem habet qualitatem amaram,proximã acrem,deinde acerbam, ex quo liquet quod diuerſis pugnantibuſq; conſtet facultatibus:quippe abſtergere, perpurgare,incidere poteſt amaritudine: excalfacere,incidere , digerere acrimonia:porro contrahere,& denſare, conſtringere acerbitate. Quinimo ſumma in hoc Medici excellentia & laus exiſtit,ſcire ita remedia miſcere,ut ſuæ compoſitionis diuerſitate ſingulis ægritudinibus occurrant,omnibuſq; hominibus conueniãt,vt Gal.dicit cap.3.ad Piſonem de Theriaca, quæ ſuppreſſas vteri ſediſue ſanguinis excretiones frequenter aperit; ac immoderatas eiuſdem ſanguinis eiectiones detinet cap. decimo quinto:morboſq; illos omnes tam eſſentia quam cauſa contrarios curat. Qui cum exiſtunt ut plurimum complicati idcirco ſecundo per locos primo dicit, Qui igitur primi ad eiuſmodi affectiones pharmaca compoſuerunt, merito uaria materia opus habuerunt, ſi quidem influentem ſubſtantiam repellere neceſſarium exiſtit: impactam uero concoquere, & attenuare: eandemque ipſam diſcutere, atque nihilo minus, imo magis circa affectam partem firmitatem inducere; ne videlicet quod influit, ſuſcipiat: attenuatum uero excernat: impactumque concoquat & attenuet, & ſexto per genera ſecundo ait omnino enim quippiam variis utile eſſe non poteſt, niſi contrariæ quoq; virtutis participet.miſcentur ergo digerentibus ſiſtentia, & reprimentia,experientia atteſtante rationi.ob id cum lib.1.de comp.med.per genera cap. 3. dixiſſet Maximũ quoq; eſſe vſum compoſitionis medicamentorũ in morbis,qui contrarias ſimul facultates deſiderant,vt & ipſa medicamenta diuerſas in ſe poteſtates contineant (Græci polychreſtotata vocant & omnia conſtare contrariis medicamẽtis in omnibus qualitatibus dicit 5. per genera 1. ideo ſunt optima) capite poſtea ſequenti, relictis Theſali ſectatoribus,qui optima pharmaca a Medicis inuenta contrariis conſtare facultatibus ignorant, de emplaſtro ſuo

diachalciteos (phœnicinum dicunt) compoſito ex oleo veteri & adipe digerentibus; chalcitide, & palmæ ſucco repellentibus; illis carnem mollientibus, iſtis ſicciorem reddentibus, ad multos eoſq; cõtrarios morbos faciente tradens, ita tãdem concludit. Hoc pharmacum coarguit Theſſali nugacitatem, efficaciſſimum auxilium ex cõtrariis potentiis compoſitum oſtendens. videat igitur Fallopius cum Thermas medicamentũ empiricum dicit eſſe, & Theriacam ſine ratione coaceruatam, qua ratione ſubdat: quia multa contraria ingrediuntur, & ad multos etiam; & inter ſe contrarios affectus facit, & confert; ſed ratio non patitur ſuperflua in aliquo medicamento poni, tanto minus quæ ſunt inter ſe contraria, & quod vnum ac idem medicamentum varios, & illos inter ſe pugnantes morbos ſanet: cum hoc Galeno, rationi, & experientiæ contrarium penitus exiſtat. Atqui in compoſitione ſimplicium medicamentorum contrarias inter ſe poteſtates omnino corrumpi quidam putabant, dicit Galenus cap. primo exemplo aquæ feruentiſſimæ cum frigidiſſima temperatæ. Quibus reſpondit ipſe; hoc quidem verum eſſe de qualitatibus actualibus, ſed non de potentialibus. Sed in oppoſitum videtur authoritas eiuſdem cap. 3. cum ait; Si duo habeamus medicamenta, quorum hoc numeris quinq;, illud tribus calidius ſit, ea ſi miſcuerimus, medium efficiemus, quattuor numeris ſymmetron exuperans, & ad Piſonem quinto dicit medicamenta intenſas qualitates habentia aliorum admiſtione retundi. Quare ſoluunt aliqui, hoc quidem eſſe verum de primis qualitatibus ſolum, quia elemẽtales ſunt, non autem de ſecundis, & tertiis, ſed iterum Galeni authoritas adeſt tam cap. primo prædicto quam tertio meth. cap. ſecundo alibiq; ſæpius de oleo vlcera ſordida reddente, & ærugine carnes exedente, quæ ſi commiſceantur fit ſarcoticũ medicamentum Carnem regenerans. Saliſq; adſtrictionem admiſtione mellis penitus euerti dicit ſexto per locos 3. & lib. 3. Simpl. 15. concludit vniuerſaliter, ꝙ contrariorum miſturæ ſummitates ipſas frangunt. Qua propter dicerem ego, illud quidem primũ

in plurium medicinarum iunctura tenere nos oportere ex Galeno ad Piſonem 10.admiſtæ cuiuſque uim medicinæ eandem immutatamque non ſeruari, verum ex omnibus unam quandã reſultare. Quæ tamen potentia continet virtutes omnium ſimplicium, ut ſuperueniens forma continet inferiores,& quod eſt homo,eſt etiam animal, & corpus,& ſubſtantia. cum igitur medicamentum hoc compoſitum homini offertur, & quæ erant in potentia, uirtutes ad actum deducuntur, non quidem inter ſeſe illæ inſurgunt & agunt, mutuoq, pugnantes refranguntur; quia medicamenta omnia talia dicuntur, & ſunt ſolum reſpectu noſtri,non ſui adinuicem; exprimunt ergo ſingulæ qualitates ſuas, & in corpus noſtrum imprimunt. Quo tempore inſurgit natura ſagaciſſima, & omnia prudentia ſua non errante gubernat, & dirigit: & non ſolum quæ inuicem contrariari iudicantur, mutuo ſibi auxiliari facit: Nam quod attenuat præcedit, viam aperit, & quaſi alas præbendo uel ſecum deducendo,altius penetrare facit adſtringentia,quæ ſola potius ſibi ipſis uiam occluderent,& in profundum pertingere non poſſent. Viciſſimque quod eſt adſtringens propellit attenuantia, roburque illis præſtat, ne cito exſoluantur, cum eorum ſubſtantia tenuiſſima & valde reſolubilis exiſtat. Sed etiam quod ſingulis partibus noſtri corporis conueniens eſt & vtile, tranſmittit ad illas natura; & ſi cum conuenienti adiunctum eſt aliquid noxii,admiſcet correctiua,ut nos cum catharicis facere ſolemus; Quod ſi qui forte ſophiſtarum modo abrogare, calumniiſque deprimere hæc conentur, dicteriis ita inceſſentes: Vtrum ne Præſes quidam medicamentorum qualitatibus imperat, quemadmodum in Tragædia.

Abi quidem tu flumina ipſa ad Inachi,
Thebas ut age tu pergito cadmeias.

Hoc eorum ſcomma, qui hæc cauillantur, a Galeno duobus libris reprobatum fuiſſe teſtatur ipſe libro primo comp.med.per gen.cap.primo,& ad Piſonem tertio cum inquit: Deus enim eſt illa, ſicut in hominibus natura, prout ſentit Homerus, quæ ſimilibus

milibus ſimilia adducendo,diuinas eo pacto ſuas uirtutes oſtendit.ob id 5.in 6.1.dicit Hippocrates, morborũ naturæ medicatrices.& ſequenti,adinuenit natura ſibi ipſa itinera non cogitatione.& ibi Gal.vſque adeò naturæ vis ad ea, quæ animalibus conducunt,rectius præſtanda,qualibet arte potentior eſt.Quod etiam ſæpiſſime teſtatus eſt Auicenna, ſed præcipue libro 5.cap. 2.cum ait.imponimus crocum in trochiſcis camphoræ,ut faciat eos penetrare ad cor: verum cum ipſi peruenerint ad cor, inſurgit uirtus diſcretiua, & denudat ab eis crocum, & deſtruit ipſum, & operantur infrigiditatiua extinguĕtia in corde,ſicut facit virtus diſcretiua ſeparando virtutes reſolutionis & ſtipticitatis, ſiue medicina ſit naturalis, ſiue facta: quia procedit reſolutiua ad ipſum membrum læſum, & reſoluit materiam: & repercuſſiua ſtyptica ad vias materiei, & prohibet materiam. Quod ſi forte aliquis ſenſibus ſolum aſtrictus intelligentiam hanc non errantem, aut colchodeam, diſtributricemue naturam admittere nollet, non neget tamen cum ſuis Peripateticis animam ipſam ſiue naturam totam in toto eſſe, & totam in ſingulis partibus,quæ cum ubiq; habeat quattuor facultates ſibi deſeruientes;ſingulæ partes corporis,ſi præter naturali aliqua affectione laborant,deſiderãt ad proprium priſtinumq; ſtatũ redire, quod omnia naturalia faciunt; naturaque ipſa duce & magiſtra,quod ſibi conueniens medicamentum eſſe poteſt, inquirunt, inuentum a ceteris ſeligunt, ſeiunctum naturali vi ſua attractrice ad ſe alliciunt, retentrice retinent, concoctrice fruuntur; & ſi quid contrarium adueniat, facultate ſua expultrice a ſe ipſis arcent, & expellunt. Quod peculiariter a Galeno, dum in arte medicinali de ventriculi intemperiebus naturalibus agens, dixiſſet ſimilia a ſimilibus appeti, additum poſtea fuit, Malæ uero temperaturæ, quæ morbi ratione ventriculum occupant, hoc differunt ab his, quæ naturales exiſtunt, quoniam contraria, non autem ſimilia appetunt, quemadmodum naturales. quod cum primo ſympt. cauſ. 6. diffuſius explicaſſet, addidit poſtea: ſi quidem venter viſceribus ueniſque ſubſeruit, itaque

& quales hæc ſuccos requirunt, tales appetit. & cum Hippocrates 6. in 6. primo dixiſſet; carnes attractrices ex uentre & extrinſecus, ſenſus ſignificat, dicit Gal. aliqui in balneis corpus ſuū aquā attrahere indubitanter ſe percepiſſe affirmarunt. Quod & experientia ipſa cognoſci poteſt, tametſi quæ quotidiana ſunt, raro animaduertantur. Nam ſi lactuca verbi gratia & ſaluia in eadem areola prope ſint inſita, quarum altera temperamento frigida eſt, altera uero calida, & cum omnia ſimilibus nutriantur, ab eadem terra vnaquæque ſeligit ſibi ſimilem & proprium ſuccum, & per radices trahit, ut eo alatur, & creſcat: vt dicit Hippocrates primo de nat. humi. 31. ſed non ne in corporibus noſtris idem contingit? cum ex eodem ſanguine primum ſingulæ partes noſtri corporis genitæ ſunt; deinde augentur, poſteaq; ex eodem quoque pane & cibo continuo aluntur? cum tamen aliquæ frigidæ, aliquæ calidæ exiſtant; & aliquæ duræ, aliæ uero molles? Singulæque propriam & peculiarem habeant naturam, ab aliis differentem? Quomodo autem hæc fieri poſſent, niſi in cibo continerentur materiæ contrariæ, quæ potētiā ſunt omnes partes noſtri corporis? & non modo oſſa, nerui, cartilagines, membranæ, & caro ipſa; ſed etiam cerebrum, pulmo, iecur, lien, & reliqua omnia tam inter ſe temperatura & ſubſtantia diuerſa & contraria? quæ cum potentia in cibo exiſtant, ad actum poſtea reducuntur a natura ipſa, ut omnes quidem quotidie in omni animantium genere fieri cognoſcunt: nullus tamen quomodo hoc fiat, docere poteſt: ſicuti nec tot alia naturæ opera admiranda, quæ in vſu quotidiano partium noſtri corporis fieri videmus. ſed non ideo, quia nos arte & induſtria noſtra ex pane carnibus, & uino, aut aqua neſcimus ſanguinem, humores, lacue generare, multoque minus oſſa, carnes, pulmones, & viſcera nec alia opera, quæ continuo a natura fiunt: aſſerere debemus, hoc a natura non fieri; eiuſque prouidentiam negare. nam dicit Galenus decimoquinto vſu pat. ſexto, inuenire facultatem naturæ, quæ hæc efficit, humani ingenii captum ſuperat.

perat; cum homines ipſam poſſe aliquid omninò certe non credant, niſi plane ſæpe fuerint conſpicati. Vt eſt hoc, quod non æque permittat naturalem ſuam temperiem membrorum, quam præternaturalem intemperiem a medicamẽtis alterari: & non tam conſumi ſolidarum partium humiditates, quam excrementitias. cum tamen Galenus ſecundo Simpl. 25. dixerit quippe duplex in laſſitudinibus affectio naſcitur. nam ſimilares quidem animalis partes reſiccantur, humectantur uero uacua ſpatiola, non utili & naturali humore, ſed tenui, & acri, mordacique: proindeque remediis indigent duplicibus, tum iis, quæ ſiccitatem corporis irrigent, tum iis, quę humorem acrẽ euacuent. Itaque ad hæc aptiſſima ſunt dulcium aquarum lauacra, nimirum quæ humiditate ſua inſtrumentorum corrigãt ſiccitatem, & caliditate tenuem atque acrem humorem eliciant, & tertio de iis, quæ in medic. fiunt 15. dicit, ceterum ne mireris, ſi calida aqua & ſuperuacuos humores exinaniri, & quæ ſicca ſunt ac dura, humefieri dixerimus. Quid igitur dicemus de illis, qui hæc negant? Quod dicebat Galenos primo Simpl. 8. uideri uenia digni poſſunt, qui per calidas lotiones ſiccari corpus exiſtimant. Nam ſimilis horum eſt error, atque illorum, qui credunt, ſenes adoleſcentibus eſſe humidiores: pluribus namq; ſenes excrementis redundant, ſed genuinæ organicæque partes adoleſcentibus magis ſunt humidæ. Perinde ſe res habet in perfuſionibus, ac lauacris, omnique adeo ex aqua calida irrigatione: Si quidem humores, qui in uaſis aliiſque inanibus ſpatiis ſunt, exhauriuntur omnes: & partes genuinæ ſolidæque nulla ſui parte ſicciores euadunt, quamquam membrum rugoſum & exile efficiatur: quia ipſa uaſorum corpora, & vniuerſum genus carnoſum ſe ipſo fit humidius. Ecce quomodo Galenus oſtendit ab eodem medicamento ſuperfluas humiditates conſumi, naturales autem non modo non conſumi, quod iſti neſciunt, uel nolunt cognoſcere, ſed etiam magis humectari; quod penitus oppoſitum illorum ſententiæ exiſtit. Quod ſi cedrea etiam mortuorum carnes exiccat, ſimulque a corruptione tuetur cor-

pora

corpora demortua, vt pote inquit Galenus 7. Simpl. humiditates ſuperfluas eorum depaſcẽs; ceterum ſolida corpora haud attingens: quanto magis in uiuis hoc fiet, in quorum ſolidis partibus & naturali tẽperatura eſt ſedes animæ, & anima ſemper, quod ſibi familiare eſt, euacuari prohibet, ut de ſanguine in ſuperpurgationibus dicit Hippocrates de natura humana 30. & Galenus 3. Simpl. 27. quod poſtremus omnium effunditur, vt pote qui naturæ ſuccus ſit familiariſſimus: & ſolum cũ iam debilitas ſumma occupat, & ex inanimis prope vaſculis effluit: retinente illum natura, contra uim etiam medicamenti attrahentis, pluſquam par eſſet. Quapropter concludendum eſt, non ſolum medicamentorum contrarias facultates a natura diſtribui, prout melius ſingulis partibus noſtri corporis conuenit, ſed etiam, quæ præter naturam inſunt; qualitates & humores amoueri, & quæ naturalia ſunt, quantum res ipſa patitur, conſeruari.

LACONICVM

PRimus & ſimpliciſſimus vſus Thermarum antiquis appellabatur laconicum, & Sudatorium; noſtris temporibus calidarium, & ſtupha. & eſt quando earum aqua uel natura uel arte actu calida vapores copioſos in aerem diffundit, quibus aer calefactus noſtrum corpus contangens ipſum alterat, calefaciẽdo & ſiccando; magis quam balneum, quia balneum habet aquæ humiditatem coniunctam, quæ non ſolum foris diutius adhæret cuti quam faciat aer, ſed etiam per poros carnis ingreſſa derelinquit ibi ſubſtantiam illam, quæ nunquam amittit uim humectandi. aer autem non ita: ſed non ſolum foris abſtergit ſuperficiem corporis, ſed etiam per carnes penetrando facillime qualitates ſuas imprimit, quia longe tenuior eſt quam aqua: ideoque etiam non modo cutim laxando, poros aperiendo, meatuſque dilatando, fluidum totum corpus reddit, ſed etiam materias ſubcutaneas primo ratione aquæ liquat, & fundit: de-

inde ratione mineralium incidit, & attenuat; ſed etiam ratione vtriuſque humores craſſiores, melancholicos, viſcidoſque, pituitoſos, altius impactos fluxibiliores reddit, & partem poſt partem ad cutim extrahendo, illos uel per inſenſibilem tranſpirationem diſcutit & reſoluit; uel per ſudores (quod eſt maxime proprium ipſius ſtuphæ) promptiſſime elicit, & expurgat. Triplex autem poteſt eſſe Laconici vſus, primus cum ſigillatim membrum aliquod particulare læſum ſuperponitur vaſi, uel foramini amplo, per quod aſcendens uapor ferit membrum illud, & alte infigit ſuas qualitates, tentorio aliquo uaporem deſuper colligente. Quod maximæ efficaciæ eſt, & tanto potentius ceteris, quanto embrocatio ſuperat balneum altius penetrando. Conuenitque hoc pacto aqua primi fontis membris omnibus paralyticatis, & tremulis, diſtentionique & ſtupori eorum, ſciaticæ, arthritidi, podagræ, & chiragræ, ubi reſolutione ſola opus eſt, uel etiā ſedatione doloris, corpore euacuato. confert etiam maxime artubus, iuncturarumque neruis, qui poſt dearticulationes, uel fracturas, uel caſus, uel vulnera indurati permanent, & difficulter mouentur. Tollit antiquos neruorum dolores a frigiditate & humiditate genitos, crurum œdematoſos tumores, uel ex conualeſcentia, uel ex cachexia genitos reſoluit; lienis rebelles duritias minuit. hepatis intumeſcentias diſſoluit. teſticulorum inflationes, ſcrotiq; hernias incipientes curat. Secundus uſus eſt cum intus in corpus per aliquas partes hic uapor ingreditur: vt ſi amplo linteo caput cooperiatur, & ore aperto uapores ſub linteo recipiantur, uel caput ſolum in tentorium uaporibus iſtis refertum intromittatur. Quod in affectionibus omnibus frigidis & humidis cerebri conuenit, non tamen epilepticis, propter bitumen. quibus tamen lauacra etiam omnia prohibet Galenus contra Eraſiſtratum 9. Nam per nares attractus uapor ingreditur cauitates capitis, & per ſubſtantiam ipſam cerebri diffunditur, conſumens eius ſuperfluas humiditates, & intemperiem corrigens. Qua ratione deſtillationibus omnibus tam ad pectus, quam ad reliquas

liquas ſubiectas corporis noſtri partes maxime confert; quo nomine ueniunt innumeri pene morbi inde ortum ſuum trahentes. Neque nos angat quod Galenus tertio affect. loc. dixerit calidos odores omnes capitis dolores excitare, & de inſtr. odor. ultimo quod ualidi odores caput ſtatim & lædant, & impleant, & aggrauent, & delirium interdum prouocent: Quia hoc de aromatibus quidem uerum eſt, ut habetur. 5. aph. 28. ſed nō de ceteris. nam de Melanthio dicit Galenus 7. Simpl. quod excalfacit & deſiccat tertio ordine, catarrhos tamen ſanat aſſiduo olfactu, & coryzas deſiccat cap. de pæonia. Diſtinguendumque præterea eſt, vt 4. acut. 90. de allio dicit, quod corpore prius uacuato ſi offeratur, capitis potius grauitates curat. Vtilis etiam ualde eſt difficulter reſpirantibus, materias in pulmonibus compactas per inſpirationem, hic vapor attractus cōſumendo. Viſcidis & craſſis thoracis excreationibus expectorandis multum ualet, imminentem phtiſim prohibere poteſt, & cordis palpitationes auferre. Per fiſtulam aſcendens hic uapor & in aures penetrans, earum antiquos dolores, humiditates, ſtrepitus, & difficultates audiendi ſoluit. in vterum eodem met pacto ſuſceptus durities eius longas diſcutit, obſtructiones aufert, retentos menſes educit, molas conſumit, cotilidonum mucoſitates abſtergit, ſterilitateſque ab iſtis cauſis genitas remouet. Vltimo poteſt Laconicum toto corpori uniuerſaliter deſeruire, cum nudus æger in illo uerſatur: nulla enim eſt tunc particula noſtri corporis, quæ non contangatur ab aere circum ambiente, qui promptiſſime quaquauerſum intus foraſque permeat. Hoc modo confert affectionibus cutaneis omnibus, pruritui nempe, elephantiaſi, lepræ, ſcabieique omnis generis; non modo cutim abſtergendo, & materias impactas per ſudores copioſos educendo; ſed etiam ſeminarium totius morbi malam ſcilicet illam putredinis intemperiem exiccando & abolendo. Conuenit etiam non ſolum ualde obeſis, & præpinguibus, ſed etiā hydropicis tam ab aqua per ſudores euacuando, quam a flatu inſenſibiliter diſcutiendo,

 quām

quam etiam a malo totius corporis habitu calefaciendo & deſiccando.

BALNEVM

ALter vſus Thermarum conſiſtit non in aere, ſed in aqua ipſa corpus noſtrum contangente. quæ cum calida eſt, ut primus noſter fons calefactus, non modo calefacit & ſiccat, ſed etiam partes duras, tenſas, & denſas emollit; cutis poros rarefacit, meatus dilatat, humores fluidos facit, excrementa ſubcutanea euocat, quod fumidum fuliginoſumque eſt digerit, quo fit ut totum corpus euacuare balnea naturalia dicat Galenus 14. Meth. 7. illudque etiam æqualiter 4. aph. 2. & omnes humores pariter detrahere ſecundo aph. 17. proinde non nulli quotannis uere & autumno illis utuntur ad excrementa euacuanda 4. tuend. 4. nec oppoſitum retulit 3. aph. 15. cum ait: Quæ fit per balneas euacuatio, parua eſt, & ſolam fere cutem euacuat: quæ autem ſunt per carnes & partes ſolidiores diſperſæ ſuperfluitates, haud ſufficienter balneis euacuantur: Nam duo illa aduerbia, fere, & ſufficienter, addita conciliare ſola poſſunt Galeni uerba. Prætereaque hoc non ſimpliciter dictum eſt, ſed comparatione exercitii; quia cum duplex ſit euacuatio, una alicuius ſolum partis, ut mucus narium; alia totius corporis, ut ſudor, & exercitium; balneum eſt totius euacuatio, non ſolũ partis: ſed iterum totum euacuatur, uel æqualiter per omnes ſui partes, tam internas quam externas, ut per exercitium contingit: uel magis in cutaneis partibus, minus in profundis, & tale eſt balneum. Poteſtq; multo magis balneum aquæ noſtræ ea omnia præſtare, quæ ſupra de balneo aquæ dulcis retulimus; cum in iſtis inſint multa mineralia incidentia, abſtergentia, & aperientia; & quamuis ſicca ſint, cum Galenus dicat ſecundo Simpl. 25. aquam ſimplicem foris circumfuſam facile defluere, & quæ in poros ingreſſa eſt corporis, nullam habens anſam, prompte effluere; verum ſi cum aqua oleum miſceatur, cum

aquæ

aquæ uelut uinculum fiat oleum, cogatq; plurimũ hærere, multo magis dicit 5. Simpl. 5. humectabit, quod ex ipſis erit miſtum: idem & nos dicere poſſumus de miſtione facta a natura cum aquis iſtis rerum oleaginoſarum, ut eſt bitumen & ſulfur, quæ diutius adhærere aquam faciunt ſuo lentore, aliaque præterea etiam totum corporis ambitum corroborant ſua adſtrictione. quibus carent balnea aquæ dulcis. Triplex quoque balnei vſus eſt, vt laconici, nam uel intus in corpus per aliquam partem ingreditur, uel alicui ſolum parti foris adhibetur, uel toti corpori. Conuenit balneum hoc uniuerſale affectionibus omnibus, quibus & ſtupha; ne denuo eadem repetam: ſupraque illius commoda imprimit in carnes & in ſolidas partes robur quoddam reſiſtendi humoribus ad cutim fluentibus, & humiditatẽ quandam naturæ amicam in ſimilaribus partibus derelinquit, qua redduntur homines promptiores ad omnia munera ſolita obeũda, cum vero non totum corpus æqualiter, ſed unum dumtaxat membrum curatione indiget, tunc non impoſitione illius in balneum, aut fomentatione ſolum, (quod tamen etiam utrunq; vſui eſſe poteſt) nos vti ſolemus, ſed potius aquarum irrigatione & aſperſione, quod embrocatio Græcis, impluuium, uel ſtillicidium latinis, vulgo Duccia uel gutta appellatur: quia uel aqua e gutturnio ſupra membrum proiicitur, uel per fiſtulas uolubili Epiſtomio aqua a caſtello incluſa uel redditur, uel retinetur. Non ſolum autem hoc habet proprium embrocatio, quod accommodari poteſt uni tantum, & cuilibet parti etiam minimæ corporis noſtri, abſque eo quod reliquum corpus ne quidem alteretur: ſed etiam longe ualidius promptiuſque in profundum non modo qualitates, ſed etiam ſubſtantiam, cum tenuis eſt, facile per ſuturas oſſium intro tranſmittit; ut in ſeipſo expertum fuiſſe ſcribit Galenus decimotertio, Meth. vigeſimo ſecundo. Quia addita ui ex ictu aquæ cadenti ab alto, uehementius potentiuſque penetrat: vt ab alto cadens gutta lapides etiam duriſſimos excauat. quod ſi flueret ſolum, prolabereturque, facere non poſſet.

Quare affectionibus antiquis & in profundis partibus exiſtentibus vſui ſolet eſſe Embrocatio. Et quia rariſſimus naturalium aquarum vſus in potu exiſtebat antiquis, ideo etiam non ſolum ad membra externa curanda, ſed ad interna quoque viſcera embrocatione aliquando vtebãtur, vnde Horationũ illud,

Qui caput & ſtomachum Supponere fontibus audent.

quod non ab re eſt, in ſtomachi affectionibus, etiam foris embrocationem illi facere, tametſi potus longe magis conueniat. Nos autem fere ſolum in affectionibus capitis, & inde ortum trahentibus embrocatione vti ſolemus: cum .s. calefaciendum & ſiccandum uehementius eſt; nam capiti calido inimica ſunt naturalia balnea dicit Galenus ſexto tuend. 9. conuenit igitur hemicraneis antiquis, frigidis cerebri, & neruorum paſſionibus omnibus; vt ſunt paralyſis, tremor, debilitas, oris tortura, linguæ reſolutio, auditus hebetudo, articulorum omnium affectiones variæ. Secundi autem fontis aqua peculiare hoc habet, cum oleaginoſis careat, & frigidior exiſtat, quod oculorum affectionibus præcipueq; ophthalmiis maxime conuenit, fluxionem prohibendo, oculum roborando, & ſuperfluas humiditates ſiccando. Si oculus ſæpius ea tepida abluatur, aut foueatur, aut etiam aſpergatur. qua ratione pariter non modo cutis rubedines, pruriginesſque, & eryſipelata per circuitum redeuntia ſiſtit, ſed etiam vlcuſcula tibiarum manantia, venarumque dilationes adſtringit & firmat. Doloreſque & tumores podagricos a calida fluxione ortos multo magis leuare, extenuare, & ſoluere poteſt hæc aqua, quam dixerit Hippocrates quinto aph. vigeſimo quinto facere aquam frigidam, quod etiam feliciter præſtare ſolet in omni materia aqua tertii fontis propter ingredientia attenuantia, & facultatem quandam anodinam ex temperamento acquiſitam. Prætereaq; vulnera aliqua ſimplicia in carne ſolum exiſtentia, & non multum profunda larga huius aquæ profuſione breui ſanari poſſe & experientia

rientia & ratione comprobatum eſt. Quia ſordes cuiuſcumque generis detergit, fluxiones a loco prohibet, ſiccat, coaleſcere carnes facit. Quibus conditionibus confert etiam per nares attracta vlcuſculis & ozenis naſi, gargarizata aphtis, & humiditatibus oris; inſtillata manantibus auribus, metrenchytis infuſa fluxionibus omnibus vteri; chyſtere iniecta, colicis omnibus, & inteſtinorum longis affectionibus.

LVTVM

Lutum ex aquarum fontibus, præcipueq; primo collectum affectis partibus appoſitum, tanto potentius, quam laconicum, balneum ue agit, ſiccandô calefaciendoq;, quantum terra, qua lutum conſtat, aquam balnei, & aërem laconici ſiccitate ſuperat, ſubſtantiaq; eius magis adhæret, & denſior exiſtit. Ideo ſi quidem carnes frixorio citius coquuntur, quam ſi elixentur, aut aſſentur; quia ferrum ſartaginis, quo mediante agit ignis in carnes frixas, ſubſtantia durius eſt, quam aqua elixationis, aut aër aſſationis: cuius ſubſtãtia quamuis côpacta & terreſtris ſit, adeo tamen lenis & pinguis exiſtit, ut prima facie etiam præſeferat vim emolliendi, & relaxandi: propter bitumen & ſulfur, coniunctã cum attractione ab alto & diſcuſſione aliorũ. Quæ duo aut alternatim, aut côiunctim ſunt maxime neceſſaria ad durities ſcirrhoſas curandas, ut docet Galenus decimo quarto meth. quarto & ſecundo ad Glauc. quinto cum reſoluentia ſola ſubtiliorem quidem partem conſumant, ſed craſſiorem magis indurant; affectionemque poſtea peiorem priori derelinqunt. Sed præter hæc etiam lutum hoc membris robur imprimit, propter alumen, argentum, & ferrum, quæ naturalia ſua munera fortius obire poſſunt. Quare non modo influentes materias repellit, induratas emollit, impactaſq; diſcutit; ſed etiam partes corroborando præſtat, ne quod influit, ſuſcipiant; influxum vero concoquant, & excernant.

Proptereaq;

Proptereaq; ad omnia morborum genera, quibus laconicum & balneum cõferre diximus, longe potentius conuenit lutum. & ſi Galenus 9. Simpl. ſcribit ſe vidiſſe Alexandriæ quoſdam aqua inter cutem laborãtes, ac lienoſos AEgyptiæ terræ luto vtẽtes, multos qui ſibi, ſuras, femora, cubitos, brachia, tergum, latera, pectuſq; inungerent, ac perſpicuo iuuarentur. eundem in modum & veteres phlegmonas, & laxa œdemata idem lutum adiuuat. Noui ſi quidem quoſdam qui ex immodica per hæmorrhoidas euacuatione turgentes effecti ac tumidi, non obſcure fuere adiuti. ſed & quidam diutinos fixoſq; parte quapiam dolores perpeſſi, luto hoc plane perſanati ſunt: deſiccandi nanq; vim terra quæuis poſſidet. Quãto maiora dicere poſſumus nos de hoc Cœno, in quo non ſolum adeſt ſal; (vt in omni fere terra comperitur) & nitrum, quo Nilum abundare diximus, & ſolenni ſua inundatione quotannis AEgyptum ſuis qualitatibus fæcundat; ſed habet præterea hoc cœnum, alumen, bitumen, ſulfurq; adeo copioſum, ut ne dum igni impoſitum, ſed odore ſolo illud manifeſto oſtendat. Quapropter coniunctas habet omnes indicationes meliores, & quamuis non tãtum calefaciat & ſiccet, vt lutum Thermarum Aquenſiũ Statyellorum, longe magis tamen conuenit non ſolum podagricis gypſeis tumoribus, viſcerum omnium, potiſſimumq; lienis induratis ſcirrhis, & Iuncturarum, neruorumq; doloribus, & duritiebus: Sed etiam membris omnibus ex fractura, diſlocatione, percuſſione, caſu, vulnere, aliaue quapiam occaſione induratis, contractis, rigidis, & fere ſyderatis: quæq; aut ex longo morbo robur ſolitum amiſerunt, aut ob contumaces impactaſq; in tendonibus materias extendi moueriq; non poſſunt; ob miſtas in hoc luto facultates, vt diximus, emolliendi ſimul, & reſoluendi, atq; roborandi, quod rariſſimum exiſtit, & experientia ſæpenumero admirationi fuit.

Quæ aũt ſint obſeruanda in uſu laconici, balnei, & luti tam in victus rõe, q̃; in tp̃e, ordine cæteriſq; omnibus, dicemus poſtea; cũ hic ſolum de natura & facultatibus eorum pertractemus.

Potus

POTVS.

QVartus & vltimus præcipuuſq; ac mirificus vſus harũ aquarum eſt, cum per os aſſumuntur: quia hoc pacto nõ cutim, aut carnes extrinſecas pertangunt, & abluunt, ſed viſcera ipſa, principaliaq; membra, ad intimiores vſq; eorũ partes inſitæ penetrant. Quare & ſanguineis calorem venoſi generis contemperant, billoſis feruorem viſcerum remittunt, melãcholicis ſiccitatem ſolidarum partium prohibẽt,pituitoſis humiditates excrementitias ſiccant;& humores omnes ſuperfluos intemperiem quamcunq; fouentes euacuant; & membra omnia principalia noſtri corporis ad temperamentum reducunt, expurgant, & corroborant. Tres namq; ſunt principales facultates huius aquæ epotæ, Alteratio, s. Corroboratio, & Euacuatio. Alteratio multiplex eſt tam in primis, quam in ſecundis, & tertiis quoq; qualitatibus; in primis quattuor qualitatibus tam ſimplicibus quam compoſitis omnes numeros hanc aquã perficere iam probauimus, cum calefaciat & ſiccet propter foſſilia omnia, humectet ob aquam, refrigeretq; & eius cauſa & metallorum. In ſecundis uerò qualitatibus habet vim non modo penetrandi, incidendi, attenuandi, ſubtiliandi, diſſecandi, leniendi, fundendi, emolliendi, concoquendi, diſſoluendi, liquandi, digerendi, diſſipandi, reſoluendi, diſcutiendi & conſumendi: Sed etiam dilatandi, rarefaciendi, aperiendi, relaxandi, abluendi, abſtergendi, abradendi, mundificandi, expurgandi, & attrahendi. Corroboratio autem, quæ fit per adſtrictionem huius aquæ, non cauitates infarciendo, aut vias opilando, orificia ue coarctando, humoribus & ſpiritibus per venas & arterias tranſitum prohibet: Sed ſubſtantiam membri ex copioſiore quam par ſit, excrementitia aliqua humiditate laxam, flaccidam, & diſſolubilem, dum colligit, contrahit, cogit, & conſtringit, eam magis compactam, vnitam, denſam, ſolidam, & duram; fortemq; reddit, condit, & conſeruat, ſimulq; etiam

humores noxios prohibet, ſiſtit, reprimit, ſtipiticat, & repellit. Quod poſtea inſequuntur tertiæ qualitates putredinem .ſ. prohibere, venenoſis reſiſtere, contagii ſeminaria abolere, flatus diſcutere, ſitim ſedare, famẽ inducere. fluxiones tam capitis, q̃; vẽtris, aut uteri ꝓhibere. Cuius ordinis ſunt quoq; oẽs euacuationes tam vniuerſales, q̃; particulares ꝑ habitũ digerendi, ſudorẽ promouẽdi, catarrhos expectorandi, vomitũ ꝓuocandi, ventrẽ ſubducendi, menſes mouendi, urinã ciendi, arenulas, tophos, calculoſq; renũ cõminuendi; ſordesq; eorũ educendi, humoreſq; oẽs ſuperfluos in venis & in ſanguine exiſtentes expurgandi. Hæc autem tria cum præſtat hæc aqua, morbos vel per ſe & primario curat, ut laborante ventriculo ex pituita ipſum euacuat, alterat, & corroborat, vel per accidens & ſecundario, vt ſi caput uentriculi vitio ꝑ conſenſũ lædat̃, curato ꝑ huius aquæ potionẽ vẽtriculo, caput quoq; ſanabitur. Sed nihil refert vnde, & quomodo effectus adueniat, dummodo optatum deſiderium aſſequamur, & ſanitas amiſſa recuperetur. Hic autem Medici qui cognitis morborum indicationibus, & huius aquæ facultatibus, ſi vnicus eſt ſcopus, quantitatem augeat, qualitates intendat, reiterationem frequentet, ut res exigit, At ubi contraria expoſcunt cauſa & morbus, ſymptomataque vrgeant, aut diuerſi adſint morbi, & inter ſe contrarii, tunc diligenter conſiderandũ eſt quid, a quo, quid ante quid, quid cum quo, & quid poſt quid peragi debeat. de quibus omnibus ſi nunc exacte ſermonem habere uellem, quæcumque a Galeno in methodis ſcripta ſunt, colligere opus eſſet, nec inexercitato adhuc ſufficeret. Nam ſicuti ex viginti quattuor litterarum variata interſe mutua connexione infinitus fere uocum numerus efficitur, de quibus ſingulis, qui combinare docent, non tractant, ſed illas iuditio diſcentium, cum exercitati fuerint, remittunt: ita cum ultra triginta morbos ſimplices lib. de differentiis morborum a Galeno enumerentur, ſi ſecundum diuerſitatem eorum ſimul cõplicentur, infinitæ prope differentiæ ex connexionibus eorũ variis producuntur, quæ limites omnes Methodi tranſcẽdunt;

&

& eas proſequi uelle, confuſionē potius faceret, q; doctrinā. eoq; magis ꝙ idem morbi genus curationem variam expoſtulat, non ſolum rōe ſuarum cauſarum, temporū, & ſymptomatū, ſed etiā propter ægrotantiū ſexum, ętatē, tēperaturā, conſuetudinē, anni tēpus, & alias indicationes. Quapropter nec in facultatibus harum aquarū deſcribendis ægrotantes illos recenſebo, quos ego vſu illarū curaui, tum ne de me ipſo hiſtoriā texere videar, tum etiam, ne multorum amicorum, maximeq; Illuſtrium virorum, & Matronarum nomina in vulgus producendo, calamitatum ſuarum præco exiſtam (pudet enim unumquemq; non modo præſentis, ſed etiam antiquæ ſuæ miſeriæ). Nec ſingula proſequar, quibus & ratio & experientia docet has aquas conuenire, tum quia nimis tedioſum & inartificioſum eſſet, tum quod etiam, cum prope infinita exiſtant, neceſſario multa omitterentur, quæ hic uel ille Medicus ſe expertum fuiſſe teſtaretur. Nuper ſi quidem cum enarraſſem amico Medico, qua Methodo ductus ego luem Gallicam potu huius aquæ curare incepiſſem; cum æger ſolita remedia honoris ſui nominis cauſa renueret; euacuata. s. prius plethoria ex ſanguinis miſſione, cacochimyaq; ex purgatione, poſtea per vrinam hac aqua diutius expurgatis omnibus, quæ in venis cōtinebantur, vltimo epota aqua ſtatim exercere ſe ſe vehementer vmbratili armorum meditatione iuuenem faciebam; donec ſudor abunde profflueret, quod in lecto calido poſtea copioſius ēt exequebatur. Sic .n. primo venoſum genus omne, deinde carnoſum euacuabam, & alterabā, hepatiſq; intemperiem corrigebam, & contagium extinguebatur. eadem ratione motus & ille, longam tertianam notham curare hac aqua aggreſſus eſt, teſtimonio etiam Plinii l. 31. cap. 2. multaſq; poſtea etiam continuas ſanauit. quod de aqua ſimplici ab Hippocrate. Galenoq, antiquitus, nuperrimeq; a Patinio meo & ratione & experientia in ſe ipſo ſcriptum fuit: Nam quod ab aliquibus non concedatur, niſi maxime concoctis humoribus; Galenus tamen 9. meth. *16.* dicit cum iam mediocriter (non dicit exacte) concocti humores eſſent. Et quod ii meth. nono

R 2 dicit

dicit ipſius febris frigidam epotam perpetuo eſſe remedium, non tamen putreſcentium humorum per aluum, urinas, uel ſudorem euacuandorum, aquis noſtris maxime accommodatum eſſe videtur, quæ hoc habent peculiare, ut per vrinas copioſius ſanguinis excrementa omnia expurgent. Nomenclatoris igitur officio derelicto tam in ægrotantibus, quam in morbis ſingulis recenſendis, quibus aquæ noſtræ vſui fuerunt, ventriculi ſolum, & hepatis exemplo propoſito, quibus mirum in modum experientia quotidie docet has aquas conferre, in ceteris ſe ſe exercere alios permittam; vt proprio Marte aliquid adinueniſſe ceteri quoq; lætentur & gaudeant.

VENTRICVLVS.

CVM Ventriculus ſit membrum inſtrumentale, ad concoctionem cibi pro vniuerſo corpore nutriẽdo factum, omnia morborum genera pati poteſt, & vt inſtrumentũ eſt, & ut ſimilaribus partibus conſtat. Quibus omnibus aquæ returbianę conferre poſſunt. Intemperiei ſiquidem calidæ (vt a ſimplicioribus ordiamur) conferet aqua tertii fontis, ſi actu frigida copioſius bibatur; quia propter copiam breui deſcendet, & quæ potentia in illa ſunt calidiora, non poterunt tam ſubito ad actum deduci, nec niſi notabili tẽporis interuallo imprimere queunt ſuas qualitates; Quare plus aget actualis frigiditas, quam poſſit potentialis caliditas. Nec interim de eius frigiditate verendum eſt, ne noxam aliquam inde partes vicinæ contrahant, cũ breui hæc actualis frigiditas ceſſet, ceteræ autem facultates corroborantes diutius poſtea perdurent. Frigiditati uero præternaturali per ſe conducet magis aqua primi fontis, ſed etiam maxime tertii, ſi bibatur actu calida, ut quæ inſunt poteſtate calida cito ad actum perduci poſſint a calore ventriculi, adiuto ab actuali aquarum caliditate: bibaturque in modica quantitate, ne ſubito a uentriculo deſcendat, ſed diutius immorando agere poſſint in eius ſubſtantiam, quæ calida continentur amica

valde

valde naturæ uentriculi, qui etiam dum ſanus eſt, foueri deſiderat,& auxiliari potiſſimum in concoctione, quæ per calidum fieri ſolet. Eadem ratione humida intemperies uentriculi curabitur,ſi moderata quantitas aſſumatur aquæ primi fontis, uel etiam tertii, ratione potentialis ſiccitatis contentorum, quæ etiã melius aget, ſi bene calida potetur. Et quamuis Galenus dixerit libro ſeptimo Meth.cap.9.quod humida intemperies ſiue ſola conſiſtat, ſiue cum calore frigoreue coniuncta ſit, facillime omnium curatur: de facile parabilibus medicamentis potius intelligendum eſt, quam ex natura ipſius curationis: Quia tam in aliis medicamentis, quam in hac aqua, uera potius eſt eiuſdem ſententia huic oppoſita cap.5.libri. Quod facillime quidẽ ad curandum alterationes ſunt, quæ ex calido & frigido conſiſtunt: propterea quod maxime actiuis qualitatibus corrigũtur. Aegrius curantur,quæ in humido ſiccoque habentur,quod imbecillis, & (vt ſic dicam) magis materialibus qualitatibus eorum perficitur: potiſſimumque cum humectandum eſſe requiritur. In mala autem temperatura ſicca conueniet aqua tertii fontis tepida aſſumpta; cum intenſe qualitates actiuæ ſiccitatem potius inducant, frigida conſtringendo & exprimendo, calida reſoluendo & conſumendo: nec in modica quantitate, ut; cum non multum immoretur,magis agat aquæ humiditas, quã mineralium ſiccitas. longoque vſu huius aquæ opus erit, ſi utilitas percipi debet in humectando. Quinimo, tametſi aliæ quoque intemperies; ſi ualidæ ſint, difficulter curantur, ſiccitas tamen, ſi ualidior fuerit, & ad ſolidam ſimilarium partium ſubſtantiam uſque pertigerit; cum idem hoc ſit in ægris, quod ſenium in ſanis; maraſmum inducit, & cum cibis potius boni ſucci, quam medicamentis indigeat, quod nihil ſolida uere humectet, niſi nutrimentum, incurabilis & naturæ, & Medicis efficitur: Quare uitam quidem illis producere, ſed non ſanare poteſt hæc aqua, nec vllum aliud medicamentum: cum aqua ſolum celeriorem humidi ſubſtantifici conſumptionem prohibeat,& per accidens potius, quam per ſe, ſolidas partes,ut me-

dicamentum humectet; Quia ſi diutius perduret ſicca intemperies, neceſſario & frigiditas præternaturalis ſubſequitur, ob nutrimenti defectum, quod calidum eſſe conſtat; ſicuti & de aliis intemperiebus ſtatuit Galenus ſexto Tuend. ſanit. 2. Quapropter grauiſſima peſſimaque omnium eſſe ſolet hæc coniugatio intemperierum, ſi ad ſummum ambæ fuerint reductæ, & multo etiam minus, quam ſola ſiccitas curari poſſunt. Quod ſi frigiditas hæc fuerit remiſſior ſiccitate, conueniet aqua tertii fontis calida; quia caliditas actualis poterit quidem frigiditatem curare, ſed cum breui euaneſcat, ſiccitatem non adauget; eoque magis, ſi non exigua quantitas offeratur: cum ſic prætertlabendo humiditas aquæ derelinquatur, mineralium tamen ſiccitas potentialis, uix ad actum reducta, ne quidem uix potuerit incipere ſuum opus. Si uero præter naturalis frigiditas fuerit intenſior, in mediocri quantitate debet offerri aqua etiam primi fontis, ita ut medium ſit opus inter potentiale calidum, & actuale humidum. Sitque tamen actu moderate calida; quia hoc frigiditatem curabit, & ſiccitatem non augebit. Verum ſi ſiccitate ſimul & caliditate laboret uentriculus, largius bibere expediet aquam tertii fontis, ut breui tranſiens potius actu, quam potentia agat. ſed tepida magis conueniet, cum actiuæ qualitates potentes ſiccitatem augeant. Quod ſi intemperies calida ſiccam exuperet, eiuſdem fontis copioſiorem frigidam bibere opus erit; cum ſiccitati ſat ſit humiditas aquæ tranſitu derelicta, caliditas autem maiora expoſtulet. ſin autem multa ſiccitate, modica uero caliditate uentriculus afficiatur, tertii fontis aqua erit offerenda, & ſatis copioſe; ne immorando contenta multum agant; ſed aquæ humiditas derelicta iuuet, abſque actiuarum qualitatum timore. E contra ſane ſi frigida & humida intemperie ſimul afficiatur uentriculus, quæcumque harum ſuperet, conuenit & ſemper aqua, ſed magis primi fontis, calida quam multum, ſed in moderata quantitate; vt cito ad actum ducatur caliditas & ſiccitas mineralium, diutiuſque in illo perdurari poſ-

ſit.

ſit. Sed enim ſi cum humida intemperie coniuncta ſit caliditas, tertii porro fontis aqua magis conueniet, quam primi; ſed perpendendum erit, vtra harum ſit maior. Nam ſi humiditas caliditatem ſuperet, ſatius erit eam frigidam bibere, ſed in modica quantitate, vt actu frigiditatem imprimat primo occurſu, & diutius contenta ſiccitas potentialis agere poſſit, caliditas autem non æque, ob contrarium præoccupans. Si vero caliditate magis afficiatur ventriculus, quam humiditate, & frigidiorem & copioſiorem ingerere conueniet, vt ei magis attendamus, quod magis lædit: Sed hoc rariſſime contingit, quia intemperies calida diutius perdurans uehementior humiditatem abſumit, niſi aliunde humiditati uis ſuggeratur, ex præſentia alicuius materiæ humidioris. Si igitur humor aliquis exiſtens aut in cauitatibus ventriculi, aut tunicis eius adhærens, & altius impactus, iugi ſuo contactu uel humiditatem, uel aliquam aliam qualitatem in uentriculi ſubſtantiam imprimat, adeoquod uel ſupra cauſam ſui ipſius addat, uel inde ſequatur, quod multis contingit, vt quocumque fere tempore, ſed mane potiſſimum, magna aquæ (ut uerius dicam) quam ſaliuæ copia ab ore egrediatur diuerſis ſaporibus prædita, ſed præcipue aut inſipida, aut acidiuſcula exiſtens; euacuationem prius materiæ natura rei indicat, deinde intemperiei correctionem; niſi forte utrumque etiam ſimul præſtare poſſe hanc aquam iudicemus. euacuabitur quippe hic humor tum aliis medicamentis, tum etiam potu huius aquæ, quæ non modo copia ſua largiori per uentriculum prolabens; in tranſitu ſecum abluit, quæcumq; in cauitate adinuenit; ſed etiã ſecundis mineralium qualitatibus agens, non ſolum reſoluit, & conſumit, quæcunque exiccari & conſumi poſſunt; ſed inſuper abradit & abſtergit ea, quæ uentriculi tunicis infarcta & impacta exiſtunt. Quæ tametſi uiſcida & lenta fuerint, aut craſſa duraque euaſerint, & ob id hæreant tenacius, minuſque facile abſtergi poſſint: non deſunt mineralium facultates incidentes, attenuantes,

fundentes

fundentes, & emollientes, quæ materias omnes præparent, & eductioni faciles reddant. Et ſi qui ſinus occluſi & contracti fuerint, in quibus materiæ contineantur, tunicæue condenſatæ & tenſiores redditæ, quæ humores egredi nõ permittant, adſunt in aquis ea, quæ reſerare & aperire, rarefacere & laxare poſſunt; eoq; magis ſi actu calida bibatur aqua tam primi, quam tertii quoque fontis, & in moderata quantitate. Quibus omnibus nihil eſt quod impedimento eſſe poſsit ad uentriculum omni genere materierum expurgandum & mundificandum; uel per ſuperius uomitum irritando, breui poſt aquæ aſſumptionẽ, antequam a uentriculo deſcendat, ſed ſolum poſteaquam humores potuerint a facultatibus mineralium abſtergi, & ad expulſionem præparari; quæ uia omnium aliarũ tutiſſima exiſtit, non ita per uentrem euacuando, ne aut tranſitu ſuo materiæ illæ prauæ læſionem aliquam inteſtinis inferant, aut alicubi impactæ difficilius purgari poſſint. quod multo magis timendum eſt, ſi per vrinam ducantur, cum uia ſit longior, & per nobiliores partes fiat tranſitus. Quare in hoc caſu longe tutius eſt per uomitum materias iſtas in uentriculo exiſtentes expurgare, uel aliquo pharmaco per ſeceſſum prius illas educere. Ceterum nihil aut parum præſtarent hæ aquæ, quod & ceteris medicamentis commune non eſſet, ſi tantummodo euacuarent materias in ventriculo contentas, & non prohiberent alias denuo aut ibi regenerari, aut aliunde tranſmitti. Quapropter harum aquarum hæc ſumma eſt, & præ ceteris omnium medicamentorum generibus præcipua veraque laus; quod non ſolum euacuant materias cuiuſcumque generis in uentriculo contentas. Sed etiam ventriculi iam dictas intemperies corrigendo, quæ materias illas procreant, & naturales omnes uentriculi facultates corroborando, earum generationem prohibent. Et ſi quæ alibi generantur, & ad uentriculũ fluunt nõ ſolum alio diuertunt, & per urinas euacuant, ſed etiam affectos locos materiam ad ventriculum tranſmittentes curando, omnem penitus indicatiouem abſoluunt, & radices omnes morborum extirpant.

Con-

ventriculum tranſmittentes curando, omnem penitus indicationem abſoluunt;& radices oẽs morborum extirpãt. contingit aũt materias ad vẽtriculũ prolabi aut à toto corpore,plethorica diſpoſitione repleto, cacochymiaue referto, aut ab aliqua parte ĩſigniore affecta. Totius corporis plethoria cacochymiaq;, factis prius debitis euacuationibus uel per ſanguinis miſſionem, vel per conuenientem purgationem; tolli poterit, ab hac aqua per vrinam ſuperfluitates omnes totius venoſi generis non ſolũ copia ſua abluendo & euacuando,ſed etiã qualitatibus abſtergendo & expurgando; prætereaq; ventriculum roborando (quod potiſſimum in omnibus eius affectionibus exiſtit) ne amplius fluxiones huiuſcemodi recipiat. Repleri autẽ corpus vniuerſum vſuuenire ſolet,cùm vel copioſiore cibo aſſumpto, vel exercitio omiſſo,intus retinentur ſuperfluitates:uel membro aliquo obtruncato,ꝙ in eius nutrimentum cedere ſolebat, in vniuerſum nunc colligitur, vel retentis aliquibus euacuationibus ſolitis,vt mulieribus ſanguinis menſtrui,viris hemorrhoidum,vtriſq; fluxus nariũ,vẽtris,aut vomitus,aut morbo aliquo antiquo ſanato, vt eſt vlcus antiquum, aut alterius membri periodica vexatione ceſſante, ad ventriculum facta ſit tranſmutatio. Membra autem inſigniora affecta, quæ ſolent aliquando ad ventriculum materias protrudere ſunt multa, vt eſt caput, Iecur, ſplen, vterus, & ſimilia, cum plus iuſto excrementis ſolitis exuperant. De quarum omnium curatione per has aquas facienda tractare nimis longum foret. Nunc ad ventriculi proprias affectiones reuertentes dicamus: ſæpiſſimè quoq; contingere, illiſq; potiſſimum, qui aut literarum ſtudiis incumbunt, aut rebus publicis priuatisue adminiſtrandis diligenter operam dant, vt cum poſt cibum ſtatim, & aliquando etiam inter edendum, vel ſoli ſecum ipſi mente aliquid altius agitant, vel cum aliis tractant, aut legunt, aut ſcribunt; ſpiritus ad huiuſmodi operationes diuertantur à coctione cibi aſſumpti, & ventriculus calore ſolito deſtitutus debilitatur, & cum non poſſit probe, uel niſi tarde, ingeſta concoquere, cruditates copioſe generat, flatus multos

S exci-

excitat,qui uel per ructus & crepitus ventris egrediuntur, & faſtidio ſunt omnibus;vel retenti inflationes ſtomachi, & hypochondriorum,dolores,tormina,& angores in ſtomacho inducere ſolent.& cum illa pars neruoſa multum & ſenſibilis ualde a natura ſit facta; vt cibi & potus egeſtatem pro vniuerſo corpore ſentire & appetere poſſit, ex eius læſione cordis morſus, animi deliquia, multaque alia grauiſſima ſymptomata aliquando accidere ſolent, ac ſi cor ipſum vitæ fons poteretur: ob id & antiquis & nobis pars hæc cor ſolet appellari, & eius paſſio cardialgia. Quibus omnibus ſuccurere poſſunt aquæ tam tertii fontis, quam primi, calidæ, vel frigidæ epotæ, vt res exigere videbitur, flatus diſcutiendo, calorem innatum fouendo, & vegetiorem reddendo; humores acres, ſi qui mordicat os ventriculi, euacuando, ſtomachi ſenſum triſtem ſedando; ſubſtantiam ipſius ventriculi laxam & raram corrugando & conſtringendo, omnemq; eius vim corroborando. Appetitum etiam vel penitus deiectum, uel languidum, vel ad alienas qualitates, ſuperfluamque quantitatem deprauatum emendare poſſunt. Nam ſi deperditus eſt vel diminutus appetitus propter oris ventriculi ablatam uel imminutam ſenſationem ex præſentia aliquorum humorum ipſam impedientiū, qui vel ibi geniti ſint,uel aliunde tranſmittantur, eos reſoluit & euacuat,vt dictum eſt,huius aquæ potus: tametſi .n. ſulfur in ea inſit,quod relaxare ventriculum ab omnibus dicitur; hoc euenit, ſi ſolum exiſtit, ſed in hoc adeſt alumen, argentum, ferrum, & aurum ſuperantia illius relaxationem, & ualde potius corroborantia, appetitumque ſua adſtrictione inducentia: adeo vt multis, quæ dudum fere deſperata erat appetentia,huius aquæ potu vno aut altero die fuerit reſtituta,magiſq; poſtea confirmata: ſi verò non ſit appetentia, quia partes longinquæ repletæ non trahunt,vel vicinæ obſtructæ, & infarctæ non exſugunt à ventriculo; & longinquas partes euacuat per halitum & per vrinam hæc aqua;& vicinas ventriculo venas deobſtruit, & infarctu liberat, abſtergendo vitioſos humores contentos:

dum

dum per illas pertranſit, & ad vrinam ſecum omnia deducit. Quod ſi alienæ qualitates appetantur, vt euenire ſolet vtero gerentibus, dum picatione & malacia primis menſibus laborãt, aliiſq; multis tam pueris,q; viris,puelliſq;, vel vehementiæ modum excedens,fiat canina fames,quæ adeo aliquando increbreſcit,vt ad bulimũ tranſeat;cum hæc omnia fiant vel a lumbricis inteſtinorũ,vel a prauis humoribus os ventriculi infeſtantibus, curabuntur potu harum aquarum,vt dictum eſt: cauendum tamen ne aborſus nimio potu inducatur. Tot pariter ac talia ſymptomata uentriculo accidere ſolent circa potum, quot qualiaq; circa cibum contingere diximus. Quæ & ipſa a ſimili cauſa in genere efficiuntur, ſed contrariæ qualitatis, ſalſæ ſiquidem & acrioris materiæ ſtomachum lædentis. Quod ab aqua tertii fontis frigida epota curabitur, niſi ad tabitudinis genus aliquod, uel diabetis inſequatur: nam ob fixam eorum ſiccitatem difficillime curari poteſt. ſitim autem illam inexhauſtam, propter quam ſe non nullos mori uidiſſe narrat Galenus primo Sympt. cauſis ſeptimo aut uino potentiſſimo, aut in quo vipera extincta fuerat epoto; aut marina aqua, ſimiliue alia re diutius bibita, aut purgante pharmaco acriori ſumpto excitatam, potus harum aquarum curabit. ſicuti & quæcunque alia morborum genera per conſenſum ore uentriculi affecto accidere poſſunt; ut Grammatico illi apud Galenum eueniebat, qui quotieſcunque uel nimis uehementer cogitaret, aut doceret, aut iraſceretur, aut inediam ſuſtineret, comitiali morbo corripiebatur: Aliis autem capitis dolores, aurium ſtrepitus; oculorum ſpectra; cordis morſus, uertigines, deliria, incubi, ſopores, & melancholiæ uentriculi uitio accidere ſolent; quo huius aquæ potu curato, ceſſabunt omnia. Nauſeam quoque, & ſtomachi ſubuerſionem, ac uomitum, uel naturæ ſit opus, uel ſymptoma; uel ingeſtorum uitio fiat, uel ibi genitorum, aliundeue tranſmiſſorum, aut retentricis ipſius debilitate,cuiuſcumq; generis ſit illud,quod euomitur,dummodo

ex letalibus nõ exiſtat, curabit huius aquæ potus, cauſam tollendo. Niſi forte ſatius eſſe quis uelit eo vti æſtate ad euacuandum, hyeme vero ad reuellendum, cum vtrunque Hippocraticum exiſtat, non contrarium. Singultum quoque vomitu violentiorem, & conuulſioni adſimilem, vel a frigiditate uel a repletione, uel a tertia cauſa genitum. i. mordacitate fumorum acrium, curare poteſt hæc aqua, verum ſi ad maximam inanitionem ſequatur, ut de ſiti quoq; , & marasmode dictum eſt, curationem non admittit. Inteſtinorum affectiones ventriculi culpa genitas epota hæc aqua pariter curat, vt colicas, & iliatas, torſiones omnes, ex intimis eorum anfractibus tam fæces, quam humores, aut flatus eiiciendo; vermes tam latos, quam rotundos, tam proceros, quam exiles & necat qualitatibus contrariis, & abſterſione educit.: eademq; vi eorum generationi reſiſtit, materias pituitoſas auferendo, & coctionẽ ventriculi roborãdo. obſtructiones quoq; multiplicis generis pati ſolet ventriculus, vt in gula, per quam ab ore deſcendit ad ipſum cibus & potus: in neruis à cerebro vim ſentiendi deferentibus: in uiis a ſplene, pro acido humore ad appetitum factis: in piloro, qua tranſit chylus ad inteſtina: in venis miſeraicis, per quas exſugitur ſuccus ab hepate: & in venis ab hepate ſanguinem ad ventriculum nutriendum continuo deferentibus, & non nunquam etiam bilem à natura expurgatam, ſicuti & in meatu cyſtis fellis ad ieiunum, & aliquando etiam ad fundum ventriculi tendente, Quæ obſtructiones omnes, cũ ab attenuantibus, incidentibus, & abſtergentibus curentur, ab aquis tam primi, q̃; tertii fontis calidis curabuntur. Sicuti etiam ſoluentur durities omnes factæ in ventriculo ex materiebus craſſis altius in ſubſtã tiam ipſarum tunicarum impactis, ex quibus etiam fieri ſolent largiori nomine apoſtemata ſtomachi antiqua appellata; ob facultates miſtas emollientium & reſoluentium mineralium in aquis præcipue primi fontis exiſtentium. Accidunt quoque ventriculo læſiones in quattuor facultatibus naturalibus, attractrice videlicet, concoctrice, retẽtrice, & expultrice;

cum

cum uel nihil omnino, uel diminute ualde, uel pluſquam par ſit, uel alio modo quam conueniat agunt ſingulæ: Et hoc uel uitio facultatis ipſius, dum reſoluta eſt, aut aggrauata, aut ad alia diuertitur; uel inſtrumenti culpa ob malam ſuam compoſitionem, uel intemperaturam quamcumque uehementem, uel ob alterius membri conſenſum. Quorum cauſa, præter enarrata, multa alia ſymptomata euenire ſolent; ſicuti & tumores multi præter naturam; & ſolutiones continui uel ab excoriationibus, uel ab vlceribus factæ, quæ omnia, ne tedio ſim in ſingulis recenſendis, potu harum aquarum uel perfecte curari, uel ad melius ſaltem reduci poſſe cognoſcent, quicunque rationali Methodo indicationes curatiuas elicere, & facultates aquarum illis accommodare ſcient. quod etiam de affectionibus hepatis eueniet.

HEPAR.

CVM iecur ideo a natura factum ſit, ut cibum in ſanguinem permutet, non ſolum eius caro prædita eſt hac facultate ſanguificandi, ſed etiam uaſa habuit, per quæ cibum attrahat ab inteſtinis, quæ ſunt meſenterii venæ, in portam coaleſcentes, in cauum iecinoris; & ſanguinem per vniuerſum corpus diſtribuat, quæ eſt uena caua, per gibbum hepatis tranſiens. & quia in ſanguinis generatione non omnes partes ſunt ſimiles, ſed aliquæ tenuiores, & aliquæ craſſiores, quod tenuius bilioſumq; adeſt, a cyſti fellea attrahitur, & per inteſtina expellitur, fæculentum vero & melancholicum a ſplene, & per hemorrhoidas, ſi exuperat, euacuatur. aquoſitas autem, ad perducendum ſanguinem per hepatis uenulas cibis ex potu commiſta, a renibus attrahitur, & per veſicam expurgatur. Reliqum vero ſanguinis optimi per uenas ad ſingulas noſtri corporis partes nutriendas defertur. Quare tum horum omnium cauſa lædi poteſt iecur, & ut membrum eſt inſtrumentale, & ut ex ſimilaribus compoſitum eſt; tumq; omnibus iſtis iecur malorum cauſa eſſe poteſt.

teſt. Singulis autem curatio fiet potu harum aquarum. Intemperies ſiquidē calida iecinoris curabitur, vt de ventriculo quoque diximus, largo potu aquarum tertii fontis; tametſi enim foſſilia calida inſint, tamen potius iuuant ad aquæ diſtributionē & penetrationem a ventriculo ad iecur, ſine quibus quam pluri mo tempore in hypochondriis maneret, ut dicit Gal.4.acut.5. de mulſa aquæ commiſta in cauſone, ab Hippocrate propinata. refrigeratur autem iecur ſupercalefactum ab aqua iſta temperata, vti feruens aqua admiſtione temperatæ remittitur. Frigiditas autem non tam largo potu indiget, vt diutius permanendo, quæ potentiam calefaciendi habent, admiſta imprimere poſſint eius facultates; Quare & primi fontis aqua magis conueniret; ſicuti & in humiditate vel ſola, uel cum frigiditate coniuncta; ob copio ſiora contenta foſſilia calida & ſicca; Si vero caliditas humiditati adiungatur, tertii fontis aqua non omittatur; ob proportionem quandam, quam habet cum hepatis ſubſtantia, ut de cicorio dicit Galenus 8. per locos 8. multo tamen magis conferet ſiccæ intemperiei ſiue ſola exiſtat, ſiue cum caliditate frigiditateue copuletur: Verum quidem eſt quod cum frigiditate minus copioſe eſt bibenda, cum caliditate uero largiſſime eſt haurienda; ut citius pertranſiens aquæ magis, quam mineralium imprimat qualitates. ſemper tamen adſtrictionem illam derelinquit, quæ robur uiſceri addit, ut aduerſus Attalum docuit Galenus 13. Methodi 15. At ſi humor aliquis intemperiem foueat, (vt ferè ſemper contingere ſolet propter multiplicem eorum in hepate generationem) præter intemperiem, aliud etiam morbi genus iecur adiunctum habebit: a bile ſiquidem repletur, a melancholia induratur, a ſeroſitate putreſcit, ab aſſumptis uarie immutatur, & a pituita tranſmiſſa obſtruitur. Aqua autem hæc bilem ab hepate detergit, & ueluti manu cyſtim felleam euacuat. melancholicum ſuccum fundit, lieniſque ſordes, tumoreſq; induratos liquefacit, & purgat, ſeroſitates omnes uix egredientes, ſecum producit, & a putredine præſeruat: ciborum excrementa omnia deponit; & lentas pituitæ craſſities

ties diſſecat & abſtergit, meſenterium & lactes infarctu liberat,& uentriculum ne quid noui regeneret corroborando ſanat. Euenit autem, ſi prius corpus expurgatum non fuerit, vt hæc aqua primis diebus aluum ſubducat, nimirum quando materiæ iſtæ ne dum in uenis meſeraicis, ſed etiam in uenis portæ per ſimas hepatis partes fuerint diffuſæ; facilius enim per inteſtina ad ſeceſſum hæ trudi ſolent; (per eaſdem uias, per quas ad iecur pertigerit, retrocedente aqua) verum ſi altius in gibbis partibus & in ſubſtantia hepatis fuerint impactæ, aqua vlterius procedens, & ab hepate in uenam cauam prolabens, quaqua tranſit, reſerat occluſa, laxat tenſa, ſecat craſſa, tergit viſcida, emollit dura, diſcutit flatuoſa, rarefacit denſa, attrahit impacta, & non ſola ſua quantitate, ut communis fere omnium ſententia exiſtit, aut pondere, per uenam cauam ad renes, indeq; ad ueſicam per lotium deſcendit; quin & aſcendit, non ſolum ab inteſtinis ad iecur, per emulgentes attracta; ſed etiam a iecore per uenam cauam, attractrice venarum & ſolidarum partium vi, ad cor, ad pulmones, ad iugula, ad manus, & ad caput uſque aſcendit: Proinde multis, largo thermarum potu, aqua non euacuata, adeo intumeſcit facies, ut figura immutetur, & anuli integantur cute, vt ſcribit Plinius libri trigeſimi primi cap. ſexto. & quæ ad crura deſcenderat, ad renes omnis aſcendit, trahente renum facultate a toto corpore aquoſos humores per uenas, ueluti arbores a terra per radices. quod maxime in diabete cognoſcitur, affatim plus iuſto attractis feroſis humiditatibus, non copia aut pondere profluentibus. Quiſquis igitur humor in hepate ſuperexcreuerit, uel quia, ut par eſſet, per uias ſolitas non eſt expurgatus; uel quia ab aliqua parte, ut ab vtero, uel etiam a toto, ut de uentriculo dictum eſt, fuerit tranſmiſſus; & vel in uenulis per ſubſtantiam hepatis diſperſis infarctus extiterit obſtructionem pariens; uel in carnes eius etiam per globos diffuſus, aut tumorem quemcunq;

præter

præter naturam faciens, aut ob prohibitam tranſpirationem, ſuamque putreſcibilem humiditatem, & viſceris, in quo continetur, naturalem caliditatem & humiditatem ibi coruptus, viſcus etiam totum inficiat & computreſcere faciat; ut uidi ego aliquando globulos ſubſtantiæ ipſius hepatis, non ſanguinem concretum, & durum, in hepaticis fluxionibus malignis excretum fuiſſe; euacuat hæc aqua, non ſola humiditate ſua actuali dum prolabitur, ſe illis commiſcendo, & ſecum illa deferendo & abluendo; ſed etiam abſterſoria ui ſua, & attractrice, nedum e cauitatibus, ſed etiam a carnibus ipſis humores extrahit, & expurgat. Qua ratione etiam ſi quis malus humor ab hepate fuerit genitus, & uel per totum corpus, uel ad aliquam partem tranſmiſſus morbum faciat, iuuat hæc aqua, non modo prohibendo ne nouus humor regeneretur, qui morbum antiquum foueat: Sed iam factum etiam minuit, uel cauſam eius tollendo, vel eſſentiam deſtruendo. Quapropter curare poteſt ſcabiei genera omnia, puriginem, impetiginem, lepram, vitiliginem, elephantiaſim non confirmatam, quam Italia vix noſcit, ſeptentrionales autem gentes peſte ipſa peius expaueſcunt. Prohibet quoque eryſypelata, herpetes, rhagadas, præcipue in vola manus aduenientes, puſtulas, exanthemata, papulas, maculaſque omnes, & aurigines, ſeu icteritias ſolam cutem aliquando fædantes, aliquã do autem radicem tam alte figentes, vt in hac re nonnulli his aquis vitam ipſam acceptam referant. malum totius corporis ſubtumidi habitum; & fætorem, coloremque fædum emendat; Hydropes incipientes omnes, tam a frigida, quam a calida cauſa ortum habentes, curat. atrophias, & macies corporis colluuie malorum humorum ad aliquod principale viſcus genitas tollit. niſi diutius inueteratæ fuerint affectiones iſtæ; & penitus extinctus inſitus calor. ſicuti nanq; candela nuperrime extincta facile igni admoto ſubito accenditur, quod adhuc ſeruat igniculi fomites: ita reducuntur facile ad priſtinum membra naturalia; ſi ſubito curationem aggrediaris: inueterata uero, ſpe omni deſtituuntur. ſanant præterea noſtræ aquæ capitis externas affe-

ctiones uitio ſanguinis genitas, achores, furfures, alopecias, ēt a lue Gallica factas; fauos, meliceridas, vlcuſcula, ſerpenteſq; ophiaſes, internas quoq; ꝑ cōſenſum ab inferioribus partibus factas; cephalalgias, hemicraneas, īcubos, vertigines, oculorū viſiones, aurium tinnitus, vigilias, melancholias, torpores, mæſtitias, deſipientias, & deliramenta. Quo nomine & ad animi prudentiam, ingenii acumen, memoriæq; robur haud parum conducunt, cum mentem a corporis vaporibus eam offuſcantibus liberando, ſolertem magis & perſpicacem reddunt. Tonſillarū, columellæ, fauciumq; ardores mitigant; halitus oris fætidos, & reſpirationes graue olentes curant; raucedines vocis clarificant, aphtas, gingiuarumq, ſuperfluas humiditates abſumunt; vel ſi vaporibus eleuatis ob iecinoris caliditatem immediate fiant, vel ſi illis in capite prius collectis, poſteaq; in ſeroſas humiditates ad loca illa deſtillantes producantur: Sicuti & bronchocœlæ, deformes gutturis extuberantiæ, ſcrophulæq; fiunt. Quo pacto etiā iecinoris culpa deſtillationes multæ fieri ſolent ad ſubiectas thoracis partes, vt ad muſculos; & flatus, doloreſq; excitant; ad ſuccingentes membranas; & pleuritides interdum veras, ſæpius tamen nothas inducunt; ad cauitates ſeroſo humore eas replendo: ad tracheam, pulmoneſque ipſos, difficilemq; reſpirationem generando, propter obſtructionē brōchiorum quæ diuturnitate tꝑis, humore incraſſato, aut in crudū tuberculum, aut in grandini ſimiles durities conuertuntur: ꝙ ſi putredinē acquirant, aut venā aliq; pulmonis corrodunt, & ſanguinis tabidas expuitiones producunt, aut corpus ipſius pulmonis exulcerant, vel ſaltē longa ſua mora, putida qualitate inficiūt, & ad marcorē inducunt. Quæ oīa longe peiora fiunt, ſi cæcis ductibus a toto corpore malo ſanguine repleto materia ad pectoris capiacitates, aut pulmones ipſos fluat & penetret; ꝙ ſepiſſime contingere ſolet. Quibus omnibus adeo conferunt hæ aquæ, vt multi ēt equi aſthmatici (bolſi vulgo appellantur) primi fontis potu curati fuerint. contra Plinium l. 31. cap. 2. dicentem è cunctis animalium, hominū tātum cauſa, has aquas erumpere: cū &

T equis

equis conducant. Cordis quoq; palpitiones, huiuſmodi vaporibus ad dextrũ cordis ventriculum per maximam venam a vitiato ſanguine aſcendentibus; quorũ cauſa & in pericardio ſæpius aquoſus humor generatur, & cor ſuffocatur, & uires ſine cauſa exſoluuntur, potu harum aquarum, ſanguinem expurgantium, & ad contrarias vias omnia genera excrementorum diuertentium, curantur. ventriculi quoq; relata vitia multa ab hepate originem trahunt, maximeq; ſanguinis vomitus, mirachiales rugitus, cœliacæ paſſiones, & fluxus, potiſſimumq; vehemens ille & ferox motus, ſubito & copioſe tum ſuperne, tum inferne erumpentis bilis; quæ prius uel in ſuo folliculo, vel circa pancreas, vel ẽt in hepate diutius collecta fuerat. Quæ ſi tardius moueatur, dyſenterias, teneſmos, purulentas excretiones, diarrhœaſq; varias producit. Cruentas aũt deiectiones oẽs vel p circuitũ redeuntes, uel iugiter infeſtantes, ſicuti & hęmorrhoidũ intumeſcentias, dolores, & fluxiones oẽs, hepatis culpa fieri, & hac aqua ſanari, præſeruariq; ne fiant, certum eſt; euacuatis nimirum per vrinas humoribus hæc omnia inducentibus, & alteratis membris illa generantibus. Renum & veſicæ vitia nemo vertat in dubium, an huius aquæ potu curari poſſint, cum omnia ferè fiant ex malis humoribus ab hepate vel tranſmiſſis, vel ſaltem genitis, quos hæc aqua ad partes affectas non ſolum ducit (quod ſolum malum eſſet) ſed etiam educit; ſicuti & fluxus fluxu curatur, nimirum fluxu euacuatis materiebus fluxum facientibus. Sed hæc aqua non tantum educit humores præcedentes, & eorum præterea generationem prohibet, hepatis intemperiem illos generantem tollendo: ſed etiam iam genitum in renibus veſicaue morbum curat, eorum intemperies omnes, ſicuti & hepatis, ſanando; ſubſtantiamq; eorum, & uires omnes corroborando. Quare & diabetes hac aqua ſiſtitur. vrinæq; acredo & ſalſedo emendatur, purgatis humobus ſeroſitati ſanguinis commiſtis: ardorq; illius inducens cruciatum, & ſtillicidium, retunditur. Qua ſanè ratione & ſanguinis mictum, ſiue humorum culpa proueniat, ſiue uaſorum

rum

rum laxitate, ſiue etiam renum ipſorum debilitate curat hæc aqua, purgando, adſtringendo, & roborando. Capillamenta quoq, in vrinis genita, lenta Craſſaq; phlegmata obſtructiones tam in renibus, quam in vreteribus, & veſicæ oſtiolis, colloque facientia, quorum cauſa ſæpius urina ſupprimitur, aut ſaltem cum difficultate deſcendit, Quæq, ſunt arenularum; cœnoſæ fœculentiæ, calculorumque tam in renum ſubſtantia, & cauitatibus, quam in ueſica genitorum uera materia: Vnde & intenſiſsimi cruciatus nephritici ſæpiſſimè, & aliquando ne dum exulcerationes, uerum etiam inflammationes, abſceſſus, & vlcera utrobique generantur, quæ poſtea faciunt purulentas & fætidas vrinarum excretiones, curat maxima cum felicitate omnia potus huius aquæ; humores omnes euacuando, renes ab infarctu liberando, vias aperiendo, ſuppreſſam vrinam promouendo, viſcida diſſecando, dura comminuendo, ſordes purgando, ulcera abſtergendo, & cicatricem inducendo, membraq; mandantia curando; prætereaque & inuoluntarias tam vrinæ, quam ſeminis excretiones, genitalium diſtenſiones, & tentigines; Quin & eorum quoq; ne dum eneruationes, vietaſq; efflaceſcentias emendat, membra illa omnia corroborando; ſed etiam in utroq; ſexu aut ex lue venerea, aut alia de cauſa correptas prurigines, putredines, vlcuſcula, verrucas, & Thimos, in inguinibuſq; ortos bubones ſanare poteſt, humorū defluxum hæc omnia fouentē tollendo, & ablutione etiam ſeminariū contagii abolendo. Nam quod Baccius cæteriq; multi in morbo Gallico deteſtantur balnea naturalia, quia ex Montani ſententia affectio hæc ſit intemperies calida & ſicca iecinoris: de aquis noſtris non ualet; cum iam probatum ſit, ab illis intemperies iſtas iecinoris curari. ſed tota difficultas in ſeminario contagii fundatur, quod cum a forma quadam ſpecifica, ut & cetera venena, contrarium ſit humanæ naturæ; indiget etiam proprio antidoto & alexipharmaco formam illam deſtruente. verum cum

vlcera phagedænica, malignaq; ſi uero in uenis exiſtens occaſione aliqua igne,putredineq; corripiatur, cum duræ ſubſtantiæ & acrioris exiſtat, ad modum ferri candentis,quæcunq; contangit,colliquat,& abſumit; indeq; febres colliquatiuæ,& peſtilentiales generantur. ſin autem loco aliquo etiam a putredine immunis copioſus occludatur,uenenoſos vapores per corpus tranſmittit qui partium, quas attigerint, facultates maxime offendunt, & earum functiones penitus quoq; intercipiunt. vt uidemus contingere ſæpius mulieribus in acceſſionibus hyſtericis; eleuato nimirum vapore a ſanguine menſtruo in vtero diutius occluſo, qui malignam naturam adeptus, per ventrem rugitus & morſus excitat; ventriculum petens nauſeam inducit; diaphragma contangens, ſuffocationem parit, cor feriens, animi deliquia facit; fauces occupans, ſtrangulat;ad cerebrum aſcendens, ne dum mentem, & ſenſus lædit, ſed alias ſoporem attonitum,altiſſimumq; veternum inducit,quo tempore & pulſu fere deſtituuntur; alias furorem vterinum, cum garrulitate,& maniam ferinam, ac ſi dæmonis afflatum haberent, ex diuerſitate uaporum producit. Quibus omnibus potum huius aquæ conuenire nulli dubium eſſe poteſt, cum humores expellat, unde vapores iſti eleuantur, & hepatis intemperiem malorum humorum cauſam emendet; vterumq; ipſum, focum eorum, expurget. Qui natura quidem ſua poteſt omnia intemperiei genera pati,prætereaq; in formatione multipliciter lædi: quorum cauſa & menſtrua aut non fiunt,aut plura fiunt;& ſterilitates,irritiq; conceptus, & aborſus eueniunt. Sed vt plurimum uteri culpa hæc non fiunt, ſed humorum ad ipſum fluentium: Sicuti etiam vt plurimum viri infæcundum euanidumq; ſemen emittunt,non genitalium,ſed hepatis vitio,malum ſanguinem,ſeminis materiam, generantis. Ita & mulieres, quæ viragines ſunt, menſes modicos craſſoſq; ad uterum mittunt;quæ effæminatæ, nimis aquoſos & exangues: Quare ſi ſanguis ab hepate ad vterum tranſmittitur craſſus & viſcidus, cotylidonum obſtructiones,menſiumq; ſuppreſſiones,& inde ſterilitates fiunt. Si tenuis

ſit,

ſit,immoderata ſit mẽſium euacuatio,aut diutius, aut crebrius, aut non ſtatis circuitibus ſanguine egrediente. indeq; inflationes,mucores,lubricitatesq; vteri generantur;ligamenta relaxantur,& debilitantur; fætus exiles concipiuntur; aborſus ſæpius accidunt; & ſterilitates,inutileſq; conceptus,& molæ producũtur. Quod ſi in ſubſtantia alteretur ſanguis,fit vocatus fluor vterinus,& ſtillicidiũ muliebre, hiſq: affinis gonorrhæa, quæ haud ſecus mulieres,quam uiros exercet; Tumoreſq; fere omnes uteri,ſolutioneſq; cõtinui tam in ceruice,quam in cauitate ortæ ab hepate ortum trahunt; proindeq; omnia potu huius aquæ adeo ſanari queunt, ut ad ſpem ſobolis præcipue, nullum aliud remedii genus in re medica exiſtat tam rationi cõſonum, & experientia confirmatum. Podagra quoq;, chiragra, & arthritis ab hepate & uentriculo pendent:tametſi enim iuncturarum affectiones iſtæ non niſi ob neruorum imbecillitatem proueniãt; intermedio tamen tempore acceſſionum non infeſtantur ægrotantes, quamuis ſemper illis imbecillitas adſit: Sed ſolum tunc paſſio oritur, cum humores ad iuncturas fluunt. fluunt autem cum in corpore redundant, mala victus ratione ab hepate & ventriculo generati. vera igitur podagræ curatio eſt,corpus ab excrementis mundum conſeruare: quod maxime præſtat hæc aqua,non modo euacuando,ſed etiam diuertendo humores ad viam vrinæ,& naturam deſueſcendo a iuncturis. Prætereaque tam uentriculum, quam iecur, excrementorum primos fontes, caputq; intermedium influxionibus corroborat, ne ſuperfluos humores generent: iamq; defluxos reſoluunt, & iuncturarum neruis robur addunt, ne eorum defluxiones ſuſcipiant. Quin & acceſſionum tempore,cum freno indigẽt humores, ne impetu ad affectas partes moueantur, conuenit hæc aqua,magis per uenas omnes & ſanguinem penetrans, quam aqua ſimplex; minuſq; frigiditate neruoſas partes lædens; magis tamen humores omnes æquans,& conſumens. Quare non ſolum a podagræ ſanos præſeruare poteſt hæc aqua,ſed etiam ægrotantes curare, & ſymptomata mitigare: quod ei commune fere eſt in omni

morborum tam uentriculi, quam hepatis genere. Quemadmodum igitur ex intenſione remiſſioneq; quattuor uocum, apud muſicos facta ſunt tria genera harmoniæ, diatonicum, enharmonicum, & chromaticum; & quatuor modulationes Dorica, Phrygia, Lydia, & Aeolia, quibus diuerſimode inuicem complicatis, infinitæ reſultant apud ipſos conſonantiæ: Ita ex intenſione remiſſioneq; quatuor primarum qualitatum harum aquarum, ſcaturientium a tribus fontibus publicis Returbii, & quatruplici earum uſu potus, balnei, laconici, & illutationis, diuerſimode a medicis in curationibus cõnexis, ut ſequenti libro tractandum reſtat, infinitæ tam ægrotantibus, quam bene ualentibus utilitates orientur.

GALEACIO BRVGORAE

VIRO AMPLISS IVRISCONSVLTO
PRVDENTISS SENATORI OPT
AFFIDATOR ACADEMIAE PRINC
TICINI PRAETORI

GABRIEL FRASCATVS BRIXIENSIS
MEDICVS ACADEMICVS

TERTIVM DE LITVBIANIS AQVIS
SPONTE NASCENTIBVS
COMMENTARIVM

VT SIT PERPETVAE OBSERVANTIAE
MONIMENTVM
DD

GABRIELIS FRASCATI BRIXIENSIS MEDICI

DE AQVIS RETVRBII TICINENSIBVS

LIBER TERTIVS

PROOEMIVM

ETSI eam perpetuo ſcriptorum eſſe conditionem noui, vt ſæpius illos pœniteat ſtudiorum cauſa rem familiarem neglexiſſe, uoluptatibus caruiſſe, vitam in vigiliis, & laboribus conſumpſiſſe, cum ignarum huiuſmodi rerum, quæ ſtudiis comparantur, vulgus non ſolum eas non ſuſpiciat, ſed etiam ſpernat: leuiter eruditi, ut ceteris ſapientiores uideantur, uituperent: docti uero uel æmulatione taceant, uel ſi laudant, tam frigide illud faciant, vt tacere præſtitiſſet: fere tamen omnes ſi ex ſexcentis optime traditis vnum ſolum adinuenerint aut inchoatum, aut minus perfectum, hoc unum habent in ore, hoc inculcant, hoc omnibus oſtendunt: auctori vero ipſi, ne aut ſi poſſit, illud defendat, aut ſaltem emendet, ſi uelit, unquam indicare in animum inducunt: Ego tamen ſemper huius ero ſententiæ, ſolam vnius viri optimi beneuolentiam, & laudem ex ſcriptis acquiſitam, ceterorum omnium, qui aduerſentur, opinioni eſſe præferendam: hocq; vnum verum, & ſolidum laborum om-

nium præmium, præter uirtutem ipſam, ſtudioſis debere eſſe propoſitum: Cum vulgus imperitorum inani quadā aura ductum, quæ oculis ſolum illuſtria apparent, aureſq, demulcent, & turbam popularem in admirationem trahunt, omni applauſu laudare conſueuerit. at inuidia, naturalis quædam humanæ infirmitatis & ambitionis acceſſio, plerunq. facit, ut non modo ſuperiores, ſed ne pares quidem, præcipue coæuos, & æquales, aliqua laude florentes, ferre poſſimus: cum ipſorum gloriæ propinquitate noſtra attenuari, diminuiq; uideatur. Vir autem ſapiens ueritate ſola ducitur, nec inani rerum ſplendore trahitur, nec niſi propria fruitur uirtute: ac de auro & gemmis, quæ in luto ſint, non ex loco, ſed ex pretio exiſtimat. Quapropter apud Platonem, ingenii principem, atq. doctrinæ, ſolus ſapiens de iuſtitia decernit, cum ſolus iuſtus exiſtat, & ſolus laude dignus veram laudem afferre iudicetur. Ego igitur certo ſcio, me in Litubianarum aquarum facultate explicanda, uiribuſq. deſcribendis, cum pleriſq; amicis meis, id a me iam diu flagitantibus, tū uero clariſſimo uiro, & ſumma virtute ornatiſſimo, Galeacio Brugoræ gratum eſſe facturum. Is enim hoc tempore, præter Senatoriam dignitatem, Prætor eſt Ticini, & Affidatorum Academiæ noſtræ Princeps. qui cum Regi maximo propter ſummam integritatem, eximiam prudentiam, rerum omnium maximum vſum, charus ſemper fuerit: Summam auctoritatem in ampliſſimo ordine perpetuo obtinuerit: certior factus de noſtrarum aquarum admirabili, ſingulariq; uirtute, tantum abeſt vt locum ipſum, unde fontes noſtri emanant, deſpiciendum putarit; vt ipſemet & oppidum, & montem, & fontes omnes inuiſere primo quoq; tempore voluerit. & vero etiam ea experiri omnia, quæ de his aquis incredibilia propemodū dicebantur. quæ cum veriſſima compererit, dat ſedulo operam, ut & locus, & fontes, & aquæ, & cetera omnia ſarta, tectaq. ſeruentur. Cum enim pleriq; Ticinenſes, uiri nobiliſſimi, & diuitiis maxime affluentes pro animi magnitudine ampliſſimiſq; fortunis, magnum auri pondus hoc ad agendum, hoc eſt ad harum aquarum cultum,

tum, & nitorem obtulerint: animaduertit uir ſapientiſſimus, verendum eſſe, ne ſi priuato nomine hæc fiant, inter primarios viros diſſidia oriantur: contra vero, ſi ut ſenatuſconſulto, aut Regio nomine hæc curentur, ipſe ſtudeat, eſſe ex rei dignitate ſucceſſura. quæ cauſa me impulit, vt hos meos commentarios Potentiſſimo Regi, Excellentiſſimo Senatui, & Brugoræ Senatori prudentiſſimo, dicandos eſſe exiſtimarim. quod cenſeam, nihil perinde Reges, & eos, quorum conſilio, in regno adminiſtrando, prouinciiſq. regendis utuntur, decere, atq. Dei exemplo, cuius ſimulacra in terris ipſi ſunt, de hominum genere bene mereri: & Dei præclara hæc dona ad populorum utilitatem ab iniuriis vindicare, & commodiora ad humanos vſus etiam reddere. Quanquam autem hæ aquæ iam celeberrimæ omnibus ſint; earumq; laudes in ore omnium uerſentur, quia ſaluberrimæ omnibus cognoſcuntur: multa tamen adhuc in illis deſiderantur. non modo quia prima fere facie diſpiciendæ videntur; quod ſitu, atq. illuuie earum fontes uili, & ſordido loco iacentes, nec culti, nec nitidi ſunt: Sed etiam quia multa continue illis accidunt, de quibus paulo poſt agemus, quæ earum uires & immutant, & vero etiam corrumpunt. Ad hæc mala hoc accedit etiam, quod hoſpitia nulla ſunt, quo aduenæ pro dignitate poſſint diuertere: non locus publicus, non priuatus, in quo mortales aut lauent, aut luto illo ſalubri perſpergantur. non porticus, in quibus aut ob ingruentes ſubitò tempeſtates, ab iniuriis cœli ægrotantes ſe protegant, aut cum inter potandum deâbulare oporteat, cum Sol terras larga luce compleat, id facere in umbra poſſint, Locus tamen ipſe natura ſua ad habitandum iucundus, & voluptarius eſt. idq. non ſolum ob temperiem aeris, atq. clementiam, regionis amænitatem, & ſalubritatem, agrorum fertilitatem, & vbertatem, fructuum, & frugum cuiuſq. generis vim, & copiam; ſed etiam ob frugiferos colles, feraciſſimasque planities, frequentes uillas, oppida, ciuitates, & flumina, quæ de colle Realti tamquã e ſpecula, uſq. ad alpes Heluetiorum, & Gallicas pulcherrimo proſpectu, &

oculorum

occulorum delectatione circumſpiciuntur. Quod ægrotantibus ad animi hilaritatem, & ſenſuum oblectationem maximo eſſe vſui, medici omnes vno conſenſu prodiderunt. Erit hoc opus uere Heroicum, ſi exædificabitur, & ad hominum commoda aptabitur; magnificum etiam; & Regi, Senatui, & Prætori ad omnem æternitatem glorioſum.

CONSVLTATIO.

QVI noſtris temporibus Galeni doctrinam maximo mortalium damno hactenus obrutam, ad Medicinæ gloriam, & humani generis ſalutem e tenebris in lucem perduxerunt, ut ſcriptis eius in re Medica maiorem conſtituerent authoritatem, cæteriſq; aliis fidem omnem abrogarent; nihil laudandum iudicabant, niſi quod aut a Galeno propoſitũ eſſet; aut ex eius ſententia comprobari poſſet. Quod poſtea nõ recte factum eſſe uſus indicauit. In methodis ſiquidem tam iudicandi, quam curandi morbos, Galeno ſumma laus exiſtit: Sed in materia medicamentorum Arabibus fere omnia debemus. Quare, cum de thermis pauca admodum ille ſcripſerit, nõ ideo cum primis eius ſectæ fautoribus thermas negligere, aut vituperare debemus: cùm experientia comprobatum ſit, pleraq; morborum genera nullo alio remediorum auxilio melius ſanari poſſe. Verùm ſicuti Galenus dixit, Hippocratem uel non habuiſſe, uel neglexiſſe pulſuum cognitionem: Quorum ſcientiam poſtea dicit Galenus ad Poſth. 12. Qui sũt Hippocratẽ ſequuti, alio aliud addente, vſq; ad ſua tempora abſoluerunt: ita nobis de Thermis faciendum eſſet: eoq; magis quod de earum potu nihil ſcripſit Galenus: Quod enim 4. tuend. ſanit. 4. dicit: Non nulli ſunt, qui deiectoriis medicamentis, alii uomitoriis, aut vrinam, ſudoremue cientibus, aut uſu ſponte naſcentium aquarũ, vtiq; quibus aut ſulſuris, aut bituminis, aut nitri uis ineſt, vere uel autumno quotannis ſoliti ſunt excrementa euacuare, nihil inquam de potu illarum ſcripſit, vt cum Fallopio, & Baccio fere

omnes

omnes,qui de Thermis egerunt,aſſerere ſolent. Nam, cum tria ſint genera euacuationum,unũ a natura ſponte factum, per hæmorrhoides,menſes,& ſimilia; alterum ab arte, medicamentis aliquorſum euacuantibus;tertiũ per res non naturales, ut ſunt exercitia,frictiones,& reliqua.cum de primis dixiſſet Gal.ad ſecundas veniens,quæ fiunt vel per deiectionẽ,uel per uomitum, vel per urinã,uel per ſudorem,uel per inſenſibilem tranſpirationem;hanc euacuationem,per inſenſibilem tranſpirationem vſu ſponte naſcentium aquarum fieri a nonnullis uere uel autumno, dicit.quod intelligendum eſt per balnea. idcirco numerat ſolum ea, qua digerunt,ſulfur,bitumen,& nitrum; non quæ adſtringunt, ut alumen. Quod ſi ibi de Thermis in potu dixiſſet, idem prorſus repetiſſet. Nam Thermæ in potu aſſumptæ euacuant uel per deiectionem, uel per uomitum,uel per urinam, uel per ſudorem:Sed iam hæc omnia recenſuerat: Ergo illi reſtabat ut de inſenſibili ſolũ euacuatione diceret,quæ fit balneo; quemadmodum & 14.meth.7.dicit.balneum aquarum digerentium uniuerſum corpus euacuare,& 2.aph.17.euacuationẽ humorum omnium æqualiter facere. Et quamuis poſtea iterum de balneis mentionẽ faciat;de dulcis aquæ balneis loquitur,qui bus conſueti erãt oẽs antiqui quotidie ſemel,& bis vti;qꝫ eſt tertiũ genus euacuationis factę per res non naturales, ut eſt etiam exercitium, quod non fit ſolum uere & autumno a non nullis; ſed ferè ſemper ab omnibus. Supra autem loquitur de balneis mineralibus uere ſolum uel autumno quotannis a nonnullis euacuationis ex arte gratia factis.Neq; dicendum eſt,quod idem repetat:nam & ibidem uomitum ter poſuit: primo cum fit a natura ſola euacuante,vt etiam per hæmorrhoides, & menſes; ſecundo cum fit ui medicamentorum ab arte, ut etiam purgatio;Tertio cũ fit irritatione noſtra ſola, & conſuetudine,vt exercitiũ.Quare cum ſub diuerſo genere euacuationum ponantur, non idem repetit de vomitu nec de balneis. Sed neq; de balneis iſtis mineralibus, quod promiſerat, ſcripſit Galenus. Nam primo Simpl. 17. dixit quidem, ſi quippiam obſcurius dictum

fuerit

fuerit prius, ſe ad finem operis de illis adiicere uelle: Sed nihil tamen poſtea adiecit; forte pluribus incumbendo oblitus, ut etiam de febribus peſtilentibus fecit. Oblitus certe fuit tertio tuend. quarto ubi cum ita incepiſſet. Nunc de balneis agere tempeſtiuum uidetur: ac primum quidem de aquis dulcibus calefactis, ut quorum certior ſit uſus: mox de frigidis: poſtremo de iis, quas ſponte natas appellat. Sed cum de calidis & frigidis dixiſſet, ad laſſitudines diuertens, de aquis naturalibus nihil præterea aliud dixit, quam lib. 6. cap. 9. ſatius eſſe huiuſmodi aquas experientia diſcernere. Quapropter, cum tam ieiune materia hæc a Galeno tractata fuerit, ab eius libris petenda quidem non eſt Thermarum cognitio, aut uſus, ſed neq; quorundam conſilio duci debent ægrotantes, qui, ut apud rudem plebeculam nomen Medici acquirant, experimenta quædam ſua & ratione & methodo carentia uenditant. Sed ægrotantes ego omnes admoneo, & adhortor, ut ante omnia prius ſinguli conſulant Medicos ſuos; qui diligenter conſiderata eorum temperatura, affectione, & cauſa, præſcribant illis aquarum harum qualitatem, & quantitatem, tempus, & utendi modum: prætereaq; quę agere debent ægrotantes antequam ipſas aſſumant, interimq;, & poſtea etiam. De quibus omnibus hoc libro nobis agendum reſtat. Non enim ſat eſt nouiſſe quid præter alias communes contineant aquæ hæ Ticinenſes, quæ ue earum facultas exiſtat, quod duobus præcedentibus libris oſtendimus: Sed operæ pretium eſt, ſcire modum & normam recte illis utendi. Falluntur ſiquidem præ ceteris aliis artibus in re Medica fere ſemper homines, qui cum in Dioſcoride v. g. aut Galeno legerint Melanthium calidum aſſidue odoratum catarrhos ſanare; nulla alia diſtinctione adhibita, paſſim in catarrhis Negellam torrefactam odorari iubent: quod ſæpiſſime maximo ægrotantium damno fieri contingit; cum .ſ. opportune illud facere neſciunt, vt de coriandro Galenus reprehendit Dioſcoridem, tamquam empirica & indefinite loquentem. & ego aliquando Matthiolo dixi (uiro alioquin de re Medica maxime

xime benemerito) ſcriptis eius plures eſſe periclitatos, quam curatos; Cum unus quiſq; ex libro ſuo ſe Medicum eſſe credat. & remediis illis vtatur, nulla adhibita diſtinctione ætatis ægrotantium, temperiei aeris, temporum morbi, ceterorumq; omnium, quæ maxime neceſſaria ſunt ad curationem recte inſtituẽdam. Quapropter non credant, quicunq; legerint facultates harum aquarum ſuperiori libro a me deſcriptas, indeterminate illis vtendum eſſe in affectionibus enarratis: quia illis ſolum, qui in re Medica ſunt exercitati, hæc a me ſcripta recte innoteſcent ceteris autem potius damno eſſe poterunt; ut gladius acutus & anceps in manu pueri, aut inſenſati: Niſi etiam & quæ hoc libro traduntur, optime obſeruentur. Præcipue cum in re tam graui, & ſeria, vbi de ſalute & uita hominũ agitur, Andabatarũ more ſcriptores inter ſe digladientur: eorum tamen ictus alios magis feriunt: adeo vt illud uere hic dici poſſit: Quicquid delirant Reges, plectuntur Achiui. Conſulant igitur prius ſinguli Medicos ſuos, quibus hæc nota eſſe poterunt, & ita ex eorum præſcripto his aquis vtantur, ſi, quam exoptant ſalutem, adipiſci volunt. Thermis ſiquidem non curantur, qui mala victus ratione, & malo uſus modo vtuntur; & ſicuti non uno colopodio omnes ſunt calceãdi, aliter huic pedem nimis arcte comprimet, illi vero nimis laxe dilabetur; ita nec eadem uictus aut vſus aquarum ratio omnibus æque conuenit; Sed ex rerum naturalium, non naturalium, & præternaturalium diuerſitate, in ſingulis omnibus reperta ſingillatim unicuiq; inſtituendus eſt modus in his obſeruandis. Quod non ſolum ex communibus & uniuerſalibus a medicis cognoſcitur, ſed ex priuatis & particularibus potiſſimum. Idcirco Galenus dixit tertio Meth. 7. ſi cuiuſq; priuatim naturam explorare ad vnguem ſcirem, utiq; qualem fuiſſe Aeſculapiũ mente concipio, talem me eſſe putarem. Quis igitur hæc nouerit, niſi medicus maxime exercitatus? Ex eius igitur conſilio omnia ſunt peragenda.

PVRGATIO

TAmetſi iam oſtenderimus,has aquas omnia pene morborū genera,tam interna,quam externa curare poſſe:Non tamen ideo Medicus prudens adeo confidéter in uſu ſolo earum ſpem omnem ponere debet, quin & aliunde ſimul etiam ægrotantibus ſuis adiumenta corroget;& aquis ipſis ad operandum uiam proſternat. Quippe ſi malorum humorum plenitudo haud magna in corpore exiſtat,illique tenues & mobiles ſint, facile quidem fieri poteſt, quod aqua ipſa ſola ui ſua, abſq; alieno auxilio, poſſit eos euacuare, quod experientia quotidie comprobátur, cum multis ſanatio feliciter ex ſolo aquarum potu ſuccedat; abſque alia aut pręcedente purgatione, aut adiūncta opitulatione. Multoque magis hoc illis euenire poteſt, qui materiali morbo non laborant, ſed ſola intemperie, aut membrorum, puta uentriculi,imbecillitate afficiuntur; quibus euacuatio non conuenit, ſed ſola alteratio, & corroboratio. Verum, ſi morbus a materia pendeat:verendum eſt, ſi primis diebus non ſufficiat aqua totam illam materiam euacuare, cum quod derelinquitur,agitetur,& fluxibilius fiat, ne ad aliquam partem fluat; & dum unum morbum curare uolumus, alium inducamus. Præterea cum harum aquarum proprium ſit per vrinam egredi, tametſi corroborationem ſolum ventriculi exoptamus,impoſſibile tamen fere ſemper eſt, ne aliquæ cruditates & materiæ pituitoſæ in eo generentur, & uel in inteſtinis, uel in meſenterio colligantur; quæ obſtructionem facientes, liberum aquæ tranſitum non permittent. Sed dum illi impedimento erunt, vel dolores & tormina excitabunt, uel ſaltem difficiliorem eius per corpus digeſtionem reddent. & dum ab aqua humores iſti craſſi ad iecur, ad uenas, & ad renes deferentur, vt euacuentur, facile ob venarum hepatis anguſtiam, obſtructiones in illo generare poſſent. & cum ſanguine permiſti pútredines & febres accendere; in renibus,

dum

dum percolantur, copioſius impacti & urinæ retentiones, & calculos, & apoſtemata inducere. Medicus igitur ſemper erit, purgationem vſui Thermarum præmittere, ſanguinemque, ſi opus fuerit, ſecta vena haurire. eoque magis ſi non potu, ſed balneo opus, aliiſue modis ſit. Cum ab his internæ corporis partes non purgentur, vt fit in potu: Sed cum trahant a centro ad partes ipſas, ſi quid impuri intus continebitur, vel caliditate harum ad partes affectas trahetur. & maius forte inſequetur damnum ex defluxione, quam vtilitas ex reſolutione, vel ob caliditatem materia colliquata facilius a membris fortioribus tranſmittetur ad debiliora: & ob eandem caliditatem inflammantur humores, & putreſcunt, & febres excitare poſſunt. Multa autem commoda purgatio ſecum ſemper affert; tum quod uiæ magis redduntur apertæ & liberior aquæ fit tranſitus per omnes partes: tum quod euacuata humorum portione, minor quantitas aquis educenda derelinquitur: tum quod purgato corpore facilius aqua imprimit ſuas qualitates. Quare & longe tutius, & multo citius ſanatio perficitur. Ceterum in purgatione molienda non arridet Bindinelli ſententia, qui pituitam ſemper expurgandam cenſet, hac ſcilicet ratione, quod cum aqua frigida ſit, verendum eſt, ne eius potu corpus nimis refrigeretur. Cuius tamen oppoſitum ſæpius ſcripſit Galenus, nempe Thermarum aquas calefacere & ſiccare. Dicamus igitur nos ex Hippocrate, quod quemadmodum in turbationibus uentris, & vomitibus ſpontinis ſi talia purgentur, qualia purgari oportet; confert & leuiter ferunt, ſin minus, contra. Sic & vaſorum innanitio, ſi talis fiat, qualis fieri debet, confert & bene tolerant: Sin minus, contra. inſpicere itaq; oportet & regionem, & tempus, & ætatem, & morbos, in quibus conueniat, aut non. Quicumq; igitur exuberet humor in corpore, & morbum facit, ille purgandus eſt medicamentis humorem illum electiue trahentibus, & purgātibus: præparādo illum prius ad eductionem, ſi opus eſt, ut docuit Hippocrates,

corpora cum quiſpiam purgare uoluerit, oportet fluida facere. fluida autem fiunt, dicit ibi Galenus, omnibus meatibus reſeratis, & humoribus inciſcis, atq; extenuatis, ſi quis fuerit humor in corpore craſſus & glutinoſus. Quod ſi adeo copioſus, aut eductu contumax fuerit humor purgandus, ut unica euacuatione probe educi nõ poſſit, reiteranda erit purgatio; potiſſimũq; cum in membro aliquo ab inteſtinis longinquo impacti erunt tenaces & uiſcidi humores, qui vecte inde ſunt amouendi. Quibus autem medicamentis tum præparandi, tũ purgandi ſunt ſinguli humores, ſi nunc ſcribere uellem, operam & oleum perderem; quia exercitatis notum exiſtit, inexercitatis autem longioribus, quam nunc ſit tempus, opus eſſet. Si uero nihil horum adſit, ſed tantummodo circa aluum materias communes adeſſe ſuſpicemur, non medicamentis a toto corpore attrahentibus erit moliẽda purgatio; ſed illis tantummodo, quorum facultas vſq; ad locos circa hepar conſcendit, ut de picra ex aloe dicit Galenus 8. ſecund. loc. 2. quæ vulgo ſpecies hieræ ſimplicis Galeni appellantur. Nam quod primo per locos ſecundo totum purgat a pituita, eſt hiera colocynthidis. & cũ Galenus de Theriaca ad Piſonem 4. dicit Aloem totũ corpus mollire & purgare: interpretandum eſt uentrem ſubducere, ex ceteris ibi relatis. Medicamentum hoc in purgationibus his mihi maxime familiare, & vere ſtomachicum, ac ſane ſacrum, ut appellatur, exiſtit, ſi probe conficiatur: vt ex Andromacho, Aſclepiade, & Themiſone docuit conficere Galenus 6. tuend. ſanit. 10. ſeptimo Method. 11. 3. ſecund. loc. primo. & 8. eiuſdem ſecundo. Quamuis in eius compoſitione errent non ſolum Theſaurus aromatariorum, luminare maius, Lumen. Apothecariorum & diſpenſarium: ſed etiam Meſues, Auicenna, Paulus, Aetius & Manardus libro 10. epiſtola quarta, volens corrigere communes ſeplaſiarios male hieram parantes, longe magis ipſe aberrat: Quod tamen librariorum potius erratum eſſe credo, quam authoris, cum in cenſuris Meſües rem probe poſtea deſcribat. De quantitate huius medicamenti dixit quidem Gal. 2. per loc. primo da

tur

tur ad ſummum ex pharmaco hoc drachma una. Sed illud credo ego Galenum exſcripſiſſe ex Aſclepiade inanimaduertenter, vt ſæpe fit multa ſcribentibus. Quia 8. poſtea eiuſdem cap. 3. cum huius medicamenti dixiſſet Aſclepiadem dare drachmam vnam, ſubdit Gal. verum haud ſcio qua ratione parum de ipſo exhibeat Aſclepiades, cum moderata exhibitio ipſius ad drachmas tres progrediatur & 7.Meth. 11. dicit eius quantitatem eſſe mediocrem duorum cochlearium paruorum, maximã magnorum, minimam vnius parui, quæ eſt drachma vna: Sicuti maxima quatuor: & vſu eius continuo ita certum eſſe cognoſcitur.

ADIVMENTVM.

NON Solum autem purgatione præparandum erit corpus, antequam his aquis utamur, ut citius tutiuſq; curatio perficiatur: ſed etiam aliis temporibus ſemper illis adiumento eſſe debemus, omnibus ingeniis; ut probe, quod optamus, præſtare poſſint. veluti cum in potu ſumuntur, exempli cauſa ad corroborandum uentriculum, abſinthii uel mentæ comam prius in illis infundere poſſumus: ad deobſtruendum hepar cichorium, agrimonium incoquere, vel eorum decoctionem, aut ſtilatitiã aquam immiſcere: lieni radices capparum, cetrach: renibus glycyrrhiza, Anoniſq; conuenit. Et (ne ſingula referam, quæ ſingulis affectionibus conferunt) admiſcenda erunt eo modo, quo magis ægrotantibus libitum erit. Et non modo hæc aquis ſolum commiſcere; ſed etiam interim, dum aquæ aſſumuntur, multa alia remediorum genera, morbo curando conferentia, vel per os aſſumantur, uel foris applicentur, dummodo opus aquarum non peruertant, ſimul etiam facere conuenit: vt dum vnum alteri, adiumento eſt, permiſta ſimul maiora præſtent, quam ſeiuncta. Veluti ſi ad uentriculi frigiditatem tollendam aquæ bibantur, poſt earum tranſitum, poterit æger ante cibum deuorare grana aliquot maſtichẽs, cubebarũ, piperis, iuniperi.

uel comedere morſellum Diatrionpipereon ſimplicis, diaſpoliticum ue Galeni: uel parum myrabolani chebuli, aut Zingiberis, rhabarbariue recentis conditi: uel Theriacam optimam: uel cochlear aquæ uitæ magiſtralis, aut aque cinnamomi, aut Eleiſir bibere, aut guttulas duas olei ſulfuris, chalcanthiue cum vino cretico, iugiterq; in ore deferre cinnamomum, uel aliud tale, maſticando, & deglutiendo. Deforiſque regioni uentriculi ex ladano, agalocho, & aliis ſimilibus idem præſtantibus, medicamenta apponere. & quod nunc dico de uentriculo, ad alia morborum genera transferri poteſt ab omnibus. Si uolumus autem uentrem ab his aquis ſubduci, poteſt illis admiſceri portio mannæ optimæ, ſi adeſſet, nam quæ vulgo proſtant ſub diuerſis nominibus, meræ impoſturæ ſunt; Quod ex ſolo pretio apparet: veræ enim mannæ ſingula uncia, ubi colligitur, venit auri ſeſquidarchma. nos ſacchari rubri cochlear in ſingulis cyathis, uel roſaceum, aut violaceum, ſecundum ægrotantis naturam, admiſcere poſſumus. Sal etiam aquis additum idem facit, ut urinas etiam prouocat (quod & dulcia omnia permiſta faciunt: nam ratione dulcedinis venæ magis attrahunt æquam) Quare ſagax natura ut nihil aquis his deeſſet neceſſarii, haud longe a fontibus earum produxit fontem illum ſalſum, de quo primo libro diximus: cuius aquam vel ſingulo hauſtu miſcere poſſumus ad unciam unam cum aquis his, vel ſolam per interualla bibere, uel eius unum duoſue cyathos præbibere, reliquos verò ſex uel octo harum aquarum poſtea tribus continuis primis diebus, uel primo tantum die ſolum illam. præter enim illud, quod pituitoſas, craſſas, & viſcidas materias attenuant, & abſtergunt potentius aquæ ſalſæ, naturam quoq; ad earum expulſionem irritant: Quare præcipuum iuuamentum ex iſtis percipitur, cum probe non digeritur aqua epota, & per urinam non egreditur. Quod etiam præſtat aqua primi fontis, propter maiorem copiam ſulfuris, & bituminis, quæ iter aquis aperiunt. Idcircoq; in principio conferunt ad urinæ prouocationem; cui intentioni maxime

etiam deſeruiunt lumbrici terreſtres ſiccati, & in pollinem redacti, primo harum aquarum cyatho ad drachmam permiſti, vel ſoli, uel cum ſeminibus halicacabi, periclymeni, raphani, porri, & lithoſpermi. Stillatitia quoq; aqua cinnamomi additis radicibus anonidis, rubiæ, aſari, & eryngii. oleum etiam chalcanthi ſcrupuli pondere, pilula itidem ex ladano, ceraſi gumma, bdelio, ſagapeno, ſinapi, & agarico, cum aceto ſcillino confecta. betonica pariter, ſiſymbrium, hypericum, cetrach, geniſtæ, multaq; alia aquis his incocta. Aſparagi regii breui coctura elixi in prima menſa feliciter ad hoc faciunt, allium coctum, pineæ nuces, uſus cinnomomi, croci, ſaluiæ, erucæ, petroſelini, fœniculi, pimpinellæ. poſſuntq; multa alia ad hunc uſum parari, tam in medicamentis, quam in uictus ratione. Exercitium etiam, vt dicemus, maxime conducit ad citam aquæ penetrationem, & cœna parcior, ut mane uacuus ſit uēter, & aquæ tranſitus liberior. purgatio autem præ ceteris omnibus huic intentioni adeo confert, ut ſæpius euenerit, exteros multos, etiam domi ſuæ iam purgatos, cũ ad aquas haſce bibēdas veniſſent, & non egrederentur, denuo me purgaſſe, & poſtea aquas apprime pertranſiſſe. Neq; enim ita ſubito deſperandum eſt, ſi primis diebus aquæ non egrediantur: ſed diureticis multis tam in cibo, quam in aliis modis, per tres uel quatuor dies inſtare opus eſt; iterumq; ac tertio purgarę. Huic nanq; ſcopo maxime nos intentos eſſe oportet in harum aquarũ aſſumptione. Nam totius fere rei ſumma & curationis cardo in hoc cōſiſtit, ut aqua a uentriculo per uenas penetret, & per vrinam expurgetur. niſi enim tandem adhibita omni diligentia poſſit prolabi, deſiſtendum a potu penitus eſt. Sed neminem noui, latas uenas habentem, cui tandem non pertranſeat optime, ſi ut par eſt, diligentia tam in uictus ratione, quam in aliis rebus adhibeatur. & quia ſæpiſſime non pertranſit, propter ventriculi imbecillitatē, in ea cōmiſceri poteſt aliquādo cinnamomũ, gariophyllus, nux myriſtica, macis, zingiber; uel pôſt aquæ potum, et etiam ante, hæc aſſumere. Inter cetera autem mirum in modum

dum experientia comprobatum eſt ad uentriculi uitia, dolores, flatus,eructationesq;, aut ab utero, aut uentriculi culpa fiant, conducere tritiam ex zingiberis partibus quinq;, cinnamomi quatuor, nucis muſcatæ duabus, gariophyllorum una, cum ſaccharo in rotulas maiores confectam: cuius aromata non in puluerem redigi, ſed in fila tenuiora incidi debent,ne facile per uenarum oſcula ad hepar penetrent; ſed dum ita diutius in uentre moratrahunt,altius qualitates ſuas imp rimant. quod præſtant etiam grana ſupra relata, ſi integra deuorentur. Deforis quoq; regioni ventriculi multa apponi poſſunt, cerata, olea,fotus,ſacculi,emplaſtra, epithemata, malagmata, cataplaſmata, robur ei addentia,ad aquarum citam concoctionem, & facilem digeſtionem. Quorum ſylua cum ampla ſit in materia Medica, illam relinquo vnicuiq; ſeligendam, ut ſingulis vſui eſſe poſſit. ſicuti & in ſirupis, & in purgationibus, & in aliis omnibus facio,ne receptis chartas infarciam, & æque omnes eodem calciamento ueſtiam. In balneum pariter priuſquam ingrediantur ægrotantes, ſi forte eorum iecur natura calidius fuerit, reneſq; pariter, ne longa mora in balneo magis etiam ſupercalefaciat, optimum erit ex unguento ſandalino,uel roſaceo, aut alabaſtrite prius hepatis regionem inungere. Renibuſq; unguentũ Galeni,vel Comitiſſæ apponere, aliudue ſimile conficere.Neq; verendum eſt, eorum caliditatem (ut ignes ferrariorum circumfuſa aqua)concentrari & augeri, ut aliqui dicunt: quia non circumquaq; frigida hæc apponuntur. Quinimo ratione contrarietatis eorum caliditas retunditur. Pariter quoq; ſi eorum ventriculus laxus & debilis exiſtit, ne balnei tempore ob aquæ tepidæ contactum magis relaxetur, cerato ex maſtiche,aloe,gallia muſcata, olibano, aliiſq; conuenientibus muniri,& protegi poſſet,dũ in balneo moratur:priuſq;,& poſtea etiam ſacculis ſiccioribus humiditatem illam balnei abſumentibus. Aqua inſuper ipſa, qua uti uolumus ad balneum, laconicum, embrocationemq;, alterari poteſt, cum ea commiſcendo alia, uel decoquendo. ut in colica ſi fiat clyſter ex hac aqua, addere oleum

laurinum

laurinũ & rutæ, pro ſincipitis embrocatione, capitalia multa ſemina, herbæ, cortices, radices & ſimilia addi poſſunt: pro ſuffumigio uteri ad ciendos menſes cyclaminus, ueratrum, ſabina incoquuntur, ad albos fluores præter multa hypociſtidem multi laudant; ſed quod vulgo ab herbariis & ſeplaſiariis pro hypociſtide venditur, eſt verum orobanche; quod tamen à nullo adhuc, quem ſciam, animaduerſum eſt. ad pulmonis uitia, phthiſicis, etiam deploratis dicit Plinius incoquenda eſt conſiligo, quã ultimo ſuo magno uolumine Matthiolus recte pſeudo elleborum appellauit. cum & flores plures habeat, quales ellebori; et foliis albicantibus calathum conficientes, ſeminaq; in racemi formam ſuſpenſa continentes, hyemeq; ſemper uirentes: folia etiã atreuirentia, & ellebori modo, ut digiti manus, in nouem inciſa, unde etiam nomen illi græcis enneaphyllon. copioſe apud nos naſcitur elleboro nigro adſimilis, ſed exilior. Quare figura illa conſiliginis apud Matthiolum depicta toto diſtat cælo a uera; ſpecies ſiquidem Anemonis illa eſt. & vt ingenui animi eſt vir ille, huiuſce rei a me admonitus; ueritatem deoſculatus eſt. pro fomentatione ſplenis aquę uis adiuuatur acetum commiſcendo, hederam, ſcillam, Tamariſcum, lepidium, elleborumq; incoquendo, ignitum calybem ſæpius in ea extinguendo. lutum quoq; ſpleni apponendum ſulfure, nitro, naſturcioq; aſpergi poteſt; & aliis partibus applicandum, aliis medicamentis, affectionibus illarum partium conuenientibus: ne per ſingula diſcurram. Præterea illico poſt fomentationem, lutum & embrocationem, dum adhuc calens eſt membrum affectum; adhiberi debent aliqua medicamenta illi conducentia, quæ toto die deferantur. ut poſt ſplenis fomentationem uel illutationem ſtatim ceratum apponere ex ammoniaco, ſegapeno, galbano, calce, myrrha, uiſco, reſinis & pinguedinibus. poſt capitis embrocationem & deſiccationem ſacculum protinus ſincipiti imponere ex iuniperi gumma, ſandaracam dicunt, maiorana, betonica, ſtæcade, amomo, follio, granis paradyſi, ſpeciebus diambræ, aliisue magis conferentibus. pomũq; interim odorandum, ex la-

dano,ſtorace calamita, ſimilibuſq; habere:uel in ſindone nigellam torrefactam, ſpodium,ozimum,ſpicam,aliaq; parilia ligata ad eundem uſum habere. poſt ſcirroſarum partium & tendonũ induratorum laconicum,balneumue,pyritem lapidem,uel molarem ignitum aceto extinguere,& ſuffumigium illud membro affecto excipere. quin & ſi pyritem ipſum in pollinem redactum & cum gummis & cera in formam cerati apponas, conferet. Oleorum multus eſt numerus tam antiquis, quam chimicis recentioribus, quæ uel ſola, vel aliis conſimili facultate præditis admiſta,partibus affectis quotidie,dum his aquis vacant,iniungi debent,ut aquis ad valetudinem adiumentum afferant. Aliqui etiam poſt balneum, laconicum, & lutum membris affectis continuo applicant appellata defenſiua, ne propter embrocæ percuſſionem,luti,vel ſuffumigii caliditatem, noua materia ad locum defluat. Quod ſi rebus aliunde petitis adiumentum afferre aquis iſtis conuenit,vt optata actio melius inde ſequatur; quanto magis omni ingenio nobis procurandum eſt,ut aquarũ ipſarum qualitas non ſit adulterata,ſed ſyncera,& integra:quantitas conueniens,tempus,modus,& ordo opportunus?

QVALITAS

QValitas harum aquarum nobis conſideranda duplex eſt; una formæ ipſius ſubſtantiæ, altera uero accidentium. Qualitates ſubſtantiæ dupliciter immutari poſſunt, uel cum aliquid extrinſecum aquis additur,uel cum intrinſecum amouetur.extrinſece multa poſſunt his aquis accidere, quæ ſubſtantiã ipſarum alterant, & immutant a propriis & naturalibus earum qualitatibus. Nam cum earum fontes ſint terra defoſſi,& nulla re tecti aperto cælo pateant, eorum aquæ a frigiditate nocturna refrigerantur ultra proprium gradum, cuius cauſa difficiliores redduntur,ut epotæ a uentriculo actuentur,& digerantur; crudioreſq; exiſtunt abſumptis tenuioribus eorum ſpiritibus. Hic autem error maxime communis & uniuerſalis exiſtit; quia

ſummo

ſummo mane, antequam aer incaleſcat, accedunt fere omnes, tum qui eas bibere volunt,tum qui alio transferre, ne fontes ab aliis prius agitentur,& perturbentur;& aquas frigiditate nocturna adhuc gelidas aſſumunt. Ros præterea in aquas noctu decidens earum ſubſtantiam inficit dupliciter,tum eas minus ſynceras faciens ſui admiſtione, tum putreſcibiles eas reddens, cum ros facillime alteretur,& putreſcat: uitio cuius & aquæ ipſæ,quæ natura ſua uix unquam etiam plurium menſium ſpatio repoſitæ putreſcunt, propter admiſtionem roris putreſcere poſtea aliquãdo ſolent. Multo magis autem vtrunq; illis accidit ex larga admiſtione ſæpius ingruentium imbrium, niuiũm, & grandinum. Quæ, quantum a propria natura aquas immutent, nemo ignorat. eoque magis cum non ſolum de cælo diutius cadentes pluuiæ,ſed etiam de colle ipſo prolabentes propter pluuiam, ſecumq; deferẽtes immunda multa in fontes deſcẽdũt;& cũ aquis thermalibus cõmiſcentur. Quo fit,vt ſi quis breui poſt pluuiã, has aquas hauriat,magnã partem aquarum pluuialiũ neceſſario ſimul etiã aſſumat.quarum culpa & ſubito epotæ nõ modo præbent utilitates thermarũ, ſed etiã noxas multas afferre poſſunt, præcipueq; infirmo & debili uentriculo,obſtructioneq; laborãtibus:& alio delatę facile putreſcũt,qđ odore coloreq; ĩmutato & deprauato indicare ſolẽt.Sed qui hæc neſciũt,credẽtes eas tales eſſe ab ortu & natura ſua,in potu earũ perſeuerãt;& medicamẽti nomine,quod putridũ eſt,putredineq; in ſanguine & viſceribus omnibus inducere poteſt,iugiter ingerunt.indeq; omnia genera malorũ ortũ habere poſſunt.Vento etiã & turbinibus multa ꝑ aerẽ deferũtur,quæ,ut alia,multis de cauſis unicuiq; notis, de foris in aquas iſtas cadere poſſunt.Quę & ſui qualitate aquarũ ſubſtantiã inficiũt,& putreſcẽdo in illis corruptionẽ inducũt. Sicuti & inſectilia multa in aquis his cõtinuo innatãtia & degẽtia excremẽtis,ne dum qualitatibus ſuis,dũ uiuũt,aquas inquinant,ſed etiam cum moriuntur,in aquis putreſcunt. Animalia quoq; multa tã fera,quã domeſtica,de his fõtibus bibere,lauari, excrementaq; ſua,& fæces omniũ generum in illis derelinquere

 poſſunt.

poſſunt. Serpentes inſuper, rabidi canes, venenoſaq; animalia non modo bibere, ſed etiam immergi, & in aquis mori euenire poteſt. Præterea qui eo accedunt, ut aquas bibant pars aquis proni os admouentes, dum bibunt, & labra, & nares etiam neceſſario immergunt: pars manibus cauis aquam e fontibus hauriunt, & in os iniiciunt; manuſque interim multi etiam in fontibus lauant: argenteosq; nummos imponunt, & confricant ut croccos fieri in admirationem inſciorum oſtendant. Qui autem aquas inde exportare uolunt, uaſa aliquando immunda ſitu & puluere, ſudoreue aut ſuo, aut iumentorum deferentium ea, in fontes immergunt, aquas perturbant, & cęnoſæ partes in fundo reſidentes agitantnr, & aſcendunt (quod non multum profundi ſint fontes) & aquis permiſtæ aſſumuntur, & ad ægrotantes deferuntur. Quin & cænum ipſum in fundo ſemper fontium exiſtens odore & contactu ſubſtantiam aquarum inſidentium contaminare poteſt. Immutatur quoq; per accidens naturalis aquarum ſubſtantia, cum aliquid illis congenitum deficit; quod multis modis contingere poteſt. Nam & ſulfurei uapores continuo ab aqua exhalant, dum in fontibus aeri aperto exponitur & ſole calefit, ſpirituſq; naturales exinaniuntur, quare exoleta remanet aqua: & ſi diutius immota quieſcat, tam ochra, quam metallorum ramenta, ferri, argenti, & auri deſcendunt in fundo; cuius rei ſignum manifeſtum exiſtit, quod horum copia in cæno fontium reperitur: & aqua illis priuatur; quod maxime defraudat uirtutem facultatum eius in operando. Inſuperque oleaginoſæ partes bituminis, ſulfuris, & aluminis aſcendunt omnes, præcipuæ in primo fonte, ad ſuperficiem; quæ uel in maiori copia colliguntur, quam ſit eorum naturalis proportio, cum aqua; ſi ſuperficietenus ſolum colligatur: uel ſi altius uas immergatur, ſecedunt, dum uas plenum a profundo per aquas extollitur; & uel nihil, uel parum eorum aſſumitur. Quæ ſingula quantum faciant ad aquarum ſubſtantiæ qualitates immutandas, non eſt quod longioribus proſequamur. Quare nihil mirum ſi epotæ non præſtant ſæpe, quod deberent, quinetiam uitiatæ ſæpenumero

mero

mero damna haud contemnenda bibentibus afferunt. Hæc autem omnia euitari poterunt hoc uno ingenio. Canna oblonga cuiuſcunq; materiæ ſit nihil refert,in ſummitate cotylæos patens habeat,ad formam cochlearis,quo aqua ab alto per riuulū cadens excipiatur,priuſquam,in fontem decidat, quæ per cānulam illam,tamquam per manubrium cochlearis, prolabens uaſibus poſtea cuiuſcunq; generis colligi poteſt; & ſi ſtatim bibatur,qualis uere à natura producitur; nec aliquid ei deeſt ad perfectionem,nec additum eſt ad malitiam.. Quapropter hortor ego omnes,qui poſſunt,ut ad fontes ipſi accedant, vt hoc pacto aquam bibere poſſint integram. & cum omnibus ſuis mineralibus cōmiſtam, ſynceramq; & omni aliena permiſtione carentē, & in ſubſtantia nullo pacto alteratam. Longe porro felicius ita operatur in corpus noſtrum, quam alio modo collecta, & longius deportata. non ſolum quia tempore euaneſcunt ſemper ſpiritus innati,qui ſunt inſtrumentum proprium formæ thermarū in omnibus ſuis facultatibus, ſicuti de lacte,& de ſemine dicunt Medici: Sed etiam quia qualitates immutantur propter uaſa, in quibus deferuntur; quæ ſi ſunt lignea noua,odorem & ſaporem ligni in aquis derelinqunt; ſi uero ſunt antiqua, quo ſemel imbuta fuerint,odorem ſeruant,& in aquas imprimunt. Quare vitreis ſolum tuto uaſibus deferuntur; & ſi ſyncerae colligantur, oprimeq; clauſæ in illis conſeruentur, parum ſuæ virtutis amittunt.Nam cum frigidæ in fontibus ſuis ſcaturiant, frigidæ quoque ſi ſeruentur,parum a ſuo naturali ſtatu recedere poſſunt.ob id frigidæ pariter ab omnibus tuto feliciterque bibuntur: niſi forte ſint aliqui frigidæ non aſſueti, uel quorum uentriculus a frigidis lædatur. Tunc enim melius eſt eas in duplici uaſe calefacere in balneo mariæ,non facto tamen ex eadem quoq; met Thermarum aqua; ut aliqui nimis tetrice iubent, ſed quecunq; ea ſit aqua nihil refert. Gradus autem caloris aquæ,dum potatur, ſit qualis natura ſingulorum bibentium magis deſiderat. Sunt enim aliqui,qui niſi eam calidiſſimam bibant,diſſoluto ex tepore aquæ robore ventriculi, eam breui euomunt: alii uero

contra,

contra, qui ab intenſa aquarum caliditate in ſudores exoluũtur. Cauendum tamen diligenter ſemper eſt, ne dum calefit aqua, euaporet: ſed probe uaſa claudantur; & ea ſola quantitas calefiat, quæ quotidie potui neceſſario ſufficiat: ſæpius nanque recalefacta uires amittere ſolet. niſi forte uitia eius aliqua prædicta decoctione corrigere uelimus. Quare ſi frigida bibi poteſt, ut natura ſua e fontibus ipſis emanat, æſtiuis præcipue tẽporibus, & iocũdior potu exiſtit, & natura ſalubrior, dũmodo ſyncera collecta fuerit. Quod vt fiat, fiſtulis a me relatis aqua profluẽs colligẽda eſſet, vt integra & ſyncera biberetur. Cauendũ tamẽ eſt, ne in fabricatione ad cultũ aquarũ, loca unde nunc percolantur, & decidunt aquæ, alio pacto immutentur. Quia ut primo libro diximus, ex varia aquarum percolatione, & ſitu differunt inter ſe hi fontes, quæ ſi immutentur, facile etiã aquæ ipſæ immutari poterunt, potiſſimumq; tertii fontis, cuius tam celeberrimus in potu vſus exiſtit, propter maximã omnium in eo commoderationem. Quapropter neq; caſtellis opus eſt ad earũ largam collectionẽ; neq; volubili epiſtomio ut ad libitum aperiantur, claudanturue, ſed in eo, quo nunc ſunt, ſtatu derelinquendæ ſunt, vt cadãt, ob rationes iam dictas; ſed ſolum ab iniuriis ſunt protegendæ, & vt integræ ſyncereq; colligi poſſint, accõmodãdæ. Qualitas autem ſubſtãtiæ laconici, balnei, & luti eadem quidem eſſe debet, quæ & potus, ſyncera ſcilicet. & nõ aliis rebus permiſta, quæ poſſunt eam inquinare, non ſolum ut de potu diximus: ſed etiam ſi forte in ea aqua prius balneati fuiſſent aliqui leproſi, aut gallicis ulceribus referti, aut mẽſtruatæ mulieres, aliudue quid tale. Quare aqua illa eſt abiicienda, non ſolum aliis, ſed illiſmet quoq; qui talia patiuntur; cum iam ſit inquinata illis malis qualitatibus. Lõge ſi quidem melius eſt, in pura & munda ſemper balneari, quã in quocunq; modo infecta. Præterea cum ſæpius calefacta hæc aqua ex ſpirituum exhalatione ſemper magis uirtutem amittat; ſatius eſſet, nouam ſemper habere, uel ſaltem bis, terue ſolum tã ad laconicum, quam ad balneum, duciamq; eadem aqua, & non vlterius, uti. quod etiam de luto dicendum eſt, tametſi non ita fa

cile

cile eius ſubſtantia defluat,ut aqua: contactu tamen morboſorũ infici poteſt,& per contagium lædere. laconicum pariter non ſo lum debet aperiri & difflari,cũ prius eius aer fuerit aut ab aliis, aut ab iiſdemmet inquinatus tranſpiratione halitus totius corporis,uel expiratione aeris a pulmone,quod in alios ſeminariũ illud,ueluti per traducem,diſſeminare poteſt, præcipueq; inſpi ratione attractus ad pulmonem,& cor ipſum: ſed etiam quia diu tius permanendo putreſcit fere, & corrumpitur. Quare longe melius eſſet ad fontes ipſos accedere,etiam cum uel luto, vel laconico,uel balneo opus eſt pro toto corpore, vel embrocatione pro aliqua parte,ut adeo materia eorum ſuppetat, quod ſæpius immutari commode poſſint. Qualitas autem accidẽtium rariſſime frigida in iſtis conuenire poteſt: vti ſi quis chiragra laborans lauaret quotidie manus non ex aqua ſimplici, vt alii ſolent, ſed ex aqua tertii fontis frigida tamen, ad prohibendas fluxiones. vel ſi ex aqua ſecundi fontis frigida ſæpius oculos lauarent,qui ophthalmia laborare ſolent,ad oculorum corroborationẽ. vſus tamen uniuerſalis horum omnium calidus eſt, magis tamen & minus ratione diuerſitatis texturæ corporis. Cũ qui carne ſunt dura,denſa,& calloſa,difficilius alterentur: contra vero qui habent carnes molles,raras, & laxas facillime patiantur: & quæ iſtos exureret aqua paulo calidior,uix illos calefaceret; ſub qua claſſe veniunt etiã pueri,fœminæ,otioſi,& inſueti. Ratione etiã tempeſtatis ipſius aeris variari debet harum omnium caliditas: nã in æſtibus minus tolerantur balnea calida: quod unus calor alium adaugeat,frigido autem exiſtente aere, remedio quaſi eſt caliditas balnei frigiditati aeris. prætereaq; ſemper primis diebus hæc omnia minus debent eſſe calida,ut pedetẽtim aſſueſcat natura: & ita repente non immutetur. Addo etiam quod nõ minus intenſa caliditas ſubita poros cutis & meatus carnis adſtringit,& uiam ſibi ipſi occludit,quam faciat frigiditas. Ea propter altius penetrant tam laconicum & lutum, quam balneum & embrocatio,ſi non fuerint extreme calida,ſed qualia commode natura tolerare poſſit.

Quantitas

QVANTITAS.

QVantitas aquæ aſſumendæ duplex eſt,una uniuerſalis, quot ſcilicet diebus aſſumi debeat: altera particularis, ſingulo ſcilicet die, quæ quantitas, tam continua, quam diſcreta. Vniuerſalis quantitas a multis decimoquinto die, ab aliis vigeſimo,a nonnullis trigeſimo,& etiam quadrageſimo ſtatuitur. Sed in rei ueritate numerus certus dierum præſcribi non poteſt. Nã ſicuti non eodem tempore natura æqualiter morbos omnes curat,ſed aliquos breui,aliquos tarde,ſecundum diuerſitatem non modò morborum,cauſarum,& ſymptomatum; Sed etiam ætatum,temperaturarum,& anni temporum: ita etiam de aquis thermarum dicendum eſt. nam ſi morbus, exempli cauſa ſolutu facilis eſt,ſex uel octo diebus ad ſummum pleriq; curantur. Si non ita facilis eſt,quindecim dierum ſpacio vt plurimum fere omnes ſanitati reſtituuntur. Si vero difficilis eſt,non modo ad vigeſimum,trigeſimumq;, ſed etiam ad quadrageſimum uſque diem,ultimum terminum acutorum morborum, potationes aquarum protrahere oportet.Quin & multi reperiuntur,qui primo anno perfecte ſanari non poſſunt, ſed opus eſt aliquando iterato, tertioq; repetere, adeo ut dixerint, aliqui primo anno thermas eſſe ueluti ſirupos,ſecundo uero vt Medicinam. Breuiori autem tempore curantur morbi non ſolum nuper geniti, quam antiqui; a materia tenui pendentes,quam a craſſa: ſed etiam affligentes viſcera illa,per quæ pertranſit aqua,quam membra a calore natiuo longinqua. non enim prius natura poteſt morbis externarum partium attendere, quam prohibita noua generatione materierum defluentium ad illas partes,curatis ſcilicet membris principalibus,& calore naturali roborato. Quo fit,vt ſæpius dum aquæ aſſumuntur, iuuamentum nullum ſentiatur, poſtea uero trigeſimo uel etiam quadrageſimo die tranſacto,melius ſe habeant. Quapropter medicorũ prudentia hæc eſt,quantitates auxiliorum artem noſtram maxime cõiectricem

reddentes

reddentes tam ex naturalibus,quam ex præternaturalibus omnibus recte præſcribere poſſe. Gratarolus ſtatuit,cum duobus ſucceſſiuis diebus aquam claram, ut aſſumpſerunt, ægrotantes emittunt,ſignum eſſe ſufficientis euacuationis: quare tunc deſiſtendum eſſe. Sed demus hoc uerum eſſe in morbis materialibus:quando ſcilicet humores morbum facientes in uenis continentur,non tamen erit uerum in morbis immaterialibus, & in ſola intemperie conſiſtentibus:in quibus forte etiam prima die aqua ſyncera,ut fuit epota,egreditur. quia humores mali non inſunt,ſed ſolum intemperies. Præterea ubi aquæ hæ potantur ad corroborandum v.g.ventriculum, quid ſeruiet ſignum hoc relatum?nihil profecto. Quare neq; cum alterandum ſolum eſt, aut corroborandum,vera eſt hæc ratio; ſed ſolum cum eſt euacuandum,neq; etiam in hoc caſu ſemper, tũ propter multa alia; ſed præcipue quod præter euacuationem,ſemper medici intentio adeſt prohibere nouam materiæ peccantis regenerationem, quod fit intemperiem membrorum principalium materiam illam generantium corrigendo, roburq; illis in futurum addendo. Idem quoque de particulari quantitate aquarum ſingulo die aſſumenda ſtatuendum eſt.Quamuis enim primi illi noſtrorum temporum ſcriptores Vgulinus,Sauonarola, & Tura, cum de quantitate,& modo bibendi aquas thermales docent,iiſdem fere conceptis uerbis proferant,mane repetitis vicibus non eſſe deſiſtendum a potu, donec incipiat aquæ exitus apparere uel p poros (per os dicit Sauonarola & Tura, literarum ſimilitudine decepti in tranſcribendo;quanuis & aliqui recentiores illud ſcripſerint, ſed per uomitum etiam ſubito aliquando egreditur, per ſudorem vero non niſi poſtea) vel per urinam,uel per ſeceſſum, adeo clara (calida eodem errore ductus dicit Sauonarola;ſed attende ſequentia) ut fuit aſſumpta; quod ut melius comprehendatur,in uaſe uitreo mingatur. (mingitur ſi quidẽ in vitreo vaſe, vt iudicetur nõ an ſit calida,ſed an ſit æque clara,ut fuit epota). Mengus quoq; dicit:quantitas debet eſſe tanta, vt moueat ventrem conuenienter,ſcilicet non minus quam quater,& non plus

quam quater, & non plus quam ſepties. Quod ibi determinauit ad duas onophoras, id eſt flaſcones, alibi uero uſq; ad quattuor. Zimalia primo die ad centum & uiginti uncias propinat, deinde ſubdit, non tranſeat uiginti cyathos continentiæ quatuordecim unciarum qualibet die, quæ ſunt ducentæ & octuaginta vnciæ.& Baccius dicit ad viginti libras; Quin & nonnulli ad barile vnum. Nil mirum profecto, ſi antiquitus prouerbio verſum erat, vt dicit Sauonarola, balnea uel ſanant uel interficiunt: cum ſolum hoc, quod de quantitate dixerunt iſti, præter alia, de quibus dicemus, ſufficiat etiam ſanos & robuſtos, nedum ægrotantes & debiles, ſuffocare & interficere. Quo nimirum pacto fieri poteſt, ut uentriculus tam breui tempore tantâ copiam aquæ digerat; & uel potius omne eius robur penitus non deſtruatur? eoq; magis cum multi ſint tam facilis ſolutionis, ut uel quinquaginta vnciæ ſolum largiſſime educant uel per ſudorem, uel per ſeceſſum, uel per urinam: alii uero contra, quibus nullo pacto egredi poteſt aqua per ullam viam, idcirco & Mengus ipſe dicit, & ſi non egreditur, non capiat plus pro tunc, quia ſignum eſt, quod non cadit proportio inter eam & bibentem. Neq; ualet horum argumentum illud: cum in maiori quanto ſit maior uirtus, ergo quanto maior quantitas aquarum propinabitur, tanto melius erit: Quia requiritur proportio inter uirtutem & medicamentum, aliter nimia quantitas non poterit a natura gubernari; &, ut ligna uiridia copioſius igni ſuperiecta, extinctionem & ſuffocationem naturæ inducet. Aleardus autem uiſus eſt Fallopio nimis paucam quantitatem propoſuiſſe, cum dixit duas libras, quæ viſæ illi ſunt eſſe ſolum vigintiquatuor unciæ: ſed non obſeruauit Fallopius Aleardum alibi dixiſſe a duabus libris groſſis, vſq; ad tres, quod eſt a quinquaginta ſex ad octuagintaquatuor vncias. Quapropter longe melius ſcripſit Archigenes, qui Neronis vſq; temporibus fuit, ut apud Aetium habetur: Trium heminarũ menſura primo die bibendum eſſe; deinde uſq; ad quinque & ſex heminas deueniendum. Heminæ autem variæ erant, ut dicit

Galenus

Galenus 6. per genera. 8. nouẽ, duodecim, & ſexdecim unciarũ; quæcunq; tamen ea ſit, & quantitatem ſatis conuenientem habemus, & eius uarietatem ex diebus ipſis. Nam cum natura non toleret repentinas mutationes, primo die non eſt incipiendum a maxima quantitate, ſed paulatim augere. & eadem ratione (quamuis Archgenes hoc dicat) cum volumus ceſſare, non ſubito a maxima quantitate in nihilum deſinendum eſt, vt pleriq; ferè omnes facere ſolent, ſed pedetentim diminuendum eſt. Quod optime ab Herodoto apud Oribaſium de balneo Thermarum ita ſcriptum eſt: Si quis ad tres ſeptimanas aquis uti debuerit, ab horæ dimidio incipiat, paulatimq; adiiciat, ita ut circa ſeptimam duas horas compleat, hoc vero interſtitio, cum vſq; ad ſecundam ſeptimanam peruenerit, ab hac rurſus æquis portionibus ſubtrahat, ac in prius cæptam menſuram deſinat, ex altera parte æqualiter ſubtrahendo. Quam Herodoti ſententiam ſibi quidem propoſuit imitandam Fallopius: Sed cum eam non intellexerit, nec eam obſeruauit. Non intellexit, quia interpretatur incipiendum eſſe a minori mora; deinde eſſe augendum quouſq; poſterior mora fuerit cum priori reduplicata. Non obſeruauit, quia a decem cyathis creſcit Fallopius uſq; ad viginti. Herodotus tamen incipit ab horæ dimidio & ad duas horas progreditur, quod non eſt duplicare, ſed quadruplicare. Præterea dicit Fallopius Herodotum dixiſſe, cũ illucuſq; perueneris, non inſiſtendũ in illa mora, ſed retrocedendum: ob id cũ ſexto die Fallopius ad viginti cyathos perueniſſet, dicit in eo numero aliis diebus non eſſe perſiſtendum, ſed ſeptima die bibat æger non amplius viginti cyathos, vt fecit ſexta die, ſed decem & octo, & ita ſingula die minuẽdo. Tamen Herodotus prima ſeptimana paulatim quidẽ adiicit uſq; ad ſummũ, ſed 2. ſeptimana tota pſeuerat ĩ illo ſummo: incipiẽte vero 3. ſeptimana incipit & ipſe æquis portionibus cũ prima ſubtrahere. Qui ordo longe mihi magis probatur, quam Fallopii, quia non ita ſubito a ſtatu recedendum eſt. Vomitus autem, quos dicit Fallopius ſuperuenire perſeuerantibus in ſummo illo, fiunt ex

nunquam intermiſſa ſerie potandi ſingulis diebus,ut ipſe iubet. Verum ſi aliquando fiet intermiſſio; ſi nõ alternis,ſaltem ſingulis duobus,uel tribus diebus,ut natura reſpiret, & reſtauretur: uentriculusq; a labore feriari poſſit; & ſi quid reſidui remanſit, probe per otium expellatur,cum in ſtatu ſumus,non fient vomitus. Quæ tamen intermiſſio primis diebus neceſſaria non exiſtit dictis de cauſis, quinimo exemplo Hippocratis lib.de ſalub. diæta. 21.dicentis,quibus bis in menſe uomẽndum eſt, melius eſſe,ut continuatis diebus illud fiat:quia quod primo die totum euacuari non potuit, præparatum tamen eſt ut in ſequenti expellatur. Debemus & nos primis diebus continuate aquam quotidie propinare, ſed poſtea aliquando intermittere. Soleo autem ego ut plurimum primo die triginta uncias partitis uicibus propinare,libram poſtea quotidie ſequentibus diebus addẽdo,donec ad centum uncias perueniatur,qui eſt terminus communis:& in illa quantitate ſex uel octo diebus perſeuerare.Vltimo ſeſquilibrã minuendo quotidie,tribus uel quatuor diebus, poſtea ceſſare. Non enim in declinando adeo ſenſim procedere neceſſe eſt,ut in augendo; quia ad ſolitum redit natura facilius: quod etiam in exercitio ſeruari ſolet, & in ceteris naturæ mutationibus ſemper. Veruntamen duabus diſtinctionibus in quantitate aquarum præſcribenda maxime opus eſt:una particulariter deſumpta ab affectione ipſa,ſeu parte affecta;altera uniuerſaliter ab ipſo aſſumente. Particularis diſtinctio hæc eſt, quod ſi aquæ hæ bibantur ad euacuandum,alterandumue; aut totum corpus,ut in ſcabie; aut partes aliquas longinquiores, vt renes: tunc ea copia,qua diximus,large bibere opus eſt; vt vel per totum pertingere poſſit aqua, uel ad partem affectam peruenire, viribus non multum in tranſitu refractis; quod fieri non poteſt niſi bene multum bibatur. Si uero ad corroborationem ſolum his vtamur aquis, præcipueq; alicuius partis primo occurentis,vt eſt uentriculus,meſenterium,& iecur; cum inquã corroborare ſolum,& non euacuare has partes intendimus, tũc in modica quantitate,& longe minori quam dictum ſit, bibere

magis

magis conducet: a ſeſquilibra incipientes, & ad quatuor libras vſq; octo uncias quotidie ſuperaddendo, progrediẽtes; ſæpiuſq; ſi opus fuerit, intermittentes, pluribus tamen diebus perſeuerando, nec impetuoſe & repentine eam ingurgitando, ne aut uomitum excitet, aut impetu illo, breui deſcendat a uẽtriculo, & abſq; vtilitate; quod etiam in magna quantitate contingit: nam tempore conuenienti non immorando, nec probe ad actum deducuntur eius facultates, nec quantum opus eſt, agent in uentriculum ipſum. Qua ratione etiam cum in pulmonis affectionibus ſumitur, non ſubito eam deglutire conuenit, ſed potius eam diutine in ore detinendo, ſenſimq; eam lambendo, & ſupine etiam in dorſum decumbendo, ut facilius aliqua eius pars ad tracheã peruenire poſſit, abſq; eo quod tuſſim, irritet; ſed uti per impluuium aqua per parietes aſperæ arteriæ deſcendat. Non tamen deſiſtendum eſt in hoc caſu etiam a larga potatione, ut per uenas ad pulmones ipſos pertingat, materiamq; antecedentẽ alio diuertat. Altera diſtinctio quantitatis aquæ ſingulis diebus bibendæ uniuerſaliter ab aſſumentibus aquas deſumitur: Nam ſecundum diuerſitatem ætatis, ſexus, temperaturæ, conſuetudinis, uitæ ſtudiorum, & roboris ipſius uirtutis varianda etiam eſt quantitas aquæ, quæ quotidie offertur: ſicuti uariatur iiſdẽmet rationibus quantitas aliorum medicamentorum. Cui nãq; dubium eſſe debet debili non tantam quantitatem eſſe propinandam, ut robuſto? nec puero, ut viro? Cuius numeri etiam eſt corporis magnitudo, & paruitas: quanuis a paucis forte animaduertatur; cum tamen multum referat in quantitate omnium auxiliorum præſcribenda. libra nanq; ſanguinis euacuata homunculo & pomilioni maior erit euacuatio, quam ſi ceteris paribus, ſeſquilibra euacuetur procero & magno: quia & in paruo corpore minor eſt quantitas ſanguinis quam in amplo. Qua ratione ſoleo ego in præſcribendis ſirupis, cum eorum communis quantitas ſit, quinq, uel ſex unciarum, grãdioribus hominibus, æſtate potiſſimum, ad octo vel decem vncias offerre. Vt ad venas eorum omnes pertingere poſſint. Eadem igitur indicatione

ne & aquæ hæ maiori copia ſunt propinãdæ procerioribus, quã paruulis; ac ſi dolia magna lauaremus, & puſilla; non enim eadẽ quantitate aquæ in ambobus opus eſſet; ſed copioſiore in amplis, minore uero in exilibus. Reſtat vltimo vt de quantitate etiã diſcreta aliquid dicamus: in quot nimirũ partes quotidie diuidẽda ſit harũ aquarũ potatio, & quantũ temporis inter ipſas ſit interponẽdũ. Dioſcorides de ſero lactis dicit: bibitur heminis ꝑ interualla ſingulis vſq; ad quinas, ita ut intercedentibus ſpatiis potãtes ambulent. Hinc modus bibẽdi aquas thermarũ deſumptus eſt. Bauerius autẽ interponit horã integrã ſingulis interuallis; Sed nimis protrahitur hora prãdii. Quare cũ dixerimus, nõ eandẽ quotidie aquarũ quãtitatẽ bibendã eſſe, uniuerſaliter nobis ſtatuendũ eſt tantum tẽporis intermittendũ eſſe ab una potatione ad aliã, quãto uẽtriculus poteſt primas aquas aſſumptas actuare, & digerere ꝑ venas. Quod & a copia aquarũ, & a robore ventriculi cognoſcendũ eſt. Communis tamẽ modus mihi ſolet eſſe, horæ ſpatio totã aquam bibere, quã eo die ſtatuimus, eamq; partiri in quatuor uel quinq; vices, intermittendo quartam horæ partem inter eas, & cum bibitur, nõ continuata ſerie, & unico hauſtu, eã ingurgitare; ſed blande & in gratiã uentriculi, ſæpius reſpirando, ne eã faſtidiat, & euomat. Quantitas quoq; laconici, balnei, & luti duplex eſt, vniuerſalis, & particularis: quot ſcilicet diebus perſiſtendum ſit in illis, & quot horis quotidie immorandum. De vniuerſali omnes fere ſtatuunt perſeuerandum eſſe per vigintiquinq; uel triginta dies. At ego eadem penitus hic repeti uolo, quæ nuperrime de potu a me dicta ſunt. ex morbi tamẽ natura ſcopus hic potiſſimum deſumitur, an ſolutu facilis ſit, vel contumax. ſicuti nanq; antiqua ac procera quercus, ut ſuccidatur, pluribus ictibus & longiori tempore indiget, quam virgulta nouella, & arbuſta tenuia; ita morbi antiqui, & qui radices altius egerunt, difficilius ſemper curantur, quam recentes, cum fere in habitum corporis pertranſierint. Non idcirco tamen dico, perſeuerandum eatenus eſſe in iſtis, donec morbus ex toto curetur: quia ſæpiſſime contingit, ut etiam de

potu diximus, nullam fere aut modicam vtilitatem percipi ab ægrotantibus toto illo tempore, quo uel balneo, uel luto utuntur: poſtquam autem ab illis deſtiterint, ad menſem vſque & vlterius etiam, iuuamentum incipiunt ſentire, & penitus quoque abſoluuntur. Aliis autem non ſolum uere & autumno eadem repetere opus eſt, ſed etiam continuatis duobus & tribus annis perſeuerare, & tandem curantur. Particularis pariter quantitas immorandi quotidie in balneo, in laconico, & in luto horarum certo termino ſtatui non debet: nam qui calidi ſunt temperamenti, raræ texturæ, humorumq; ſubtilium, longe facilius exoluuntur, quam qui oppoſito modo ſe habent. Neque immorandum eſt per horam plus & minus, vt cum Vgolino, Sauonarola, Tura, Fumanellus, Alcardus, Bindinellus, & fere omnes dicunt, donec extremitates omnium digitorum incriſpantur. Quod non fit, niſi poſt reſolutionem humiditatis per carnes diſperſæ. Sed aliqui ſunt adeo duræ texturæ, ut ſi hoc expectaretur, ſpiritus ita reſoluerentur, vt exoluti in animi deliquia inciderent. Alii vero ſunt, qui abſq; virium aliqua proſtratione ad quatuor horas vſque indefeſſe perſeuerant in balneis. Qua ratione nec mihi probantur, qui dicunt eouſque in balneo eſſe immorandum, donec ſudor circa frontem apparere inceperit: Signum quod materiæ ſuperfluæ ad cutem ſunt deductæ: quia (vt etiam in exercitio contingere pauci animaduertere volunt) aliquibus citius, aliquibus uero tardiſſime, ex corporis conſtitutione laxiore, denſioreue euenire ſolet: adeo ut nonnulli etiam longo labore nedum exercitio nunquam ſudent, alii uero ex quocumq; etiam leuiori motu. & Galenus ex Hippocrate 3. de iis quæ in med. fiunt. 15. dicit: vſus aquæ calidæ quantitas communes habet diſtinctiones cum frictione, omnibuſq; remediis, quæ calefaciũt. Ea ſi quidẽ adhibita non ſolum e vicinis locis ad cale factam partem attrahere: uerũ etiam digerere conſueuerunt. Vnde etiam calida aqua efficere cõtraria eatenus videtur, quatenus & corpus quantitate eſt prę ditum, & ipſa vel amplius vel minus adhibetur. Nam ſi inane

ne ſit corpus, digerit potiuſquam attrahit: ſi ſit plenum, contra attrahit magis, quam digerit: ſi item breui tempore adhibeatur, replet magis quam exinanit: ſi longiore, magis diſcutit, quam replet. Conſtitui igitur tempus debet a Medico prudenti, tam particulariter, quot horis ſit immorandum quotidie, quam uniuerſaliter quot diebus ſit perſeuerandum: habita ratione tum morbi, cauſarum, & ſymptomatum; tum maxime tolerantiæ uirtutis, quæ in omni thermarum vſu præcipua contraindicatio eſſe debet indicationem limitans a morbi quãtitate deſumptam. Cognoſcitur autem tolerantia uirtutis ex cauſis illius ſexu, ætate, temperatura, conſuetudine, anni tempore, regione, cæli ſtatu, & ſimilibus. Quod ſi forte hac in re exempli cauſa generalem aliquam regulam Polycleti quis a me exoptaret, quam ſupra ex Herodoto retuli, illam obſeruet. Eam autem hoc pacto ita obſeruari iubeo. Prima die immoretur ager in balneo horæ dimidio, in ſequentibus vero diebus quotidie quartam horæ partem adiiciat, ita vt ſeptima die duas horas compleat, & in hac quantitate vſq; ad ſecundam ſeptimanam perſeueret, niſi quid aliud prohibeat: ab hac autem rurſus ſingulo die non quartam partẽ ſolum, ſed horæ dimidium ſubtrahat, cum in reditu ad naturalia non tantum patiatur natura, ut in receſſu repentinæ mutationes eam vehementer agitant. Hoc idem de luto, embrocatione, laconicoq; obſeruari poteſt. Et cum bis in die iſtis uti uolumus, in veſperi minus perdurandum ſemper, quam mane, tum ob caliditatem aeris diei præteritæ: tum etiam ne cæna protrahatur plus iuſto. neq; in his quantitas diſcreta admittitur, ut potum diximus partitionibus diuidendum eſſe. Sed non interrupto, ſed continuato tempore cum ingreſſus eſt æger, perſiſtendum eſt, donec egrediendi tempus aduenerit.

Tempus

TEMPVS.

TEmpus conueniens ad bibendas aquas duplex pariter eſt, vniuerſale vnum, particulare alterum. Vniuerſale anni tẽpus eſt, quo die & quo menſe incipiendum ſit aquas bibere, & perſeuerandum. Quod vel ex electione fit, vel coacte: Hoc nullo tempore determinatur, ſed cum occaſio ſit præceps, quãdo res vrget, & morbus ingruit, quocunque tempore faciendum eſt. Illud uero, cum in chronicis ſolum morbis fiat, qui dant inducias, faciendum ſolum eſt, cum tam aqua ſumenda, quam homo, qui eam aſſumere debet, ad opus optime ſe habent. Aqua ex ſui natura æqualiter bona ſemper exiſtit. Quippe cum in terræ uiſceribus ortum habeat. ibiq; iam diximus eaſdemmet ſemper cauſas perſeuerare, nec ut ſupra terram contingit, ex anni temporibus, aeriſq; uariis tempeſtatibus immutari, eandemmet quoq; aquam perpetuo generari credendũ eſt. Et non, vt cum Sauonarola ſcripſerũt multi, hyeme ex concentratione calorem ſub terra fortiorẽ reddi, ſicuti uentres hyeme dixit Hippocrates eſſe calidiores, ob id & meliores concoctiones fieri ſub terra, ſicuti & in corporibus noſtris. Qua ratione & Baccius ſcripſit matutino tempore vapores minerales con centratos a frigiditate noctis aquas exacte magis concoquere, & efficatiores reddere. Quod in corporibus quidem noſtris euenire poteſt, quia exilia ſunt. Sed concentratio iſta tam alte penetrare nõ poteſt ſub montibus ad origines vſq; thermarum profundiores. Neq; in oppoſitum eſt Galeni ſententia 4. in 6. 14. Sed appoſite dixit, apparere, non eſſe; cum neque puteorum aquas calidiores hyeme dicat eſſe Galenus 3. Simpl. 8. & 12. contra vulgi opinionem; ſed tales nobis apparere ob noſtram frigiditatem. Quinimo hyeme ob niuium & aquarum copiam, quæ altius in profundas vſque terræ partes penetrant, inſynceræ redduntur thermarum aquæ, non ſolum in ſua origine, ſed etiam in tam longo itinere, dum a Liciano monte ad Fontes Realti pertranſeunt. Secum enim continue admiſcentur humi-

ditates illæ per terram diffuſæ, quæ aquas inquinant, & malas reddunt. Ita etiam uere, niſi prius præceſſerit tanta aeris caliditas, quanta ſufficere poſſit, ad ſiccandam præteritæ hyemis humiditatem contentam nedum in ſuperficie terræ, ſed etiam in profundis partibus, ubi oriuntur, & tranſeunt. aquæ thermarum, non eſt tutum illas bibere. Quare ſi menſis Aprilis fuerit ſiccus & calidus, innoxie poterimus etiam in eius fine, uel ſaltem in principio Maii illis vti. At ſi uer pluuioſum fuerit & frigidum, non conuenit adhuc incipiente Maio aquas iſtas potare; ſed eouſq; expectare, quo diutius perſeuerauerit calor. Imo & cum aliquando vere vel etiam æſtate ingruunt largiores pluuiæ, quæ altius potuerint fontium collem penetrare, melius eſt ſaltem die ſequenti earum aſſumptionem omittere, donec humiditas illa abſumi poſſit. Quapropter in oppoſitum Fumanellus, & qui de Calderianis aquis ſcripſerunt, eas ſolum in tẽporibus calidiſſimis laudant, ut eſt a medio Iunii vſq; ad Auguſtum. Sed demus illis hoc de thermis Calderianis, quæ cum frigidæ multũ natura ſint, non niſi uehementi calore actuantur. Sed quãuis æſtate cõſumptis humiditatibus omnibus ſyncerior aqua egrediatur, & ob aeris caliditatem corpora noſtra maxime ſint fluida, & viæ omnes apertæ, per quas fluere debet aqua: tamen ſi æſtus magni ſint, reſoluuntur vires; & ut dicebat Galenus in aphoriſmum illum, Sub cane, & ante canem difficiles ſunt medicationes, Exuſta tunc natura noſtra non fert eam, quæ a medicamentis purgantibus prouenit, acrimoniam. Quare plures quoq; purgati hoc tempore incidunt in febres: & natura ob æſtũ imbecillis magis ex purgatione reſoluitur. Sed & purgatio hæc praua fiet, cum calor aeris ambientis in partem trahat extrinſecam, contrariam ei ad quam medicina ducit humores. Sicuti.n. balneæ calidæ natura aptæ ſunt obſiſtere purgationibus, ſic & calor æſtatis, tũc præcipue, cũ ſeipſo vehemẽtior extiterit. Præterea ſi forte retineantur aquæ in corpore intus aſſumptæ, hoc tempore facilius corrumpi poſſunt, & febres accẽdere. Idem etiam de autumno dicendum eſt. Quod tametſi ex longa

ga æſtatis prægreſſæ ſiccitate eo tempore abſumptæ ſint omnes terræ ſuperfluitates, magis etiam quàm æſtate, ideoq; ſynceriores reddantur aquæ: non ideo tamen audiendus Mengus eſt, qui eas autumno magis laudat aſſumere, quam vere. Quia etſi interdiu magna caliditas percipiatur, nocte tamen frigiditas augetur, & ros copioſius cadens terram magis humectat. inſuper autumno corpora noſtra ob aeris æſtatis conſumptionem, iam ſunt debilitata, humoresq; craſſiores ſunt redditi; & quod maximũ eſt, a frigiditate incipiente meatus corporis occludũtur: & cũ ea ſit autũni inæqualitas, vt meridie quidẽ æſtus fiant, ſed mane & ſero frigiditas ſit vehemẽtior: cum mane bibantur aquę, aeris frigiditas prohibebit earũ tranſitũ: niſi domi ſe cõtineãt in locis calidis. Quod multo magis hyeme eueniret; cum eo tẽpore pori carnis ſint cõſtipati, viæ adſtrictæ, humores altius ĩpacti & difficile mobiles: quare aquæ parum feliciter operari poterunt. Cõtra autẽ vere omnia ſunt mediocria, cum aer ſit medius inter frigiditatẽ hyemis & caliditatẽ æſtatis: reſerãtur meatus, aperiunt carnes, dilatant uiæ oẽs: & ſicuti plantæ in terra mouent, ita in corporibus noſtris fundunt humores, cient ſpiritus, & natura quaſi veterno excitata ad oẽs operationes prõptior redditur. Idcirco medici oẽs tunc iubent non modo purgãda eſſe corpora ad præſeruationem, ſed etiã alteranda eſſe ad curationem. Quo tempore & nos dicere debemus, optimum eſſe aquas thermarum ſumere, quia & aquæ ipſæ tunc optimæ exiſtunt, & qui eas aſſumunt, ad oĩa melius ſe habẽt. Ceterum videntes nõnulli qđ ſcriptum eſt apud Gal. lib. quos & quãdo purgare cõueuit: nẽpe pituitam in principio veris, bilẽ vero in fine purgandã eſſe: Idẽ voluerunt transferre ad aquas thermarũ, dicentes in morbis a pituita oriũdis in principio veris haſce aquas aſſumendas eſſe, in bilioſis vero in fine. Sed librum illũ vere Gal. nõ eſſe, ſed Oribaſii certũ eſt. Prætereaq; quod ibi dicitur, non eſt ad curationẽ, ſed ſolũ cũ pſeruare uolumus vt 6. aph. 47. docuit Gal. vnde Oribaſius ſẽtentiam illam deſumpſit. cuius ratio eſt, quia ſi bilis in principio veris purgaretur, ſuperueniente aeris caliditate denuo aggregaretur,

retur, & in æſtate poſſet obeſſe. Verum ſi in finem vſq; ueris protrahatur purgatio, æſtate ſuperueniente purgatum erit corpus,& ita præſeruabitur a morbis æſtate ex bile ortum trahentibus. Sed in curatione non procedit hæc ratio. Imo, ne bilis augeatur,& lædat;bonum eſt eam in principio veris purgare,cũ ſit ſubtilis & facilis vt educatur. Pituita autem indiget aeris caliditate eam mouente, cum ſit frigida & craſſa. Quare potius oppoſitum ſeruandum eſſet. Sed enim quo nam tempore ver incipiat non apud omnes conſtat. Bindinellus de thermis Lucenſibus agens ſecũdum Aſtrologos annum diuidit in quatuor partes,ſingulis tres menſes aſcribens,& ver dicit incipere ab ingreſſu Solis in primo puncto Arietis,durareq; donec ipſius Arietis,Tauri,& Geminorum ſigna peregerit, vſq; ad primum punctum Cancri,quo æſtas incepit: quod vt plurimum eſt a medio Martii vſq; ad medium Iunii. Quam ſententiam omnes fere tam antiqui,quam moderni ſequuntur. Nos tamen, qui Medici ſumus,& artifices ſenſitiui,res non ex earum natura,ut philoſophi faciunt, ſed;ut corpora noſtra alterant & immutant, iudicare debemus:tuncq; nobis hyems erit,cum aer uehementer nos refrigerat;æſtas, cum calefacit; ver autem, cum temperatum eſt. nomen ſiquidem menſium nec numerus dierum nihil facit ad corporum alterationem, ſed aeris ipſius qualitas, quæ ex motu quidem Solis aut accedentis ad nos, aut recedentis maxime immutatur; Sed aliunde etiam ex aſtrorum quoq; aliorum aſpectibus,aeris tempeſtate,locorumq; præcipue, & climatum diuerſitate varietatem acquirit. In altiſſimis porro & niueis montibus eorumq; conuallibus longe tardius ver aduenietl, quam in aprica planitie ad meridiem expoſita. Neq; in climate hoc noſtro vir Medicus Bendinello conſentiet,Sole Arietem ingredien te ver eſſe, vt apud Alexandriam,& aquas thermarum ad medium Martii propinandas eſſe;quia eo tempore aer non eſt temperatus, ſed aliquando etiam Aprili menſe ningit: vt etiam hoc anno,cum hæc ſcriberem,pridie kalen. April. circa fontes Returbii niues ceciderunt. Quare certus terminus principii aut

finis

finis temporum conſtitui non poteſt: Sed ex ſolo cæli ſtatu illud deſumendum eſt ;& quandiu frigiditas perdurat,hyemem tandiu eſſe dicendam , etiam ſi non ad tres ſolum, ſed quatuor pluresue menſes perſeueret. Quando igitur aer fuerit temperatus, & in eo ſtatu diutius talis perſeuerat (nam vna hirundo, nec una dies temperata facit ver) tunc dicemus ver eſſe, vel tardius hoc procraſtinetur,uel citius anticipet.& cum tempus hoc tam ratione aquarum, quam aſſumentium aptiſſimum ad opera naturę & medicamentorum exiſtat,concludendum eſt,ſi ſeruat naturam ſuam,ver optimum eſſe ad aquas haſce ſumendas. Sed tutius hoc fit in fine veris,quam in principio,præcipue in aqua tertii fontis.Autumnus contra melior eſt in principio, quam in fine. Aeſtas uero, ſi calidiſſima eſt,abſtinendum laudo, maximeq; a primi fontis aqua: Si vero moderata eſt , etiam tota conuenit, potiſſimumque ubi intentio ſit refrigerandi per aquā tertii fontis: Hyeme autem penitus abſtinendum : nam etſi aliquibus aqua egrediatur, ut plurimum tamen difficulter penetrat,etiam omni adhibita diligentia: quare & tormina, & conuulſiones inducere facile poſſet, humiditate aquea neruos replendo. Laconici autem,balnei & luti tempus uniuerſale idem fere exiſtit,quod & potus; latius tamen patet. Nam cum hæc per corporis vẽtres non pertranſeant; non ea uiarum apertione ad prolabendum per corpus indigent, ut aqua epota. quare fieri poſſunt etiā temporibus frigidioribus: Præcipue ſi hæc faciamus domi in cōclaui aliquo fornicato ꝑ hypocauſtū calefacto, qualia ſunt Genuæ balnea multa particularia, affabre extructa: potiſſimūq; ſi ibi ſemper degat,& nunquam inde recedat ęger: eoq, magis ſi non toto corpori,nec ad euacuandum hæc fiant; ſed mẽbris particularibus ſolum,& ad alterādum. vt cū in vterinis affectibus, puta doloribus,ſterilitati, uel curſu materiarum albarum,ſedent in hac aqua mulieres vmbilico tenus, quod ad vterum corrigendum, fæcundumq; reddendum mirabiliter cōfert.Sicuti etiā vapores in vterum excipere, & aquā metrenchytis iniicere.Embrocationes quoq; & illutationes alicui membro

par-

particulari,ut in neruorũ articulorumue duritiebus tꝑibus frigidis fieri poſſunt, dũmodo mẽbra illa poſtea a frigiditate probe munita ſeruentur. Capiti tamen hyeme nequaquam illud laudarem,quia facile ꝑ poros frigiditas aliqua penetrare poſſet, quæ cerebrum maxime læderet. Podagrici autem felici cum ſucceſſu quocunq; anni tempore hac aqua ſæpiſſime lauant pedes,aliaq; membra affecta. quia longo huius aquæ vſu corroborantur nerui,& nõ ita facile defluxiones admittunt. Luto quoq; illiniri poſſunt pedes,aliiue articuli,tũc tẽporis,dũmodo poſtea probe ſiccentur,& a frigiditate muniantur. longe tamen melius conferent hæc omnia vere,magis etiam quam autumno:quia cum ad calefaciendum & deſiccandum hæc fiant, ſuperueniente æſtate cõfirmatur ab aeris caliditate horũ actio,& ſæpe maius iuuamẽtũ poſtea inde percipitur. Si vero fiant hæc in autumno,nõ modo ullum cõmodum ab hyeme aduenienteinſequi poterit: Sed potius cum meatus omnes extrinſeci corporis per hæc fuerint aperti,facilius penetrabit aeris uẽtura frigiditas, & mali aliquid inferet. Maximis tamẽ æſtibus difficilius hæc tolerari poſſũt, ꝑſertim ſi toto corpori adhibeãtur,quam potus:quia hic vel ꝑ ſe, uel ꝑ accidens,cum frigide bibitur,refrigerare põt, & aeris calorem retundere,& contemperare,ſitimq; ſedare. illa autem, cum calefaciant oĩa & ſiccent,non modo eo tẽpore vires q̃; maxime exoluunt,ſed ẽt febres accendere poſſunt,& in ſolidis ſiccitatem ĩprimere,multiſq; aliis modis ualetudini obeſſe. Niſi ſi ſola alicuius mẽbri particularis affecti luto prius illiniti,ut dicemus,inſolatione opus eſſet. Quia tũc anni tẽpus & hora ẽt diei maxime æſtuãs requirit̃. Sed in ceteris vſibus oppoſitũ erit ſeruãdum. Idẽ ẽt de tẽpore particulari diei dicendũ eſt,melius eſſe in aurora & ĩ veſperis,cũ aer frigidior eſt,& nõ multũ calidus,illis incũbere: q̃a & facilius,& diutius tolerari poſſunt. Cõſuetũ igit̃ eſt; mane circa ortũ ſolis,hora v3.decima,balneum ingredi,& in eo ad ſeſquihorã immorari,deinde horam in lecto quieſcere,& poſt leue exercitiũ,trãſacta hora 13.prandere. Horis autem 8. poſt cibum in veſperis,nẽpe uigeſima prima hora,iterum balneum ingredi, horã ĩmorari,aliãq; in lecto & exercitio ꝑtrahere,& poſt uigeſi-

mam

nā tertiā horā cænare:ut tempus ē͡t cōueniens interſit,antequā mane ingrediatur denuo balneū:adeo ꝙ perfecta fuerit ciborū concoctio non modo in uentriculo, ſed ē͡t in uaſis ſanguinis,qđ ad exercitiū quoq; cōmodum tempus exiſtit.Huiuſce autē tp̄is nota color ē urinæ,dicit Galenus 2.tuend.Sanit.2.Quæ .n.aquę ſpeciem præfert,crudum adhuc in uenis eſſe indicat ſuccum eū qui a uentriculo ſubmittitur:quę vero rufa,bilioſaq; eſt, iamdudum concoctū eſſe huiuſmodi:Quæ modice pallet, peractæ modo ſecundæ concoctionis eſt ſignum. Cum nāq; bili infecta vrina nondum eſt,aquæ ſpeciē,alborēq; præfert.cum vero plus iuſto eius bilis acceperit,rufa cernitur. Ergo cum mediocriter eſt rufa,mediocriterq; pallens tū eſt exercitatio adeunda. Et p.criſ. 12.dixit vrinā inedia continuo magis rufam euadere. Hanc tamen Gal.ſententiā cū ego iandudum ſuſpectam habuerim;quia contrarium potius & in ſanis & in ægris,obſeruaui: vrinas ſcilicet in auroræ crepuſculo factas magis coloratas eſſe,quam quæ in ortu ſolis ; haſq, magis , quam poſteriores ſemper , rem etiam aliis Medicis ſæpius communicaui,& omnes exercitati illud idem,ꝙ ego,ſe quoq; obſeruaſſe retulerunt. Cuius rei nunc volui & cæteros ſolum admonuiſſe:ut quid rationes Galeni ſenſui contrariæ valere poſſint,aduertant & ipſi:ne cum iugiter ego ſimulare cupreſſum diuerto,Horatius aūt uellens mihi dicat: ſed non erat hic locus.tempus autem diei particulare, ad has aquas bibendas aptum,eſt hora iam dicta,mane ſcilicet paulo poſt ortum Solis,horis quinq; uel ſex ante cibum,qua hora nutritionis inſtrumenta ieiuna & uacua ſunt,eapropter facile , & ſine alicuius occurſu per ea probabi poterit aqua . & virtutes naturales omnes ob reſtaurationem ſpirituū noctis quiete peractam,fortiores exiſtunt, quapropter & actuare, & digerere , & expellere aquam ualidius poterunt,& cum diutius deambulandum ſit, ꝙ æſtate uires multum exoluit,ſi cum aurora id fiat, refrigeriū aeris matutini fauore orientis Solis, potiſſimum uires reparat, & uegetiora ad exercitium membra corporis reddit. verùm ſi dies minus ſerena,minuſue trāquilla fuerit,a nebulis vētiſue corpus

tegendum

tegendum muniendumq; erit, etiam domi ſe continendo; vel in alterã diem potatio erit procraſtinanda. Cauendum tamen eſt,ne qui conſueti ſunt ea hora dormire, dum hac de cauſa nimis tempeſtiue e lecto ſurgunt,ventriculus eorum ſolito ſomno defraudatus patiatur. Sic enim minus feliciter aquæ pertranſirent,ſed diutius in ventriculo immorantes,eum etiam magis labefactarent. Verendum etiam eſſet,ne cruditates aliquæ ob imperfectam cõcoctionem breuioris ſomni derelictæ, ab aqua per corpus traherentur, & vel in viſceribus,vel in uenis obſtructiones parerent, & uel ſibi ipſis ſaltem uias occluderent. Quare uel citius ſolito iſti veſperi ſomno,ſe dedant,vel tantiſper mane, dum ventriculus perfecte concoquat,in lecto differant. Qua ratione etiam nunquam eos laudaui,qui Aleardum ſequentes bis in die,tam ſero ſcilicet,quam mane aquas Thermarũ propinãt. fieri profecto nequit,ut tam paucis horis & primæ aquæ optime expurgentur,& prandiũ concoquatur,& digeratur, & uiæ iterũ aquis liberæ & paratæ exiſtãt;& uel ſaltẽ ob ſomnũ nocturnũ futurũ aquarum tranſitus certe impedietur & ĩmorabitur. Longe autẽ exoptabilius eſt,ab actione deſiſtere, quam perperam agere. Idcirco etiam non poſſum non deteſtari eorum conſuetudinem,qui aquas has domi adſeruãtes quocumq; anni tempore, & qua libuerit hora diei,abſq; delectu aliquo & neceſſitate, & nedum ad animi voluptatem & delitias,ſed potius ad nouarum rerum oſtentationem, intemperanter quotidie bibunt, & infamant. Impoſſibile etenim eſt,quin longo aquæ uſu & errores in uictus ratione contingant,indeq; cruditates & viſcerum obſtructiones; & natura eius conſuetudine non irritetur, vt conuenit, & cum in nutrimentum cedere non poſſit, tandem longa mora in locis calidis non putreſcat,& noxia multa valetudini non afferat. Non idcirco tamen nego, ſi vel æſtate mane,aut meridie, ad æſtus obtundendos aliaue quapiam occaſione, aliquando moderate bibatur,per inſenſibilem tranſpirationẽ etiam ui caloris noſtri reſolui, ſalutiq; maxime vſui eſſe poſſe. Rationales equidem vſus laudo,obuſus uitupero. Scripſerunt quoq; non

nulli

nulli certis aliquibus temporibus a thermis abſtinendum eſſet vti non ſolum in Lunæ & Solis, ſed in aliorum quoq; maiorum aſtrorum coniunctionibus & oppoſitionibus, nam & cum coniunguntur Mars & Saturnus in ſigno aliquo humano, peſtem fieri ſcripſerunt Aſtrologi. Prærerea anno biſſextili non modo ſegetes & animalia, ſed & prægnantes & fætus patiuntur, & ſemina in pomis apiis cuſpidem non ad florem, ut ſolent, ſed in oppoſitum vergunt, aiunt iſti: Quia cum ſingulo quoq; quarto anno fiat; a Saturno humanæ naturæ inimico hæc producuntur. Verum a Saturno motum aliquem ex quinq, dignitatibus planetarum fieri de quarto in quarto vt aſtruunt iſti, falſum eſt. Nã cum in triginta annis perficiat curſum ſuum, duos annos cum dimido ſtat in ſingulis domibus ſuis Capricorno & Aquario: totidemq, in ſua exaltatione in Libra, & in ſecũda triplicitate & in termino, cum tranſit ab vno ſigno in aliud. de facie autem ad faciem mutatur in ſeptimo. Prætereaq; annus biſſextilis non eſt opus naturæ, aut cælorum, ſed Caii Cæſaris cõſtitutio facta, ne tempora anni mutarent mẽſes. Nam cum annus ſit tempus; quo Sol totum Zodiacum circuit, quod fit diebus 365. & ſex horis, niſi horæ illæ colligerentur, aliquando Ianuarii menſe eſſet æſtas. cum igitur ſex illę horæ in quatuor annis diẽ conſtituant, quarto quoq; anno diem unum intercalamus, & duos pro uno computamus. nam cum dies vigeſimaquinta Februarii ſoleat appellari, Quinto kalendas Martias, eo anno appellatur ſexto, ut appellata fuit etiam uigeſimaquarta. Quare cum eo anno bis ſexto dicatur, inde nomen illi inditum eſt. Quo cum nullum aliud medicamentum mutetur, nec puteorum aut fontium aquæ, & quæ relata ſunt, ſint vulgi fabulæ, neq; de thermis aliquid dubitandum eſt, præcipueq; cum iam experientia comprobatum ſit, tam eo anno, quam aliis thermarum aquas idem præſtare. Medicus tamen in iſtis debet eſſe prudens, & cum uidet ægrotantem ob intellectus imbecillitatem & puſillanimitatem hæc intelligere non poſſe, ſed formidare, iubeat abſtinere, quia ex ſola hominum opinione, accidentia multa poſtea eueniunt,

adeo vt in re medica etiam aliqui calendas obſeruent,& dierum nomina vt Aniles Nænias,& puerorum Laruas. Peſtilentię autẽ & Epidemiorum temporibus,ſi morbi ſolum ob contagiũ orian tur, vel etiã ob aeris malitiam per accidens,uel ſola cõſtitutione cæli auſtrina factam,tutiſſimum eſt thermarum uſus; quia hæc nihil habent commune cum ſubterraneis. Ceterum ſi ob exhalationes terræ malas hæ eueniant,ut præcedentibus terremotibus in hiſce regionibus,haud æque tutũ eſſet: quia ſubterraneis in locis, ubi thermæ oriuntur, eſſet infectio. Sed tunc & ab omnibus aquis eadem ratione abſtinendum eſſet. Hæ autẽ ob mineralium admiſtionẽ minus putredine infici poſſent. Neq; ẽt aquæ hæ Ticinenſes ſunt in cõuallibus, quo aqua pluuia ſæpius corrupta defluere ſolet,& thermis miſceri,eaſq; corrumpere: Vt de thermis Piſanis multi ſcripſerunt. Maiorum quoq; aſtrorũ præcipueq; Solis & Lunæ coniunctiones,oppoſitioneſq;penitus equidem ſemper negligendas eſſe non dico: ſed hæc ceteris indicationibus præferre,vt Aleardus,& Maſſa dicunt, hoc tempore aquas thermarum peſtiferas eſſe,abuſus introduxit, vt haberet in quæ crimen errorum reiiceret. In dubium quis forte tamen hic vertere poſſit,cum ſingulis ſeptem annis in traſpadano Lumellinæ agro Ticinenſi fiat exuberãtia quædam magna aquarum ſub terris ſcaturiẽtium,quam Barzam incolæ uocant: cuius cauſſa nõ modo foſſæ & putei omnes aquis ad ſummum replentur;Sed multis in locis nauigiis opus eſt,& agri infęcũdi eo anno ob aquas remanent. Quod forte euenit quia catarrhactæ aliquæ in vicinis Alpibus ſeptẽnio repletæ,tũc aqua exuborãte aperiũtur: An forte & eo anno hæ aquæ Returbii admiſtione aquarũ Barzæ minus ſynceræ reddãtur? Quod tamẽ & experiẽtia anim aduerti verum non eſſe: cum eo anno eadem præſtiterint aquæ hæ, quæ prioribus & ſequentibus. & ratio cõprobare poteſt,cũ flumen Padi,qđ profundius eſſe aquis omnibus ciſalpinæ Galliæ conſtat,cum omnes in illum profluant, intermedium ſit inter Lumellinam & Returbium,quare interciperet defluxionem Barzæ ad aquas iſtas: eoq; magis cum oriantur altiores in monte Liciano, & in colle Realto exiliant,

Mo-

MODVS

MOdus autem, quo aquæ hæ in vſum valetudinis venire poſſunt, tam intus aſſumptæ, quam deforis applicatæ, uarius nobis proponitur. Nam in potu multis modis contingere poteſt. Vel edulia hac aqua miſcendo, vt dum farina conſpergitur ad panem conficiendum: vel obſonia cuiuſcunq; generis in illa incoquendo, ut dum carnes ferculaq; elixantur, vel uinum hac aqua temperando & miſcendo, uel etiam eam ſolam nulla alia re permiſta ad libitum bibendo, ut magnis æſtibus ſiti uehementer infeſtátē pleriq; fere oēs aquam aliquando ſolā bibere ſolēt. Vel ſtatis ſolum tēporibus medicamenti nomine, curandi aut ēt præſeruandi gratia, uel aliquam partem particularem, uel totum corpus: quod præſtant aut euacuando, aut alterando, aut etiam corroborando. Cibis miſcere medicamenta laudant multi tum antiquo dogmate. In cibo medicamentum; tum communi medicorum omniū vſu; qui, cum attenuatione opus eſt, attenuantibus cibis vtūtur; cum adſtrictione, adſtringentibus: ſimul enim cum cibis ad uniuerſas animalium particulas commiſta medicamenta facile deferuntur. Vituperant alii, quia inficiunt medicamenta alimentum, & hoc retundit eorum facultates. Præterea medicamenta certis ſolum temporibus, & cum ægrotant homines vſui eſſe debent, non in continuo cibariorū uſu. Inter utrūq; mihi tutum eſt iter. Nam in cibo medicamentum purgans non conuenit, neq; omne alterans, ſed quod cibus etiam eſſe poteſt. Verum aquæ thermarū in alimentum cedere nequeunt: Quinimo ſi a cibo diutius detineātur in corpus, cū ſint maxime aereæ & alterabiles, facile putreſcunt, & corrumpūtur. Sin vero ſubito tranſeant, ſecum adhuc incoctū cibum trahunt, & obſtructiones cruditatesq; in uenis, & in viſceribus gignunt. De qua re loquebatur Hipp. lib. de aquis 3. cum dixit: Aquas calidas ſcaturiētes vbi ferrum naſcitur, aut æs, aut argentum, aut aurum, aut ſulfur, aut bitumen, aut nitrum, quia per violentiam caloris

naſcuntur,bonas non prodire, ſed duras, æſtuoſas,& quæ difficulter minguntur,& ad alui egeſtionem contrarias eſſe. Quare cibaria in aquis thermarum incoquere, aut vinum miſcere, ut iubent Fumanellus, Vgo, Maſſa, & Bindinellus; multiq; alii ſolent,mihi nunquam potuit probari. Nec eorum argumentum valet; idem,inquantum idem, ſemper eſt aptum facere idem; quia vere hoc non eſt idem. Non tamen idcirco cum aliis aſſero,non niſi ſtatis temporibus,cum & alias purgationes aſſumere ſolemus,aquis his vtendum eſſe;quia illud eſt uerum de purgantibus,& non de alterantibus. Et cum uera ſit Galeni ſententia primo differ.Feb.4.omne opus Medici eſſe curatiuum, quia præſeruatio,dicit ad Thaſyb.2.& curatio non differunt,niſi ſecundum magis & minus: ideo quod copioſius aſſumptum medicamentum poteſt intemperiem iam factam curare, in minori quantitate facile poterit ab imminente aut iam etiam incipiente præſeruare; quocunq; anni tempore illud eueniat. Et Galenus referens medicamentum Scribonii Largi ad coli affectus,9.per locos 4.ait bibitur enim hoc pharmacum per annum totum. Gratias mecum habent multi aquis noſtris, quod ſi æſtiuis temporibus aliqua de cauſa meridie ſiti crucientur,æſtuent,& caloribus exoluantur; hauſta ſeſquilibra aquæ tertij fontis frigida,& ſedatur ſitis;& remittitur æſtus; & vires recreantur adeo,vt maxime ſenſibile ſtatim percipiatur iuuamentum, nec vllum incommodum inde vnquam inſequatur; vt ſæpe contingit ſimplicem aquam ea hora etiam optimam bibentibus. Qua experientia ducti alii, cum ad negotia nequeunt ex præſcripto medicorum aquam hanc ad purgationem more ſolito bibere; æſtate aut quotidie, aut ſaltem cum equitandum,laborandumue, aut alio modo ipſis incaleſcendum eſt, ieiuni tribus uel quatuor horis ante prandium largum huius aquæ hauſtum feliciſſimè cum ſucceſſu bibere conſueuerunt: refrigeratur ſi quidem hoc pacto totum corpus adeo, vt non ita facile poſtea ab aeris caliditate corripiatur. Multiq; hac ratione præſeruati ſunt nedum ab eryſipelatibus,vomitibus,& alui profluuiis;ſed etiam

a ſe-

a febribus diariis tertianis,& ardentibus,in quas ſolebant quotannis æſtate incidere: Quia ſic hæc aqua non ſolum euacuat per vriuas quotidie bilioſos humores, qui continue generatur, nec eos excreſcere & accumulari permittit; ſed etiam refrigerando caliditatem iecinoris ſuperauctam,membraq; omnia naturalia reducendo ad temperiem,corroborandoq; prohibet eorum generationem, quæ eſt vera methodus præſeruationum & curationum omnium. Iubent præterea omnes non modo inter aſſumendas aquas thermarum,ſed etiam aſſumpta aqua deambulandum eſſe. Quod non ſemper abſolute eſt verum. Nam ſi ratione corroborationis uentriculi in modica quantitate aſſumitur, longe melius eſt quieſcere; quia cum non diſtrahatur a vētriculo calor ex motu,citius alteratur aqua, diutiusq; ibi remanet: cum ex motu facilius deſcendat. Quare in ſimili occaſione melius eſt in lecto eam aſſumere, totum corpus tegendo, ſed uentriculum præcipue puluinari,uel alia re ſimili fouendo: quinimo etiam per horam dormiendo ſtatim aſſumpta aqua; quia ſic concentrato calore facilius actuatur medicamentum aucto uentriculi robore. Quod multis quoq; utile eſſe ſolet,etiam cum copioſius ad hepatis renumue curationem aſſumitur; nimirum quando uentriculus debilis exiſtit: Sic enim melius alteratur a uentriculo,& ab hepate poſtea & renibus facilius attrahitur. Quod ſi non probe, uel tarde alteratur, neq; probe attrahi poteſt, & tarde penetrat. Sunt etiam multi, qui latente aliqua de cauſa,melius eam digerunt aut in lecto iacendo, aut ſaltem in thalamo quieſcendo, quam uel ad apertum progrediendo, vel domi deambulando. Ceterum ſi nihil horum adeſt,non eſt cum Franciotto dicendum, operationes naturæ,tamquam a prudenti iudice pro tribunali ſedente, quieſcēdo melius fieri (inepta parabola) ſed potius cum Hippocrate, ſomnus concoquit, vigiliæ digerunt. & cum volueris elleborū magis ducere,corpus mouendum. Longe ſi quidē melius aqua digeritur, & per vrinam pertranſit deambulando; quia ex motu aperiuntur meatus,incitantur ſpiritus, mouentur humores, &

ad

ad deſcendendum facilior eſt motus. Motus enim calorem exci tat, potentioremq; illum reddit ad aquã actuandã, & digerendã. Verum in hoc animaduertendum etiã eſt, quod ſi morbus eſt in venis, & ad purgandum ſanguinem illam propinamus; cauendũ eſt ne deambulando exercitium ſit tam uehemens, vt ſudorem inducat: hoc quidem pacto mali humores, qui per vrinam extra corpus debent deduci & euacuari, trahentur e uenis per carnes totius corporis, & aliquod damnum ibi generare poſſent. Quare in ſententiam illorum non deſcendo, qui aqua aſſumpta, adeo velociſſime deambulandum iubent, ut quaſi ſit curſus: violentum.n. nimis eſt, & ex labore diuertetur materia ab vrina ad ſudorem. Quod ſi morbus non ſit in venis, aut ſaltem maior eius pars in carnibus exiſtat, ut in omni genere ſcabiei contingit: tũc euacuatis per aliquot dies prius humoribus uenarum per urinã, bonum erit in fine valido motu ſudorem prouocare, & Laconico etiam, uel balneo idem tentare. Quia dubium non erit amplius, ne humores trahantur e venis ꝑ carnes; cũ e venis fuerint euacuati per vrinam: ſed per ſudorem purgabitur, quod reliquum materiei continetur in carnibus; & hoc pacto vtraq; materia tã interna, quam externa euacuabit. Quo tẽpore maxima cura adhibenda eſt, ne frigiditas aeris ambientis extrinſecus corpus contangat, & conſtringendo uias obſtruat, euacuationemq. prohibeat. Quod aliis quoq; temporibus obſeruari debet; non ſolum quia inſenſibiliter per halitum continuo digeruntur ſuperfluitates, quod a frigiditate extrinſeca prohibetur; ſed etiam quia per conſenſum ad intimas vſque corporis partes frigiditas illa penetrat, & viſcera conſtringit, uiaſque, per quas pertranſire debet aqua, comprimit, & minus apertas reddit. Prætereaque & humores contenti, & aqua ipſa minus fiunt fluxibiles propter frigiditatem. Sed præ ceteris frigiditas pedum hoc peculiare habet, ut per conſenſum neruoſarum partium maxime lædat uentriculum, inteſtina, & ueſicam, quare & concoctionem uentriculi labefactat; & flatus, torminaque inteſtinorum inducit; & urinæ exitum prohibet, etiam ſani-

tatis

tatis tempore. Tanto autem magis cauere debent, qui aquas has bibūt, cum hæc omnia maxime tunc noxia exiſtant. Balneū quoq; toti corpori variis modis adhiberi poteſt, uel æger portetur a miniſtris, ut dicit Hippocrates 3. acut. 46. & Galenus 7. Meth. 6. linteis illos deferebat, & in balneo immergebat; uel aqua perfunditur, & aſpergitur; vel in balneo amplo innatant ægrotantes, vel in alueo paruo (Pyelus Græcis, peluis, labrum, & ſolium latinis, tina & concha noſtris dicitur) ſedent & quieſcunt; vel etiam lauantur. de quo dicit Galenus tertio acut. 47. maxime laudabile & a labore omni alienum eſt, quod in aquarum ſponte naſcentium conficitur lauacris. Nempe ſolia humilia ita, depreſſaque prope omnes conficiunt, vt nihil ſolii pauimento, quod prope eſt, emineat. Dum autem balneum ingrediuntur, ſenſim & conſtanter faciendum eſt, non ſubito & repente: nam horrorem & conſtipationem facit in ambitu corporis repentinus ille aquarum calidarum contactus propter mordicationem caloris; quod & ignis ſcintillæ, & aquæ ipſæ feruentes faciunt, dicit Galenus ſecundo ſympt. cauſ. quinto carnem pungendo: ad mordicationem enim cutis inſequitur eius rigor, ad rigorem contractio, ad contractionem obſtructio, quæ febrem etiam aliquando excitare poteſt, dicit Galenus vndecimo Meth. vigeſimo. contrario ſane modo balneum calidum & frigidum in hoc ſe habet; quod in frigidum nedum feſtinanter deſcendere, ſed ſubito in illud ſe iniicere iubet Galenus tertio tuend. ſanit. 4. quia ſi pedetentim fiat; horrorem incutit. Quieſcant autem & ſileant in balneo ægrotantes, quia loquendo magis incaleſcunt, & dum ſe mouent, intenduntur muſculi, & duriores extenſione fiunt, quare facultas aquæ altius ingredi non poteſt per ſubſtantiam carnis. contra autem ex quiete laxius, rarius, molliuſq; redditur corpus; & aqua longe facilius per omnes partes penetrat: & ſe mouendo maiorem percipiunt caliditatem, vt in frigido maiorem frigiditatem: quia a corpore noſtro alteratur aqua cutim contangens;

vt etiam aer æſtate: nam ſi expellatur,qui corpus noſtrum contangens ſupercalefactus eſt a nobis,ſuccedit nouus aer frigidior nos refrigerans: idcirco eo tempore flabellis aerem expellentibus vtimur. Egredientes e balneo linteis excipiantur non frigidis, quia lædunt; non calidiſſimis, quia ſupercalefaciunt; ſed temperate calidis,ne qua eorum pars ab aere extrinſeco refrigeretur,dicit Galenus 3.acut.54.Syndoneq; hac calida circumuolutus æger in lectum deferatur, apprimeq; totum corpus ſiccetur; ſed præcipue caput. quia niſi diligenter humiditas illa aquoſa abſumeretur,inde fluxiones per totũ corpus excitare poſſet. Quod ſi maiore forte etiam opus eſſet euacuatione; in lecto calido optime contegatur, ſic enim ſæpiſſime ſudorem egredi copioſe contingit,& maior inſequitur euacuatio, quam in balneo ipſo. Quod etiam in laconico, & in luto euenire aliquando ſolet. Quare tam egredientes ab illis, quam e balneo,lecto pariter ſunt imponendi. communes enim fere eorum ſunt in omnibus obſeruationes. ¶Et quamuis alia maiore euacuatione opus non eſſet,humiditas tamen actualis balnei aquoſa per carnes diſperſa ſiccatione indiget, quæ ſi derelinquatur,lædere multipliciter poſſet. Præterea balneum potuit multas materias, præcipue in intimis corporis partibus ſubtiliaſſe,vaporesq; etiam excitaſſe, qui ſudore in lecto euacuabuntur. Eapropter etiam poſt ſudorẽ cõuenit leue exercitium,ad educendas inſenſibiliter materias omnes ab alto,ſi quæ derelictæ fuerunt. Quod ſi exercitio æger vti non poſſet,ut ſi paralyticus fuerit, frictione longiori ſaltem vtatur, quæ idem præſtabit euacuando materias omnes derelictas. At ſi adeo forte etiam corpus refertum eſſet ulcuſculis,quod fricari non poſſet; diutius ſaltem ſtragulis coopertus permaneat: ut per halitum natura hæc omnia digerere poſſit. Quibus autem in caſibus embrocatio ſincipiti facienda eſt, quo pertingit extremitas digitorum, ſi ad apicem naſi corpo appoſito manus ſuper frontem ad caluariam extendatur,eſt excipienda: regio ſi quidem illa capitis dicit Galenus ſecundo per locos primo propter laxitatem coarticulationis iuxta coronalẽ

ſuturam,

ſuturam, & ob oſſium tenuitatem & raritatem, facile medicamentorum qualitates intro diſtribuit. Et paulo poſt, neq; enim per aliam quampiam capitis partem tranſitus patet. tunſis igitur capillis, aut etiã plane, abraſis, dicit Gal. 13. Meth. 22. ſi quid applicandum eſt, id ex alto effundas, ac ueluti fontis ritu, illidas; quippe penitus intro ab ictu magis compellitur. Quare quibus maiori opus eſt ui, ab altiori etiam loco cadat aqua, vt ſenibus, cum os capitis eorum ſit durius, & ſuturæ ſtrictiores: pueris vero contra cum primis eorum menſibus ne quidem adhuc ibi genitum ſit os, ſed ſola cartilago ſubſit, per quam arteriarum menyngis pulſatio tactu percipitur. Poſſunt autem, dum caput embrocationi ſubmittunt; ægrotantes uel in balneo immerſi degere, vt ſimul, ſi qua per corpus uniuerſum prolapſa eſt humiditas, abſumatur; uel ſi hoc opus non eſt, oblongo ſcamno proſtrati quieſcere, & uel proni ſuper uentrem iacentes eam excipere, vel ſupini ad meliorem commoditatem loci. Nam & occiput ipſum, ad finem, vbi prius abunde caput exiccatum fuerit, ducciæ ſubiicere quam maxime confert, ſi ibi morbi radix eſſe iudicetur. Primiſq; diebus gradus caloris aquæ remiſſior eſſe debet, ſenſimq; poſtea illum augere, & breuiori tempore immorandum eſt, poſtea vero non ſolum diutius, ſed etiã quotidie bis, diluculo ſcilicet & ueſperi aquam excipere opus eſt; vltimo iterum omnia remittendo, quando ſenſerint ægrotantes aquæ caliditatem ad cerebrum vſq; penetraſſe. Poſt embrocationem caput ſpongia, quoad maxime fieri poteſt, reſiccari debet, dicit Hippocrates 3. acut. 53. verum Gal. ibi dicit, apprime a ſpongia id effici non poſſe; Quare capitis aquam linteo reſiccare melius eſſe: caputque quam diligentiſſime munitum ſeruare ab aere nocturno; quia tunc nox humida cælo præcipitat, cum vapores die a calore Solis eleuati & per aerem diſperſi, decedente Sole, & refrigerato aere; condenſentur & cadant: in aurora autem, cum vapores illi in rorem conuerſi fuerint, aer purior remanet, nec ita lædere poteſt. Eſt tamen protegendum caput etiam pluribus diebus poſt perfectam embrocatio-

nem, ne ob derelictam pororum apertionem frigiditas ad cerebrum penetret. Laconici pariter modus multiplex eſſe ſolet, Nã uel bulliens prius hæc aqua deportatur in conclaue aliquod concameratione fornicum optime extructum, uel in thermulas ligneas tabulis diligenter coniunctis ſtipatas (vnde illis nomen ſtupha) vt ſunt in vſu quotidiano apud Germanos in hybernis, nobis autem tonſtrinarum modo mercenariæ ſtuphæ; vel aqua hæc erit ſub portatili tuguriolo, tentorioue toralibus ac lectiſterniis circumquaque affabre tecto; vel vt Aëtius ex Aretæo ſcribit, in dolio, in quo æger eo modo ſedeat, ut caput ad frigidum aerem inſpirandum extra dolium promineat, vel ad libitum illud ſaltem expromere poſſit, aut per foramina aliqua canulamue prominentem ore detentam extrinſecum aerem attrahere ad inſpirationem poſſit. Melius autem eſt, aquam hanc feruentem pluribus uaſibus diſtribui, ut maior vaporum copia inde eleuetur; eamque ſæpius, cum refrigeratur, immutari, vel in eam lapides ignitos extingui; tutius tamen eſt ferrum candens, ne diſſiliant tactu aquæ lapides igniti, & feriant adſtantes. hocq, eouſq; repetendo ſæpius perſeuerare, quoad tempus conueniens egrediendi aduenerit. Membra quoq; particularia ſub tentorio, uel in dolio vel ad os vaſis, in quo aqua hæc calida prius inſit, ad uapores eius aſcendentes excipiendos apponi poſſunt. Quo tempore maxime confert, ſi membra indurata ſenſim, dum in hypocauſto detinentur, & calore illo emolliuntur, (vt ferrum igne fit ductile) ad naturales motus aſſuefiant. Modus autem vtendi luto duplex eſt, vnus qui quocunque anni & diei tempore fieri poteſt; qui eſt, ſi lutum ex quadrato illo alueolo, in quem per imbricatum cuniculum a primo fonte aquam prolabi diximus, collectum, & aqua primi fontis diſſolutum, aliquo vaſe ad ignem probe incaleſcat, & membro læſo applicetur. cumq; refrigeratur, illo ablato, aliud eodem pacto calefactum apponatur, quoad opus fuerit. Alter modus eſt æſtiuis ſolum temporibus aptus, cum hora poſtmeridiana tranquillo ſerenoq; cælo, membrum affectũ cæno prius vt diximus

calefacto illitum ad Solem per feneſtras aliquas ingredientem (reliquo corpore, capite præcipue tecto) donec cænum areſcat, exponatur; aridũ cænum, uel ſponte cadat, uel auferatur, denuo ſua aqua diſſoluatur: & iterum igne calefactum membro liniatur, quoad opus fuerit. cum vero a Sole amouetur mẽbrum, nõ alia quam eiuſdem fontis aqua calida lauetur, & apprime ſiccatum ueſtibus muniatur; ne per poros eius apertos aer ingrediẽs, neruoſasq; partes contangens, membrum lædat. Quod & in Laconico, & in balneo ſemper obſeruandum eſt; cum una & eadem ratio in illis ad multa penitus exiſtat.

ORDO.

SI vero contingat morbum non unico vſu harum aquarum indigere, ſed pluribus, ut puta ad lepram ſimul & potus & balneum conueniunt, quia balneum curabit quidem morbum factum, & cutaneas partes; ſed non prohibet nouam defluxionẽ fieri, nouamq; materiam in uiſceribus generari, cum eius uirtus tam alte per corpus ſubire non poſſit: Potus autem viſcerũ quidem intemperiem humores malos generantem curabit, humoresq; iam genitos euacuabit; ſed materiam in cute impactam, ſeminariumq; illud lepræ per carnes diſperſum curare forte non poterit, ut aqua balnei, quæ partes illas integra facultate ſua contangit. Quis ordo igitur potus & balnei erit ſeruandus? Vgo Senenſis iubet, ægrotantes prius balneo vti, deinde ſiccatos aquam potare eadem die mane ante cibum. Bauerius contra eo die, quo balneandum eſt, ſex cyathos aquæ prius bibere admonet. Grattarolus autem dicit, prius aquam bibendam eſſe, ſed ea intus immorante, & non egrediente, balneum ĩgredi debere. Sauonarola vero, Vgolinus, & Tura mane primo bibendum eſſe copioſiſſime iubent, vt de quantitate agentes diximus, deinde balneũ ingredi, diutiuſq; ĩmorari, poſtea in lecto quieſcere, iterumq; ad potum, ut primo, redire, indeq; prandere, dicunt alii: cænare uero dicit Sauonarola, ac ſi in tot agendis merito prandii tempus non ſuppetat. Cum aliquando in hæc,

& his ſimilia incido, non tantum miror ſcriptores iſtos tam late errare, quia homines ſunt: Sed magis miror, ceteros poſtea, qui hos ſequuti ſunt, errores tam grandes non videre, non corrigere, & e libris penitus non delere, ne in hominum pernitiem legi unquam poſſint. Quid amabo hoc aliud eſt, quam homines diſcruciare, & carnificare? præcipueq;, ſi non vt Vgulinus, & Tura ad ſex dies, ſed ut Sauonarola dicit, ad uiginti dies ita perſeuerent? Nimis profectò impetuoſum, & violentum eſt, maximeque primis diebus, una eademque die ante cibum tot agere, quæ tam repente naturam ad contraria diſtrahunt. potus primo trahit humores ab ambitu corporis ad centrum; balneũ deinde ſubito a centro ad ambitum; potus iterum continuo ab ambitu ad centrum. Quæ concuſſio & agitatio repentina ſpirituum, humorum corporis, & naturæ eſt iſta, ſola ſufficiens homines etiam robuſtiſſimos proterere, & peſſundare? Quod ſi multi medici nõ audent in veſperis ad balneũ ducere illos, qui mane aquã biberunt, hac ratione ducti, quia præter motũ humoribus inditũ a potu ad interna, ſemper aliquid tota die epotæ aquę remanet intus in corpus, quod euacuatione indiget: balneũ autem ei reſiſtit, & contrarium operatur, & Sauonarola ipſe propter hunc motũ ad contraria, uituperat medicamenta ſoluentia balnei tempore: cum Galenus dicat quinto in ſextum 29. quod ſi purgatione aut incipiente aut mox inceptura hominem laues, humorum a purgante medicina tractorum ad interiora inclinationem retrahes, & retardabis; quanto magis in eodem fere inſtanti contraria contrariis ſuperaddere, malum eſt? cum ſibi inuicem repugent, vnumq; aliud impediat? nil mirum plane, ſi Galeni ſtudioſi, & Methodum obſeruantes uſum balneorum uituperabant, quia contra omnem Methodum & doctrinam Galeni inſtituebatur: minimeq; etiam mirum, ſi tot homines uſu illo, uel potius abuſu, periclitabantur. Repentinas mutationes, docuit nos oracculum medicinæ Hippocrates, naturam nõn tolerare: ideo Autumnus malus eſt ob ſubitas in contrarium eadem die mutationes; & ſecundo aph. 51. ait,

plurimum

plurimum atq; repente euacuare, vel replere, calefacere, vel refrigerare, ſiue quouis alio modo corpus mouere, periculoſũ: quoniam omne nimium eſt naturæ inimicum, ſed quod paulatim fit, tutum eſt. Manuducenda igitur eſt pedetentim natura, non præceps agenda, ad opera ſua: eoq; magis, cum morbo imbecillior reddita eſt, & ſolito minus firma. Quare longe melius faciunt illi, qui cum utriſq; opus eſt, potu ſcilicet & balneo, alternis diebus modo uno, modo altero utuntur. (niſi forte fomentatione particulari utendum eſſet: vt ſi ſplene laborante regionem eius ex hac aqua calida deforis foueremus, quod fieri poſſet in veſperis eodem die, quo mane epota eſſet aqua) longe tamen magis mihi probantur illi, qui ſolo potu pluribus diebus prius utuntur, poſtea uero balneo etiam ſolo; vel ſi vtriſq; aliquando, ſolum cum ab uno ad aliud fit tranſitus; bibendo mane, & balneando in veſperis; vt in exemplo propoſito, hac ductus ratione; cum in lepra una ſit materia in ambitu corporis morbum conſtituens: alia, quæ continuo eo fluit, tertia in internis partibus ueluti penu recondita, quæ iugiter ab intemperie uiſcerum generatur: Ab hac primo ordiẽdum eſſe ratio docet, potu ſolo aquarum eam euacuando, viſcerum intemperiem corrigendo, ſimulq; ad cutim fluentem diuertendo ad uias urinæ. Quod tunc probe factum eſſe cognoſcemus, cum aqua epota per urinam egredietur pura & ſyncera, qualis fuit aſſumpta: Signum quod non amplius aqua per venas tranſiens adinuenit materias aliquas, quas dum ſecum abluit, & commixtas educit, craſſior apparet egreſſa, & minus ſyncera, quam fuerit epota. Tunc igitur ſola remanet materia in ambitu corporis diſperſa lepram faciens, quæ balneo uenit euocanda & educenda, ſimulq; cutis intemperies a materia iſta in toto corporis ambitu impreſſa uenit corrigenda, & tollenda, ne fluentes humores tametſi boni ab hac praua qualitate in malos immutentur. Quod ſi poſt vſum potus, non ſolo balneo quandoq; opus eſſe iudicet Medicus, ſed laconico etiam, & luto, tunc a leuioribus (niſi re vrgẽte, extremis morbis extrema remedia ſint adhibenda) ſem-

per

per erit incohandum. Quare cum lutum cæteris potentius eſſe a nobis ſtatutum ſit, uel eodem die mane laconico, balneoue uti debemus, ueſperis autem embrocatione deinde etiam ſimul illutatione, ſi ita proficuum eſſe iudicatum fuerit. Non enim hæc ſibi aduerſantur & repugnant: ſed eandem præſtant indicationem ad externas partes euocandi, & reſoluendi: uel poſt laconici balneiq; plurium dierum uſum, ſi morbus non cedat, ad triarios res erit deducenda ad lutum ipſum. exempli cauſa in antiquis padagræ tumoribus, primo totum corpus exinanire conuenit, tum ſanguinis miſſione, ſi opus eſt, tum inedia, materiaſq; præcedentes pharmaco conuenienti purgare, & quod reliquum eſt in uenis, fluxurum aliquando ad partes affectas, potu aquarum tertii fontis per urinas euacuare: ſecundo materia coniuncta & in articulis impacta, quæ tenuior eſt, & magis cutanea, laconico erit reſoluenda; quæ uero durior exiſtit, balneo eſt emollienda & educenda, & quæ in profundis latet partibus, embrocatione eſt extrahenda: uerum ſi adeo ſit craſſa & impacta, ut hæc non ſufficiant, ad lutum ultimo deueniendum erit. ſicuti & in Hernia prius ſit ſuffumigatio, deinde illotatio felici cum euentu.

A E R.

VIctus ratio in omnibus curationum generibus tantam uim habet ut Gal. de uſu Theriacę ad Pāphilianū ſcripſerit, Nullum .n. tam efficax remedium Medicina habet, ꝙ ſolitū auxiliū afferre queat, ſi ei uictus ratio uel reſiſtat, uel nō adiuuet. Sed de uictus rōe, quæ in vniuerſum ad ſanitatem tuendam ſpectat, ſi ꝑ capita ēt ſolum tradere nunc uellem, ut alibi diffuſius, in antipomilionē excreſceret hic liber: Quare non expectent a me hic aliqui, ꝙ a multis in hac materia factum eſt, uictus rōis materiā omnino deſcribi. colligam equidem tantummodo nunc ea, quæ in ſex rebus nō naturalibus a medico appellatis, ad uſum Thermarum ſingillatim neceſſaria ſunt, cetera aūt oīa cōia derelinquā. Primū itaq; ſciēdum eſt in potu harum aquarū, reliqua oīa quæ

ad uictus rõnem faciunt,diligentius eſſe obſeruanda,quã in balneo,laconicoue,aut luto,præterquam aer,qui in iſtis magis obſeruandus eſt,quam in potu.ſufficit porro illis,qui aquã bibunt ea ſeruare,quæ nuper,cum de tpe aſſumendarum aquarum tractauimus,dicta fuerunt.Quorum ſumma hæc eſt, ne extrinſeci aeris frigiditas meatus corporis,ꝑ quos aqua prolabi debet,con ſtringat,& eius tranſitũ impediat.Sed qui balneo ceterisq; aliis extrĩſece utũtur,inter Scyllã & Charybdim nauigare illis opus, inter quas ſolum medio tutiſſimũ iter. A caliditate ſiquidẽ extrinſeca aeris facile caliditas a balneo in corpus impreſſa adeo augeri & intẽdi põt,ut præter alia ſymptomata,de quibus mox agemus,nón modo ſpiritus,ſed humores, ſolidaq; ipſa accẽdat & exurat,& aliquando uirium exolutionẽ & mortẽ afferat.Quibus ſuccurrẽdum erit,ut infra dicemus.In oppoſitũ aũt balneis incumbentes,maxima diligentia frigiditatẽ oẽm extrinſecã cui tare debent,quia longe facilius tunc q̃; prius,per poros corporis a balneo reſeratos frigiditas extrinſeca ad neruos,ad articulos,& ad ceteras partes, quorũ cauſa balneis utimur,penetrare põt;& breuiſſima hora ualde maius nocumẽtum afferre,q̃; iuuamentum attulerit longa dierum balnei ſeries.ſummopere igitur primo caueant,ne cum balneum ingredi uolunt,in frigido aere exuantur,in eoq; perfundantur,uel poſtea ẽt ueſtiantur.ꝑnicioſum etenim eſſet in eo inſtanti contrariis affici,& nõ ſolum poſt balneum,quod unicuiq, patet ex Gal. dictis 2. aph. 50. ſi laxato corpori frigus ſuperuenerit,internas eius partes ſtatim ſubintrat,& maxime offendit:ſed ẽt ante,ea rõe,qua Gal. 2. loc. affec. 5. & 12. meth. 7. dicit dolores circa radices unguiũ vehemẽtiſſimos excitari,cũ manus frigidę affatim calefiunt,tametſi reditus ſubitus ad naturalẽ ſtatum ſit delectationis Platonica definitio 1. Sympt. cauſ. 6. Quia cutaneæ ſolum partes calefiunt,ſed cõcentratione frigiditatis facta,ob contrarium extrinſecus adueniens partes internæ magis refrigerãtur, ideoq; ẽt ratione adducta 4. Simpl. 2. magis dolent, non ut Manardus dixit lib. 15. epiſt. 1. longe tutius itaq; eſt domi balneũ in tina cõficere, laconicum

ſub

ſub tentorio, embrocationem in thalamo, & illutationem ad feneſtras. Sic enim non modo ab extrinſeca frigiditate, quæ egredientibus e balneo calido multo maior ſentitur, quam aliis, protegentur; ſed ab iniuriis etiam omnibus nimborum, turbinum, imbrium, & procellarum, quæ repente ſuperuenire poſſunt. Quod ſi dies fuerit nebuloſa, pluuioſa, alioue modo frigida, aut humida, melius erit etiam, uel ea die balneum non ingredi, & embrocationem, illutationemq; omittere; vel domi in locis cõcameratis & optime clauſis hæc peragendo ſe continere: tuncq; etiam aerem loci uel igne vel ſuffumigiis aliquibus actu & potentia ſiccis, qualia ſunt ladanum, ſtorax calamita, agalachum, Tus, Iuniperiq; grana, corrigere. Quæ omnia in potu quoq; erunt obſeruanda; cum dies talis non vernalis, ſed hyemalis Medicis ſit appellanda. Ea propter ad hoc maxime conducet regionem & locum eligere, ubi aer paludibus, lacubuſue uicinis, aut aquis ſtagnantibus, aliiſue rebus prauis nõ inficiatur: Qualis eſt reuera locus fontium Returbii, & Ripæ, vndequaq; ſaluberrimus. & ad hanc rem productus a natura quam maxime accommodatiſſimus. Domicilii pariter eadem ratione cura eſt habenda, potiſſimum autem ubi nocte erit dormiendum: nõ modo ne prope aquas, aut in locis ſubterraneis, frigidis, ſitu nitroſaue lanugine ſquallentibus, non apricis, nõ ſiccis, nec concamerato pauimento, conſtructum, Sed etiam ne nuper ſit fabricatum, ſeptentrioni apertum, minus bene ſeptum, aut etiam nimis amplum. Nec aqua multa aſpergenda eſt habitatio lecti, maximeq; in ueſperis, quo tempore calor aeris, ob breuitatem diei non poteſt humiditatem illam abſumere. Quæ omnia frigiditatem, & humiditatem facile in carnes balneo reſeratas inducere poſſunt, cum eorum pori, ut ſpongia, vndequaq; humiditatem abſorbeant: multo autem peius, ſi noctu feneſtræ remaneant apertæ; radiis ue lunæ, aut nocturno, veſpertinoq; etiã aeri ſeſe exponerẽt ægrotantes. Veſtes quoq;, toralia, lectiſternia, ceruicalia, & capitis tegmina tam diurna quã nocturna, præcipueq; in capitis embrocatione, cum illis uti uolumus

lumus

ſumus, ſiccare & calefacere non incongruum erit, quin & ſuffi-tu aliquo rerum iam dictarum ea ſuffumigare. Nec aliquid ue-hementer frigidum manibus, aliaue corporis parte contangere, ne per conſenſum neruoſæ partes affectæ lædantur. Quod ve-ro Mengus, Tura, & Sauonarola nullo modo aliam aquam tan-gere ægrotantes iubent, interim dum balneis incumbũt, & Gra tarolus etiam poſtea per quadraginta dies; & ne quidem manus niſi ſolum uino lauare; ſeuerum forte nimis & tetricum a multis iudicari poterit.

MOTVS

MOtus, & quietis maximam eſſe habendam rationẽ in ther-marum vſu omnes fatentur: ſed quæ ſit ſtatuenda, apud omnes non conſtat. Baccius Archigenis ſententiam ex Oriba-ſio breui elencho pro themate ſeruando adſcribit, quæ habet: Poſt matutinam deambulationem bibendum eſſe. Ipſe tamen paulo poſt propoſiti thematis forte oblitus inquit: quamprimũ e lecto ſurrexerit, quiſq; pannis bene indutus ad ſalientes e fon te aquas accedat, ac bibat, nec prius exercendum eſſe dicit, cum tamen phraſis illa Archigenis aphoriſtica: poſt matutinam de-ambulationem, aliud longe magis importet, quam ad fontes ſolum accedere; ſed per aliquod tempus exercitio prius ope-ram dare, antequam aquæ bibantur. Multa ſiquidem & præ-clara ad hunc vſum commoda ab exercitio ante potum ther-marum facto ſequuntur. Nam cũ ab exercitio calor naturalis (quo pacto a flabello focus) excitetur, & uehemẽtior robuſtiorq; red-datur: excremẽta tertiæ cõcoctionis exiſtẽtia in oĩbus partibus corporis expelluntur, quibus euacuatis, & magis purum corpus linquitur, & tranſitus aquis fit liberior. eademq; de cauſa pori carnium uniuerſi, cauitates uiſcerum internorũ, meatusq; vaſo-rum omnium, tã venarum, quã arteriarũ reſerantur, aperiũtur, & dilatãtur: & ita nõ modo ꝑ ipſa facilior trãſitus aquis patebit; ſed ẽt ſi quæ induratæ partes, & obſtructæ, emolliri, & deobſtrui

debent,minori opera & breuiori tempore fiet:altiuſq; & faciliꝰs in ſubſtantiã eorum omnium qualitates & facultates ſuas aqua imprimet. Prætereaq; humores expurgãdi, ſiue in uenis,ſiue alibi contineãtur,cum ab exercitii calore fundantur,liquentur,fluxioniq; magis apti fiant; Faciliores erunt ut ab aqua abſtergantur,abluantur,& educantur. Ab eodẽ quoq; exercitii calore ventriculus ſupercalefactus appetitum quendã bibẽdi acquirit; quo fit ut non modo ab actuali frigiditate aquæ,cum potatur, ventriculus non læditur,nec præ copia aggrauatur, aut eã faſtidit; ſed potius cum voluptate eã attrahit,cũ delectatione amplectitur,et cum iocunditate concoquit. Quare hoc pacto longe citius pertranſit aqua & egreditur; cum eadem ratione etiam a uenis ſupercalefactis libenter attrahatur, & a renibus fugatur, & percoletur. Inſuper aucto per exercitium calore naturali totius corporis,facultates quoq; naturales omnium partiũ robuſtiores redditæ muneribus ſuis optime fungentur,aquas attrahẽdo, digerẽdo,& expellẽdo,ſimulq; etiã materias noxias euacuãdo,& intemperies oẽs præternaturales corrigendo: oĩa principalia capita curationum pThermas. Addo ẽt,quod ſi exercitium hoc pmittatũ, nõ erit poſtea opus,dum aquę bibentur,illo uelociſſimo motu, & fere curſu,quem ſcriptores aliqui ad ea,quæ nos diximus prę ſtãda,inter bibendum aquas iubent. Quod tamẽ a pluribus multiplici de cauſa fieri nõ poteſt,& ſi poſſet,multis nominibus probari non debet,tamquam naturæ violentum, uires debilitans, corpus defatigans,& idcirco nõ diuturnum futurum: quin & motũ etiã contrariũ intentioni euacuandi per urinam humoribus & aquæ inducens,ad ambitũ corporis diuertendo. Neq; nunquã exercitium tãtum eſſe debet,ut epota aqua ſudorẽ inducat: niſi illud nobis proponatur neceſſarium: ut in Gallica lue affectis retulimus: aliter nãq; ſudor ad externa trahẽs purgationi p Vrinã faciẽdæ reſiſtit & obeſt. Moderato igitur exercitio ante aquarũ aſſumptionẽ vti maxime cõuenit: in illoq; etiã continuo perſeuerare,dum aquæ bibuntur. Nec vnquã poſtea a motu aliquo, uel ſaltem leuiſſimo, toto die penitus feriari; ſi uniuerſa

aqua ante cibum non fuerit euacuata: ne otio & torpore legnior reddita facultas expultrix, cuius vis tota in motu conſiſtit, & per motum operatur, aquam reſiduam non expellat. Quod ut lubentius præſtari poſſit, & animum non contriſtet continua recordatione ualetudinis, cuius cauſa hæc fiũt; finis aliquis alius in exercēdo mẽti pponatur, qui delectabilis ſit, & memoriã neceſſitatis exercitii aboleat, vt eſt affines, & amicos viſitare, Deorum templa, magnificaſq; ædes, conuentus publicos, viridaria, hortos, aliaq; ſimilia viſere, uenationi, piſcatui, aucupio operam nauare: leuibus choreis & tripudiis, non concitatis incumbere. Quæ ſi propter aliquam cauſam præſtare non poſſunt ægrotantes ipſi; curru ſaltẽ uehi, uel lectica portari eo tpe debent; uel equitare, aut nauigare, aut ductili cathedra, pẽſiliue lecto, aut alio modo dimoueri, uel ſaltem linteis diutius fricari: Ante cibum tamen pauliſper quieſcendum eſt, donec ſedata & cõpoſita ſit, quæ ab exercitio oritur, turbatio, dicit Gal. 3. acut. 56. nam cibum protinus uel potum ſumere, caput replet, deuoratumq; interdum ſuperfluitare facit: & lib. de ſalub. diæta 12, dicit, iſtud in cauſa fuiſſe, cur multis uiſcera ſint opilata, in primis iecur. Poſt cibum etiam una aut alterã hora quieſcendum eſt, non ſolum corpore, ſed etiam animo, non legendo, aut ſcribendo, cogitandoue, aut tractando aliquid, quod uehementiori indigeat animi applicatione & attentione; ne diuertantur ſpiritus, & calor naturalis a coctione uentriculi defatigati ob aquæ aſſumptionem. Qui lauacris quoq; aut laconicis ad totum corpus vti volunt, leuiter prius iiſdem de cauſis, exerceri debent. Sic enim & eorum ſubſtantia altius penetrat, & qualitates ſuas facilius imprimunt, & feliciter magis omnia operantur: in ueſperis autem tanto magis hoc conuenit, quanto breuius fuit tempus poſt prandium ad reſoluenda excrementa vltimæ concoctionis. Poſt balneum quoq; & morã in lecto, tam mane quam ſero; ante cibum leuiter exercendum eſt; ad reſoluendas per halitum, & expellendas ſuperfluitates intimiores a balnei caliditate eliquatas, ſed non euacuatas. Poſt quod exercitium, antequam come-

dant, ut diximus etiam de potu, bonum eſt parumper quieſcere. Quieſcere etiam expedit, & non primo die balneum ingredi, aut aquam potare, illis, qui longis itineribus ad balnea venientes defatigati ſunt: Quia uires ſunt deſeſſæ, corpus ſupercalefactum, exhauſtumq; & labore induratum, humoreſq; agitati: biduo igitur prius quiete, lecto, frictionibus mollioribus, inunctionibusq; totius corporis laſſitudini medendũ eſt. Et cũ a loco thermarum diſcedendum erit, biduo quoq; deſiſtendum eſt ab omni opere; & in itinere etiam commode uiam partiri; & non defatigari.

SOMNVS.

MAxima profectò vitæ diminutio eſſet ſomnus, tertiam fere eius partem in ſpeciem mortis conſumens, niſi hac ſola de cauſa animalibus omnibus neceſſarius eſſet, ut vigiliæ opera exercere poſſint; regenerando ſcilicet ſpiritus, qui in uigilia conſumuntur. Quare cum medicatio hæc tota thermarum in actione conſiſtat, ſomnus ei nihil penitus prodeſt, niſi cùm a natura & cælo per noctem inſtitutus eſt. Quo tempore diligenter procurandum eſt, ne noctem æger peruigil traducat; Sed vt ſomnus ſit quàmaxime profundus & cõtinuus, nõ leuis nec interruptus; vt bonæ fiant coctiones, & vires reſtaurẽtur ad opera in horum vſu neceſſaria. Sed quo tempore thermarum vis in corpus agit, nullo modo dormire cõuenit: quia per thermas humores ſuperflui ad expulſionem præparantur, & incitant; ꝑ ſomnum autem inepti redduntur, & retinentur; quare opus illis cõtrarium penitus præſtat. Aliquibus igitur ſolum cõuenire poſſet ſomnus, ſtatim epotis aquis ꝑ breue tempus, vbi ob ventriculi debilitatem concentratione caloris indigeremus ad ipſas actuandas, veluti etiam ſtatim epoto pharmaco purgante aliquando fieri ſolet. Verum occaſione hac præterita, non relinquitur amplius ei locus. Proinde, cùm per ſomnum reuocetur calor ad interna, non ſolũ fit inflammatio ſanguinis & ſpirituum, unde febris facile excitatur, & vapores ad caput eleuantur: ſed etiam aquarum

exitus

exitus prohibetur; quæ diutius in calidis locis concluſæ, aucto per ſomnum calore, putredine corripi poſſunt, & corrumpi; ſecumq; ad corruptionem & ſanguinem & viſcus aliquod inducere: vnde & uomitus poſtea letales inſequi ſolent, & alui deiectiones malæ, & pulmonum tabes, & neruorum reſolutiones; viſcerumq; inflammationes, & apoſtemata. Cauendum igitur eſt in Thermis a ſomno: eoq; diligentius cauendum, quo non modo damnum maximum omnium inſequi ſoleat; ſed etiam frequentius aliis omnibus ſymptomatibus in horum uſu aduenientibus eſſe ſolet, & maxime moleſtum ob thermarum vapores caput petentes, & cerebri humiditates diſſoluentes, & per accidens ſaltem hoc pacto caput replentes. Et non ſolum in potu vigilandum continuo eſt, ſed etiam dum in balneo ſunt ægrotantes, in laconico, in luto, & embrocationi ſubiecti, quo tempore maxime præ ceteris grato ſtrepitus murmure riuuli cadentis ab alto in caput aquæ, uelut inſidioſus Syrenum cantus, ſomnus obrepere ſolet. Poſt hæc autem, cum in lecto ſiccantur, an dormiendum ſit, tam diuerſa ſcriptores tradiderunt, ut nihil magis. Nam Fumanellus tunc temporis dormire proſperum eſſe dicit: Tura uero perniicioſum: Sauonarola hunc, & Vgulinum ſequutus in balneis Porretæ vituperat: in generalibus tamen regulis, cum Bindinello laudat. Pro Tura uidetur eſſe Gal. qui 5. in 6. 30. & 32. dicit, in ſomno ſimul cum calore naturali ſanguinem ad interiora retrahi: qui eſt motus cōtrarius balneo foras extrahenti, ut idem dicit 4. tuend. 6. ſed contra Turam eſt Galeni expreſſa ſententia 4. tuend. 4. aſſerens, minime ignorandum, nihil eſſe quod æque concoquat ea, quæ concoqui poſſunt, & malos ſuccos per halitum digerat, ut ſomnus a balneo. Idcirco, quaſi huiuſce difficultatis conciliator uellet eſſe Gal. 4. aph. 67. inquit, ſomni proculdubio ſemper noceret, quatenus ad profundum & viſcera materia fluit, niſi concoctionis ratione plus afferrent utilitatis, quam ſit damnum, quod ad interiora conſequitur. Experientia etiam conſtat, quòd in ſomno poſt balneum ceſſat reſolutio uirium, curatur laſſitudo corporis, re-

ſtaurantur ſpiritus; nec ullo modo ſudor prohibetur, quinimo facilius egreditur dormiendo, ſecumq; ſimul educit tum humiditatem a balnei aqua in cute impreſſam, tum etiam humores in cauitatibus derelictos, & a balneo nō perfecte purgatos; Poſt prandiū uero duplici ratione ſomnus ab omnibus fere uituperatur, tum quia præter naturæ ordinem eſt interdiu dormire; tū et quia uaporibus caput replere ſolet, incumbentibus præcipue Thermarum curationi, ob cauſas iam dictas. Verū ſi quis adeo conſuetus eſſet diurno ſomno, ut pleriq; ſunt, ac ſi illū omiſerit, læſionē ſentiat, cum Hippocrates dixerit 2. aph. 50. Quæ ex longo t pe conſueta ſunt, & ſi deteriora ſunt, inſuetis minus moleſta re ſolēt. Quod Gal. in cōmento dicit de uigiliis & ſomno quoq; intelligendū eſſe, quæ minus nocent, cum fuerint conſueta: Non ab re eſſet, tum maxime ſi laſſitudinē ſentiant ægrotantes, ex antiquorū Medicorum prouerbio, cōſuetudini aliquid cōdonare: Aliquid dico non multum; nō ſolum ut in omnibus ſimpliciter prouerbiū eſt uerum, ſed quia ſingillatim maxime in diurno ſomno hoc eſt obſeruandum. Nam breuiori ſomno, p̄cipueq; non loco obſcuro minor fit cōcentratio caloris, q̄ internas partes incendere poſſit. Sed ſolum dum natura tantiſper reſpirat, ſpiritus regenerat, uires reſtaurat, & prægreſſum laborē tollit, dicit Gal. 5. in 6. 32. Neq; tam breui mora poſſunt uapores ad caput extolli, potiſſimumq; ſi non ſtatim a cibo illud fiat, nec proſtrati, ſed ſedentes, uel cubito innixi, & capite alto dormiant, & ſi qui eleuantur vapores, in tam modica quantitate erunt, ob ſomni breuitatem, vt ſtatim experrecti, leui deambulatione, alioue motu, & vigilia etiā ſola illos diſcutiant. Diutius vero ea hora dormire malum ſemper eſt, quia eo tempore uapores multi eleuantur, & caput replent, non tamen poſtea tantum dormiunt, quod ſufficiat ad eorum coctionem & reſolutionem, vt nocte fit ſex & ſeptem horarum ſpatio: Quod de verno Sole prouerbio dicitur, mouet, & non reſoluit. Qua ratione etiam dicit Galenus 4. in 6. 20. magis lædi illos, qui aliquod noctis tempus dormiant, reliquū uero vigilant, quam qui integris pernoctationibus

continuo

continuo vigilant. Quapropter & illis, qui aquas has bibunt, ſi ante prandium tota aqua eſſet egreſſa, tantulum dormire in meridie non eſſet inconueniens. Attamen qui vigilare poteſt, & nec corpore interdiu, nec animo otiari, longe faciliora omnia illi ſuccedent.

CIBVS.

CVm ad Thermas non accedant ut plurimum, niſi aut qui ſolis chronicis & diuturnis affectionibus laborāt: aut qui præſeruatione potius, quam curatione indigent, aut qui meliorem ſolum conditionem ſuæ ualetudinis, & ferè in genii gratiam optant: bonaq; eorum pars nec egeſtate laborent, nec rei domeſticæ difficultate præmantur; Mediciq; omnes uno ore hortentur, iucunde in balneis viuendum, & hilaritati operā dandam eſſe; nihil autem hoc communiter magis præſtet, quā diutius in conuiuiis eſſe: inter cætera errata, hoc maxime uniuerſale eſt, quod in menſa & copia eduliorum, & diuerſitas ciborum, tum ad animi voluptatem, tum ad uitæ & generis ſplendorem, afferri ſolent; quibus dum ſimul & ægrotantes diuerſi, & amici, & familiares fruuntur; vinorumq; varietate ſibi inuicem propinant, non frugaliter & moderate, ut opus eſſet, uiuitur, ſed & in qualitate & in quantitate omnes ferè modum excedunt. Præterea poſt lauacra & illutationes, ob eorum calidita tem ſitibundi ægrotantes in prima menſa panem in fruſtula inciſum, & uino intinctum ante alios cibos comedere ſolent: non profecto ut comedant, ſed ut ſtatim uinum in patera derelictum bibant, & ſitim leuent: cum ea hora aquā bibere ob frigiditatē illis ſit noxium. Nocet autem uinum ante alia liquida aſſumptū, non ſolum ut dicit Gal. lib. de ſalub. diæt. 12. Quippe uinū caput tentat, ſi uel mox a balneo præ omnibus aliis cibis & potibus bibatur; ſed maxime quod uenæ oēs & uiſcera balnei caliditate exſiccata auide & repente uinū illud, antequā probe in ventri-

culo concoctum ſit, attrahunt: quod neruos ferit, & articulos debilitat; eoq; magis ſi frigidum, linguamq; & palatum feriens & mordicans extiterit. Quibus duobus potiſſimum nominibus vina maxime laudantur,& in pretio ſunt nobilioribus: peſſima autem ſunt,& præ ceteris omnibus rebus podagras inducentia; quia acrimonia penetrat, & frigiditatem altius in ſubſtantiam neruorum imprimi facit. Qua etiam rõe acrimoniæ.ſ. frigiditati coniunctæ,acetũ ualde acre maxime noxiũ eſt neruoſis paſſionibus:tametſi nũc inualuerit cõſuetudo,acetariis ſẽper in antecæniis uti, mulieribusq; copioſius: Quod tamen utero maximas noxas affert, & multis ſola ſterilitatis cauſa exiſtit. Et quamuis omnes fere Medici dicant,in Thermarum uſu attenuantibus cibis opus eſſe, qualitates tamen ciborum ſeligendæ ſunt morborum naturis contrariæ: Nam ſi Thermis utimur ad refrigerandum, uerbi gratia, iecur, cibus quoq; refrigerantis facultatis eſſe debet, dummodo aquæ tranſitum non impediat, aut uentriculo,aliiſue partibus aliter obſit:ita pariter in omni alio morborum genere, ciborum qualitas eandem cum Thermis intentionem habere debet: ueluti ſi ad ſuperfluam aliquam excretionem cohibendam, ut menſiũ,hæmorrhoidarum, dyſenteriæue Thermis utimur, adſtringentibus quoq; cibis, potius quam attenuantibus opus erit. Sint tamen omnes facilis digeſtionis,ne ventriculum Thermis debilitatum magis etiã aggrauent: ſintq; boni nutrimenti, ut uires ad opera neceſſaria corroborent; & non excrementitii, ne materias morbificas adaugeant, & naturæ nouum onus imponant. Cuius generis ſunt, optimus panis, bonæ carnes,altilium,auium,& quadrupedum,cæteraq; omnia lippis & tonſoribus nota; ne gemino ordiamur ab ouo. Non ſunt tamen adeo cancellis includendi ſinguli ægrotantes, quin illud Hippocratis recordemur 2.Aph. 38. Parum deterior potus & cibus, ſuauior autem,melioribus quidem, ſed minus ſuauibus,eſt præferendus. Quia dicit ibi Gal.non ob id ſolum hoc eſt faciendum, ut ægro gratificemur, ſed etiam quia utilius ipſi exiſtit. Nam quæcunq; cum uoluptate aſſumentur, iſta uentriculus

culus amplexatur, & facilius concoquit. ſicuti illa, quæ diſpli-
cent, refugit; ut ad quæ uel nauſeæ, vel flatus, uel fluctuatio-
nes ſubſequantur: quod quidem in pluribus cibis bonos ſuccos
habentibus fit. Quando igitur cum uoluptate aſſumitur cibus,
qui paulo deterior eſt, non modo manet deterior; ſed quan-
doq; redditur melior, & 2. acut. 21 dicit Hippocrates: Atqui,
quod vitioſus uictus cibi & potus ſemper ſibi ſimilis ad ſanitaté
tutior ſit, quam ſi quis ſubito ad alterum uel meliorem ſe tranſ-
ferat, facile diſcitur intelligiturq;. huius rei rationem ipſe po-
ſtea 33. ita ſcribit: Cibos, quibus uti conſueuerunt, facile fe-
runt; tametſi natura haud quaquam boni fuerint, ſimiliter &
potus: Cibos uero quibus uti non cõſueuerunt, etiam ſi mali nõ
fuerint, moleſte ferunt, conſimili modo & potus. Deuitandi
autem ſingillatim in uſu Thermarum ſunt cibi caput replentes,
ut allium, cœpa, lactuca, caſeus, & ſimilia, ne in ſomnũ Ther-
mis obnoxium magis etiam proni fiant ægrotantes. vinũ Vgu-
linus album ſolum laudat; forte quia urinas mouet. Mengus
vero rubrum magis commendat, quod ventriculum uſu aqua-
rum debilitatum magis corroborat. Vt cunq; tamen, ſit potus
illius generis uini, quod ſtomacho ægrotantium magis cõuenit,
& gratum eſt, dummodo caput non tentet, nec ſomnum indu-
cat. Idcirco nec potu prandium finire, nec a cibo bibere con-
uenit, nec tam copioſe, ut uentriculus fluctuet. Sane tamen in
potu harum aquarum ſitis adeo extinguitur, ut vix in prandio
bibere recordentur: Fames tamen magis intenditur: Sed non
idcirco quantum appetunt, comedere debent ægrotantes, ſed
quantum concoquere poſſunt. Et lauari nullus debet, qui nu-
per uel comederit, uel biberit, dicit Hippocrates 3. acut. 55.
Nam dicit ibi Gal. qui biberunt, his caput repletur; qui uero
cibum ſumpſerunt, his non caput modo, uerum & corpus to-
tum, alimoniam ad ſe priuſquam concocta fuerit trahens: qua
re cruditatibus corpus repletur, de Maras. 19. iecurq; obſtru-
ctionibus inficitur 14. meth. 16. ita ſubſequitur Hippocrates 56
Neq; confeſtim a balneo edendum neq; bibendum: verum di-

cit ibi Gal. ſedata, quæ ex balneo eſt, turbatione tum eſſe, tum bibere melius eſt. Nam cibum protinus uel potũ ſumere, caput replet, deuoratumq; interdum ſuperfluitare facit. multo minus inter lauacra, embrocationes, & illutationes comedere decet: peiuſq;, dum aquæ ipſæ bibuntur. at quo tempore? dicunt multi, non prius eſſe cibandum, quam urina, quæ egreditur, aquoſior & alba propter aquam Thermarum epotam, redeat ad ſuum naturalem colorem. Sed ut plurimum hoc apparere non ſolet, niſi in ueſperis tota ſcilicet euacuata penitus aqua. Franciottus ait cibarium aliquod non aſſumatur, donec tota, uel ſaltem maior pars per aliquam partem egreſſa fuerit. Sed neq; hoc ſemper verum eſſe poteſt: quia multos noui, qui eo die, quo aquam aſſumunt, nihil eius mingunt: ſequenti uero die totam eiiciunt: Præterea hoc ſolum ſeruandum eſſet, ſi aqua in inteſtinis, lactibusue retineretur: verum ſi eſſet in uena caua, aut in urinariis vaſis, quid prohibet, quin cibus aſſumi poſſit? Non enim, ſi cibus aſſumatur, uetat aquæ euacuationem, nec aqua cibi concoctionem, cum uariis in locis contineantur. Zimalia oppoſitum aſſerit, prandendum ſcilicet eſſe, tametſi aqua non egrediatur, hora nẽpe octaua ab hora primæ aſſumptionis aquæ; ſed uel nihil cænandum, uel quam parciſſime. Tura quoq; die potationis nullo modo cænandum iubet: & Vgo ſenenſis ait, in potu ſolum prandeat, & non cænat. Attamen cum ægrotantes ſoliti ſunt bis in die comedere; tunc, cũ ex potu Thermarũ inſolito natura uehementer pturbet̃ & lædatur, non eſt ẽt magis affligenda, cænam præter ſolitum penitus ſubtrahẽdo: cum Hippocrates dixerit 2. acut. 24. Præterea qui bis die cibum ſumere conſueuerũt, ii niſi pranſi fuerint, imbecilles & infirmi fiunt, timidi ad quoduis opus, & cardialgiaci. Nempe his viſcera pendere uidentur, calidum mingunt, & uiride, ideſt pallidum, ſtercuſq; exuritur. ſunt, quibus os amareſcit, oculi cauantur, & tempora ſaliunt, parteſq; frigeſcunt extremæ. Aleardus & Fumanellus iubent, horis quatuor poſt aquam aſſumptam leui prandendum eſſe ferculo: & a carnibus abſtinendo, addit Mengus (an

ſemidrachma

ſemidrachma carnis plus aggrauat, quam ſemilibra ferculi?) & poſt ſex horas cœnare ferculum & carnes. Hos ſequutus Baccius & recentiores ex Galeni ſchola cœnam uberiorem prandio eſſe debere cenſent: addunt alii etiam in catarrho: quin & nonnulli etiam ſenibus aliter aſſuetis. Verum his iam ita ſcripſit Galenus quinto tuend. 10. An ſenex ſi poſſet longo tempore ſenſim malam conſuetudinem mutare, propterea quod, quo tempore meliore frueretur, habiturus non eſſet, fruſtra laborem inſumeret: non aliter quam ſi quis artem diſcere quampiam octogenarius inciperet. Illis autem, quia in Thermis ſæpiſſime catarrhi ſuperueniunt, nunc dicendum eſt; propter catarrhos noctu copioſius deſcendentes, bonā concoctionem tunc fieri non poſſe, diſtracta nimirum natura, ut illis attendat. copioſius autē deſcendunt catarrhi nocte quā interdiu; quia, cum uapores motu, ut fit in uigiliis, in ſomno non diuertantur a capite, in maiori copia aſcendunt natura ſua: caput autem & ſomno & nocte refrigeratum magis eos condenſat; condenſati minus reſoluuntur, & abſumuntur in ſomno, quā in uigiliis: quia nec uberior ſomnus crudos ſuccos digeri ſinit dicit Gal. 12.meth. 3.cum ſomnus a natura factus ſit, ut qđ in uigiliis digerendo conſumitur, concoctione per ſomnum regeneretur; inde uulgatum illud, Somnus concoquit, uigiliæ digerunt. Præcipue autem uigilando conſumuntur ſpiritus animales, & capitis humiditates propter ſenſum & motum: idcirco in uigiliis cerebrum deſiccatur, in ſomno autem humectatur. Nam quod Galenus 3. de cauſis pulſus expergiſcentium ſiccitate ſomnum fieri dicit, priuatiue intelligendum eſt, ut ex uerbis eius apparet. Non igitur urgente imminenteue catarrho, cæna debet eſſe copioſior prandio. Pro ceteris autem adeſt Hippocratis auctoritas primo acut. 25. ubi docens quomodo poſt euacuationem criticam cibandi ſint ægrotantes, inquit: poſt hoc autem mane ſorbitionem dabis, ſero autem ad cibaria te conuertes: quod idem penitus uidetur eſſe, quod iſti dixerunt. Verum hoc docet Hippocrates, ne cum plenius

Ee 2 eos

coſ cibare incipimus, mutationem eam, quæ vniuerſim ſubitoq; fit, efficiamus, dicit ibi Gal. ſed mane quidem ſorbitionē demus, poſtea uero dimittente die iam & furmentacea exhibeamus alimenta. ex rei natura igitur ſi rem inſtituere uolumus in balneo, laconico, & luto, cum bis in die fiunt, prandium parcius, quam cænam offeremus; quia, cum breue ſit tempus a prandio ad balneum ueſpertinum, ſi copioſius pranderet æger, non poſſet tam breui tempore fieri concoctio. poſt cænam autem nox ſequitur longior, qua melius cibaria concoqui poterunt. Sed in aquarum potu cæna debet eſſe tenuior prandio, nō ſolum ratione imminentis catarrhi, ut diximus, ſed maxime cū die ſequenti ventriculus nequeat expectare ſolitū tempus prandii, ut denuo repleatur, & fatigetur; ſed ſummo mane aquam copioſius debeat potare, opus eſt vt ea hora vacuus & liber reperiatur: quod maxime conducit ad aquæ penetrationem, & totius curationis ſummam. ea propter longe melius eſt in cæna parcius comedere; quia tametſi prandium copioſius aſſumatur, cum in ueſperis aquam amplius non ſit aſſumpturus uentriculus, ſatis longū tempus habebit ad omnia concoquenda. Quod ſi forte quis uellet bis in die, uel ſolum in ueſperis aquam potare, (quod ego nunquam laudo) oppoſitum eſſet ſeruādum, nec tam magno errori fieret additamentum. Hora autem prandii epota aqua ex aliquo horum trium cognoſcetur: cum æger uel tantundem aquæ, uel paulo minus, quam bibit, excreuerit; ſiue duæ treſue aut quatuor horæ ab aquæ aſſumptione pertranſierint: uel cum poſt aquæ albæ excretionem, incipit lotium tingi colore ſolito vrinarum; aut cum poſt copioſam euacuationem, ceſſat poſtea natura; etiam quod tota non fuerit euacuata: Quia ſignum eſt, quod reſiduum breui non debet excerni: quare nō eſt vlterius protrahenda natura præter cōnſuetudinem, ſed cibo & remediis dicendis ei ſuccurrere tempeſtiuum eſt.

ANIMVS.

ANimi affectiones in corpus noſtrum agere, ſicuti & corporeas in animũ, nunc nec probare, nec cauſam reddere tempus eſt: impiis tamen Gal. rationibus reſpondeant doctiores ex eodemmet 4. affect. 2. & primo ſympt. cauſ. 2. ſed cum hæc ſæpius, ſi immoderata ſint, & morbos & mortem afferant, vt dicit Gal. 12. meth. 5. ſi vero moderata, & curationem & ſalutẽ: quid ad Thermarum uſum præſtare debeant, ſummatim colligemus. Cum animi imaginationes omnes uel ſub ſpecie boni, uel mali ſe ſe offerant, a malo refugit animus, & concentrantur ſpiritus, ad bonum adcurrit natura, & expanditur ſanguis, pręſens bonum inducit lætitiam: futurum uero, ſpem. præſens malũ procreat dolorem: futurum uerò, formidinem. Recte igitur iubẽt Medici in Thermis mærorem, triſtitiam, ſolicitudinem, moleſtias, & curas omnes eliminandas eſſe, & in continua hilaritate, lætitia, iucunditate, & gaudio eſſe degendum. Quia in iſtis animus eſt alacer ad om̃ia munera obeunda, ſpiritus prompti, ut quaquauerſum impellantur: Viſcera & uaſa omnia aperta, ut per ea quodcunq; libere pertranſeat, & humores ſinguli fluxiles ſint, ut per quaſcunq; partes euacuentur. Quorum contrarium in illis euenire ſolet. Sed quia bona ſolum animi in manu noſtra ſunt, corporis autem, & rerum externarum fortuna inconſtans vulgo domina & Dea ſtatuitur; nec ut uolumus, ea gubernare ad nutum poſſumus; erit Medici & ægrotantiũ prudentia, in uſu Thermarũ deuitare occaſiones omnes recordandi, audiẽndi, aut uidendi, quod animum mæſtitia, metu, aut inuidia angere poſſit, odiumue, aut excãdeſcentiam, & iracundiam adducere. Sed omnia ſint ad animi uoluptatem, & quietem, & tranquillitatem appoſita, & qui religione, aut philoſophia, id ſibi parare nequeunt, inſcientia ſaltem, & incuria id præſtent. Cui multum deſeruiet proprios lares deſerere, ad fontes ipſos accedere; domeſtica negotia non audire, Mimis, Hiſtrionibus

ſtrionibus,ſaltationibus,tripudiis,choreiſq; intereſſe : muſicis inſtrumentis, ſymphoniis, cantilenis etiam uulgaribus & ruſticanis,citra faſtidium tamen, & luxum oblectari; cum hoſpitibus & aliis aduenis ſæpius uerſari, confabulari, ludicris narrationibus, facetis ſermonibus, ſalibus, feſtiuis, & iocis urbanis cum ſodalibus & amicis indulgere: ludereq; etiam, ſed nec multum; nec ludis; qui maiori indigeant ſtudio & attentione, ne animus anxietate fatigetur, aut aduerſariorum victoria doleat; vt etiam fit, cum primariæ partes ludi non ſunt fortunæ, ſed ingenii, tametſi ſemper etiam in ludicris vincere ſit iocundum. Hæc igitur omnia mentem diuertunt a grauioribus cogitationibus,quibus licet delectemur,ſemper tamen affligimur: ſimulq; etiam corpus a ſegnitia, torpore,& ſomno diſtrahitur; ſenſibusq; omnibus oblectamenta hæc gratiſſima eſſe ſolent, & quocunq; tempore fiant,ſemper arrident.

EXCRETIO.

CVm ad euacuandum, ut plurimum, Thermarum uſus deſeruiat,euacuationes quoq; omnes tam naturales,quã conſuetas diligenter procurare debemus,& non modo prius ſectione uenæ, diæta,& purgatione,ſi opus fuerit,exinaniuiſſe ſuperflua;ſed interim etiam,ſi quid copioſius abundauerit, aut caſu ſuperexcreuerit, arte euacuare.Maxima tamen præ cæteris diligentia opus eſt,ne excrementa communia coctionum uniuerſi corporis,& particularia ſingularum partium retineantur. Sed ſi non natura,ſaltem ope medica,probe expurgentur. Antequam igitur mane quis uel aquas bibat, uel balneum, laconicumue, aut lutum ingrediatur, fæces omnes tam primæ, quam ſecundæ coctionis expurget,ut dicit Gal. 3.acut.59.Verendum.n.eſt ne ſi retineantur,vt habetur 2.tuend.2. quid ex eis in habitum corporis rapiatur:præterea uaporibus ſuis caput tentarent:Diutiuſq; retentæ magis ſiccarentur, difficiliuſq; poſtea egrederentur;& aquarum tranſitum etiam impedirent. Quare ſi naturæ

aluus non obediat, uel clyſteribus ex eadem Thermarum aqua cum oleo abluatur, uel ſuppoſitoriis irritetur, uel cibis liquidioribus aut lubricantibus leniatur, quod minus moleſtum eſſe ſolet, & mihi magis probatur; quia per omnia inteſtina pertranſeunt, & non ſolas extremas partes pertingunt. Hoc facile præſtabunt paſſulæ orientales, vnciæ pondere parum ante cibũ aſſumptæ, quæ ſi non lauentur, ſed ſolum ab acinis mundentur, magis lubricant, cum lotione earum humiditas multa leniens auferatur; vel in iure bulliant, & cum paſſulis ſimul ius in prima menſa aſſumatur. idem efficient etiam pruna tam recentia, quam ſiccata, mixæ ſebeſten dictæ, Tamarindi, ſiliquæ, manna, caſia, caricæ, uniuerſaliterq; ius omne optimarum carnium, maxime ueruecis, capi, & galli ueteris. meliuſq; ius piſcium, præcipue autem marinorum. ius quoq; olerum, ſed potiſſimum bliti, atriplicis, betæ, & braſſicæ cuiuſq; generis. leguminum iuſcula, ut cicerculæ, lentium, & cicerum rubeorum; eoq; magis ſi eis admiſceatur oleum dulce, oximel, butyrum, mel, ſaccharum, uel etiam ſal ipſum ſolum. Et ſi fæcis uini albi (tartarum dicunt) drachma admiſceatur, felicius educunt. Aluum etiam lubricam faciunt, ſi in cibis edantur, Aſparagi omnes, cappares, amigdalæ, eorumque oleum, & olea omnia, lacq;, & eius ſerum omne, oua ſorbilia, radiculæ, raphani, porrũ, allium, cæpa, zingiber, polygonatum, rhu, ocimum, piper, naſturcium, ſinapis, lactuca, marrubium, uuarum genera omnia, mala quoq; punica, armenica, & perſica. melopepones, cucurbitæ, earũq; ſtillatitiæ aquæ, poma dulcia, fructuſq; omnes dulces, & dulcia omnia, ut muſtum, ſapa. ficus quoq;, ſycomorus, mora tam alba, quam nigra, fragra; ſemina cnici, pomorũ, limonũ, arantiorũ, citri, viticis, & urticæ. cancri omnes, & cochleæ, buccinæ, tellinæ; ceteraq; oſtreacea, cetaria quoq; ſalita multa, botargę, cauiarum, tunina, ſchinale, moronaq; dicta. Alica, ptiſana, panis ſecũdarius & furfuraceus, vinum quoq; abſinthite autumno ex arte confectũ, quotidieue comã eius aliquot horis ante infundẽdo. Quæ ſi non ſufficerent, non ab re eſſet pilulis aliquibus ante cænam

uti

uti,quo tempore minus diuertent Thermarum actionem. Vrinarum inſuper euacuationi maxima cum diligentia attendendũ eſt in Thermarum potu; quare colligi debet vrina omnis eiuſdem diei poſt aquarum potum, & uel pondere, uel menſura examinari, an tanta ſit egreſſa, quanta fuit epota, ferculorum etiam liquidorum ſimul & uini aſſumpti in cibis rationẽ habendo, quæ proportione quantitatem adaugent; ſicuti ad octauam aquæ partem, detrahunt quæ per ſputum, inſenſibilemq; tranſpirationem euacuari ſolent. ceterum ſi epota aqua non egrediatur, conſiderandum eſt,quid poſſit eſſe huius retentionis cauſa,& ubi nam collecta perſiſtat: neq;, ut fere omnes dicunt,clyſteribus,ſi non euacuetur, extrahi debet. Hoc nanq; uerum eſt, ſi in inteſtinis permanſerit, quod ex eorum tẽſione,grauitate,& rugitu percipitur,& propter meſeraicarum obſtructionẽ ad hepar tranſire non potuerit;uel ſaltem ſi ad ſimas eius partes vſq; pertigerit, ulterius tamen ob uenularum hepatis obſtructionẽ ad cauam uenam nequierit penetrare. facile enim quæcunque ſuperflua in hiſce partibus continentur, ſolet natura ad inteſtina protrudere. Quare uel balano irritetur natura, uel clyſteri moueantur materiæ ad feceſſum, uel aqua ſalſa ſimplici epota abluantur inteſtina, conducet. Verum ſi partes iſtas pertranſierit aqua,& aut in ueſica colligatur,& per eius collum egredi nequeat, uel non aperiente ſe muſculo orificium eius claudente propter frigiditatem aquæ ſemiſtupefacientem, uel propter nimiam copiam aggrauantem & debilitantem:aut obſtruente aliquo pituitoſo humore ab aqua ipſa forte eò deducto, tunc opus erit pectini inunctiones ex oleo ſcorpionum,uel fomenta aliqua apponere calefacientia,& dilatantia; attenuantia, & aperientia; vt eſt ſenecion, artemiſia, parietaria ab Aetio perdicium appellata lib. 11.cap.23. quam ad urinã ſuppreſſam ueſicæ imponit. Quem errare Braſauolus non audens dicere, ut de aliis aſſerit, qui ea utuntur hac in re; cum frigida ſit, comprimendo,ut manus,dicit urinam exprimere:quam appoſite,uideant omnes.uerum ſi diutina tuſſi uexatos ui ſua exterſoria curat,ut dicit Dioſcorides

coridcs

corides & Gal., cur eadem ratione extergendo ſcilicet viſcida, & craſſa orificio ueſicæ impacta, non conueniet? cum Galenus dicat 6. ſimpl. certe euidens extergendi experimentum præbet, & in vaſis uitreis: unde uitriola etiam appellatur. poſſunt igitur hæc vel in aquis Thermalibus decoqui, & ſpongia immerſa apponi, vel in ſartagine oleo ſeminum lini, uel etiam oliuarum affuſo ferueſacta applicari. Si uero propter renum obſtructioné aqua in uenis contineatur, quod ſæpius contingere ſolet per inſenſibilem tranſpirationem, eius exhalatio procuranda eſt, leuibus frictionibus, ſed longis, totum corpus lineo panno detrito confricando; oleoq; aliquo digerente inungendo, ut eſt chamænelinum, & amigdalarum amararum, ad poros cutis abſtergendos: balneoq; uel laconico ſudor erit prouocandus. Quæ omnia ſi minus agant, quam par ſit, medicaméto aliquo aquas traliente ſequenti die erunt educendæ: qualiæ ſunt Damaſcenarum roſarum ſuccus ſaccharo exceptus, & ſirupus roſatus ſolutiuus, æris ſquamma, ammoniaca gutta, ſuccus anagallidis, iris, chamepytis, cnici grana, herinacei caro, ebuli puluis vel decoctio, ſambuciq; pariter, ſed eius præcipue pellicula ſub cortice interior: baccæ hederæ, fraxini ſemina, murium ſtercus, braſſica marina, ſoldanellam dicunt, ſed præcipue elateriũ ad duo uel tria grana. Vnguentum quoq; Artanitæ vmbilico inunctum aquas feliciter per ſeceſſum educere multis ſolet. Nec minori diligentia renum obſtructioni attendendum erit; ea, quæ infarctu liberant per os offerendo, ut ſunt omnia, quæ a Græcis proprie diuretica nominantur 5. Simpl. 13. a Gal. deſcripta: & a nobis, cum de adiumento agebamus, multa ſunt relata. ſequente autem die aqua non eſt propinanda, ſed in medicamentis enarratis inſiſtendum, ut melius poſtea tertio die aqua denuo pota liberum tranſitum inueniat. ſæpius tamen contingit, ut ob diuerſam corporis conſtitutionem aliquibus primo die nihil penitus, uel certe minimum aquæ egrediatur, ſecundo autem die poſtea tota euacuetur; quibus alternis ſolum diebus eſt offerenda, uel etiam, ſi opus eſſet ſingulis duobus tantum

tranſactis diebus. Cum uero propter aliquod membrũ particulare Thermis utimur, illius etiam membri particulariter excrementa diligenter prius ſunt expurganda; ut cum caput ſtillicidio ſubiicere uolumus, præter ſcreatum, & gargariſmata, palatum & fauces vicinaſq. partes expurgantia, ſternutamentis ẽt utendum eſt, ſi nõ ex rebus acrioribus, ne caput per conſenſum calefaciant, ſaltem impoſitione feſtucæ, uel ſetæ ſuillæ, equinæ ue altius in nares, pungendo carunculas mãmillares, qua irritatione concitata natura, ut quod pungit expellat, ſternutatione ſe conſtringendo, cum impetu explodit (ut fulmen e nubibus) quodcunq; excrementitiũ in uiis illis continetur. Cæteræ quoq; oẽs euacuationes conſuetæ, ut menſium, lactis, ſanguinis nariũ, hæmorrhoidum, cauteriorumq;, ſi quæ adſunt, temporibus ſolitis ſunt procurandæ. Semen uero tametſi diutius retentũ multis modis lædere, & ſtomachum etiam ipſum, dicat Gal. 6. affect. 5. & 1. de ſemine 13. & 14. nihilominus, cum 1. in 3. 4. dicat, Veneris abſtinentia, & ſi corpus impleatur, ſtomachum tamen confirmari, ut quam maxime: quia ſemper Venus ſtomachum labefactat non mediocriter; & in thermarum aſſumptione maxime indigeamus robore ſtomachi: a coitu abſtinẽdũ eſt: præcipueq; quod non inculpata ualetudine fruuntur, qui Thermis indigẽt, & ut plurimum debiliores exiſtunt. Venereis autem imbecilli in extremã debilitatem redacti magnopere lædũtur, dicit Gal. 5. in 6. 23. Quare in Thermis a coitu repente aliqui mortui ſunt: non ex ſpirituum accenſione & putredine, quæ ad cor pertingẽs interficiat, ut aliqui dicunt, quod tam repente fieri poſſe credendum non eſt: Sed potius ex maxima ſpirituum reſolutione & ſubita eorum inanitione, ut etiam in ſyncope euenire ſolet. In coitu nanq; maxima ſemper fit ſpirituum reſolutio, tum ob ſeminis excretionem, in quo magna ſpirituum copia ineſt: tum ob maximam delectationem, ad quam ſpirituum ſemper ingẽs fit exhalatio. Magis autem debilitantur, qui thermis incumbũt, tum quia uires iam ſunt defatigatæ, & ſpiritus conſumpti; vt in vigiliis & laboribus: tum quia uiæ omnes ſunt apertæ, unde facilius

cilius ſpiritus exhalant.rubuſtioribus tamē & aſſuetis nō æque. Quod enim Vgulinus, Sauónarola, & Tura aiunt, coitum uitēt tamquam rem peſtilentem, & mortem infallabiliter afferētem, ſaltemq; ab ipſo abſtineant etiam poſt balnea uſq; ad menſem, ſi ſit robuſtus, & ſi debilis, plus: forte uerum eſt in illa ſua tam uiolenta aquarum aſſumptione, ut etiam de aphoriſmo illo Hippocratis dicere ſoleo 5.aph. 31. vtero gerentibus ſi ſanguis mittatur, fit aborſus: uerum eſſe, ſi mittatur, ut eo tempore faciebāt copioſiſſime, cum nobis potius ſit ſæpius præſeruatio aborſus: (quicquid dicat Altomaris) verum ſi Thermis utamur moderate, ut decet, non accident tot inconuenientia, quot iſti deſcribunt; nec tam arctis regulis in uictus ratione ligandi ſunt aſſumentes: cum experientia conſtet, multos haſce aquas aſſumere nulla ſeruata regula, & tamen nihil damni paſſos eſſe. Quod tamen in exemplum ad imitationem trahi non debet. Malum ſiquidem, tametſi malum ſubito non inducat, malum tamen ſemper eſt.

ACCIDENTIA.

QVamuis autem in uſu Thermarum adamuſſim omnia ex præſcripto ſeruentur: quod tamen difficile admodum eſt, quin in aliquibus peccetur: Nihilominus accidentia quædam euenire aliquando ſolent, quæ præcaueri forte, ſi innoteſcant, & curari cum ſuperuenerint, facile poterunt. Horum autem aliqua ſunt totius corporis, & omnium partiū communia, ut ſudor immodicus, laſſitudo, animi defectus, ſupercalefactio, & febris: Alia uero ſunt alicuius partis ſolum, ut capitis dolor, Vigiliæ, Somnus, Vertigo, Viſionis læſio, Defluxio, & inde tuſſis. Ventriculi accidentia ſunt ſitis, oris ſiccitas, inappetentia, fames, debilitas, dolor, ructus, ſingultus, & uomitus. Aluus quoq; fit uel nimis ſoluta, uel aſtricta; Vrinæ difficultas, ardor, & retentio, de ſingulis igitur eadem ſerie breuiter dicendum.

SVDOR.

SVdor in Thermis nunquam negotiū faceſſet, niſi error committatur. euenit autem aut nimia ciborum repletione, ut dicit Hippocrates 4. aph. 41. quod ſi propter recens aſſumptos, prohibere oportet, ne plures aſſumantur: quod ſi propter prius aſſumptos, euacuare dicit ibi Galenus: aut humorum tenuitate fit ut dicit Gal. 3.ſympt. cauſis 2. cui conferunt cibi leuiter adſtringentes, inter quos ſummopere conueniunt fercula ex millio, uel panico, & lacte caprino confecta. Vſus quoq; omphacii, granatorum, limonum, arantiorum, gelatinæ, portulacæ, lactucæ, citoniorum, oxalidis, & acidorum omnium. Aut fit ſudor ob uirium imbecillitatem, ut dicit Gal. 2. in primū 27. cui ſucurrendum eſt præcipue cibis optimis multum & facile nutrientibus. Aut propter habitus raritatem, ut Gal. 4. aph. 41. Quæ quidem omnia expectamus quidem, ſi non exoptamus in balneis, ſed non immoderata; quæ fiunt cum diutius quam par ſit, in balneo aut laconico calidiore moram trahimus: præcipueq; cum Herodoti regulam non obſeruarunt. Iſtos autē poſſumus ſane ſtatim, ne ſyncope ſuperueniat, ſuper culcitram ex goſypio uel lanis, non ſuper lectum poſitos, in loco opaco ſene ſtriſq; ad ſeptentrionem patentibus euentare, operimenta ſubinde extollendo, ut aerem frigidiorem captent. Flabelloq; ēt vndequaq; ſenſim uentilare: iubereq; ut ore aperto ſuper vaſe amplo aqua frigida pleno aerem illum attrahendo inſpirent. Frigidamq; aquam repēte illis inaduertentibus in faciem iniicere. & linteum aqua roſacea & aceto frigidis madefactum teſtibus apponere. Sed neq; totum corpus adſtringentibus illinire, aut frigida immergere laudo, ne pori conſtringantur: neq; diutius in uictu adſtringente perſiſtere, ne obſtructiones fiant: Sed potius uſu balnei diebus aliquot abſtinere, & poſtea ſemel tantum in die, breuioriq; tempore, ac minus calido utantur.

LASSITVDO.

LAſſitudo ſpontanea,& debilitas ſubita, cum nec ſolida præter naturam fuerint immutata, nec humores euacuati,ex ſola ſpirituũ magna exinanitione fieri poteſt, qui uel calore balnei & laconici aeriſq; ambientis æſtu, uel odore Thermarum inſolito, ſimulq; cum ſudore ipſo & aliis excretis per urinam & aluum euacuari ſolent. Si igitur mane antequam uel aquas bibant, uel balneum ingrediantur, laſſitudinem ſentiant ægrotantes, ea die intermittendum erit, pluribusq; etiam, ſi perſeueraret, ne ex noua Thermarum euacuatione in ſyncopē incidant. Sed quieſcendum eſt toto corpore in lecto etiam cubando,ut omnes muſculorum tendones remittantur, & nerui non tendantur, ac ſpiritus labore ac motu reſoluantur. (ſtare ſiquidem motus quidam eſt, vel tonicus,uel quomodolibet appelletur ex Gal. primo de motu muſcul.7. & 8.) animoq; etiam quieſcere & delectari conuenit. Odoramenta grata olfacere, & poſt cibos cito nutrientes ad ſomnum ſe conuertere, &, ut ſummatim dicatur,uictus ratione uti analeptica,ideſt refectoria,quę conualeſcentibus conuenit.

ANIMI DEFECTVS.

ANimi defectus in Thermis euenire illis potiſſimũ ſolet, qui minus ſunt conſueti, & corporis habitum laxum, & rarum habent. diutiuſq; in balneo, quam ferant eorum uires, immorari uolunt. ex maxima etenim ſpirituum inanitione præceps hic uirium lapſus euenire contingit. dicit enim Gal. 2. aph. 4. quod mulier quædam longum in balneo tempus commorata frequenter exoluebatur, ob temporis diuturnitatem, & quoniam in balneo magna ex parte ligna ſuccendebantur uitiata; cui ſimile eſt Thermarum putidus odor inſuetis.neq; fidendum eſt delectationi,quæ ſæpius in balneo percipitur; quanuis enim multi

multi uoluptatem maximam in balneis percipiant, uires tamen aliquando illis adeo exoluũtur, ut mors ſubſequatur, dicit Gal. 4.Simpl.2.tametſi.n.uerum ſit, ꝙ ſæpius ab Hippocrate ſcriptũ eſt, ſi talia purgentur, qualia purgari oportet, confert & leuiter ferunt: Verum etiam eſt quod 6.aph.27. dicitur: quicunq; urantur, aut ſecantur, ſi pus aut aqua uniuerſim effluat, pereũt; quanuis quod peccat, & educi oportet, purgetur. Sed hoc euenit, quia multi cum eo ſpiritus exeunt, atq; excernuntur: unde periclitantur, dicit ibi Gal. Huic igitur, ſi ex ſpirituum exolutione, cum ſudore immoderato fiat, adiumento erimus confeſtim non modo faciem, ſed totum etiam corpus frigida conſpergendo, ꝙ ſpirituum retractionem facit. Sicuti ẽt ad ſpirantẽ auram eos conuertendo, & flabello perflando, quod inſuper ad ſpirituum regenerationem conducit; ſicuti & odor, cum ſpiritus ipſi non ſolum animales aeris etiam inſpiratione ſola generentur, ut dicitur 12. meth.5.& 8.uſupar.6.ſed etiam uitales 8.decret.8.7. uſupart. 8.de uſu pulſ. & reſpir. cum odorum quoq;, ac ſpirituum cõis ſit materia uapor. Quare confert etiam iſtis odorata & ſuaue olentia naribus admouere. Sed cur hyſtericis graue olentia naribus, odorata uero utero admouere docent omnes ex Gal. 1.ad Glauc.14. Quia ad hæc mouetur uterus, illa uero refugit, omnes dicunt. Sed nonne 6.affect.5.contra Platonis ſententiã, Gal. uterum non poſſe, ut animal, moueri probauit? An odorata uapore conſtant humido & replente; fætida uero illa de quibus 9. per locos ultimo, exhalatione fiunt ſicca, idcircoq; reſoluũt, qua parte trahuntur? Ventriculo etiã in ſyncope odorata & actu calida apponere, ut panem medium inciſum torrefactum, & uino calido immerſum; abſinthium ſuper tegula uel batillo candenti cũ inſperſione aceti calefactũ. & ſolæ frictiones ſtomachi a ſyncope reuocare ſolẽt. Gal. aũt 2.aph.11.ex Hippocratis libro de alimento ait, qui cita indigent adiectione, iis humidum ad recuperandas uires remedium optimũ eſt: ubi aũt adhuc citius, per odoratũ. inter odorata aũt oĩa magis nutriunt illa, quæ in cibũ ẽt conſuetum, & naturæ familiarem uſui eſſe ſolent: ut odor panis

nis calidi e clibano ſtatim extracti, quo ſolo philoſophus ille nedum horas, ſed dies uitam protraxit. Carnium etiam calidarũ præcipue aſſatarum odores naribus ſtatim admoti. Poſt aerẽ & odorem uinum celerrime & maxime uniuerſim alit, dicit Gal. 2 aph. 18, cuius inditium eſſe dicit in pulſibus, uehementia & magnitudo. Quod Ouidius dixit.

Vt ſolet infuſo uena redire mero.

Vinum igitur, quod & calidum natura ſit, dicit Gal. 12. meth. 4. & deductionem in corpus promoueat; omnibus, quos ſyncope male habet, offerre conueniet. Sed an calidum actu debeat eſſe uinum, ut citius in ſpiritus uertatur & penetret? multi ex Galeno 10. meth. 4. affirmant, uerum Gal. primo ad Glauc. 14. illis, qui ob ſudoris multitudinem animi defectum patiuntur, uinum frigidum præcipue, dicit, exhibere oportet: & nihil omnino calidum offerre. Cæteris autem non ob ſudoris copiã exolutis calidum poterit conuenire, cum calidi ſit ſudorem magis proritare. Et cum Hippocrates ſtatuat 2. aph. 11. facilius eſſe impleri potu quam cibo, iuſcula etiam conſumata dicta id maximæ præſtabunt. Sed nihil æque, ac ſuccus ex carnibus calidis aſſatis in bracteas inciſis prelo expreſſus: cum enim comeduntur carnes, ſolus earum ſuccus in ſanguinem & ſpiritus conuertitur; reliquum autem in fæces. Oua etiam ſorbilia, & tenuiſſimi alii cibi conueniunt, ut panis contritus ex uino aliquo, ut Galenus 12. meth. 4. vel Cretico & odorato. Ne uero uſu thermarum ægrotantes in animi defectum prolabantur, poſſunt dum in balneo morantur, frigidam aquam uel ſolam, uel cum aceto miſtam, ſæpius in ore detinere, faciem irrorare, bene olentiaq; odorari, ut ex Tryphone iubet Galenus 9. per loc. 2. acetum & pulegium, nos multa in gratiam ægrotantium parare ſolemus. Sed maxime id præſtant pira, pomaq; omnia, ſed præcipue citria dum odorantur, inſuperq; exemplo Gal. 10. meth. 4. qui & in acceſſionibus ipſis, & antea etiam aliquando cibandum eſſe docet, poterimus & nos uel ante balnei ingreſſum, ſolitis præcipue ſummo mane prandere, ientaculum tenue

offerre

offerre,uel in balneo ipſo confectiones ex piſtachiis, auellanis, pineis,amigdalis,ſandalis,ſeminibus frigidis & ſaccharo concedere, ſeminaq; melonum, coriandrorum, & ſimilia ſaccaro incruſtata,panis offulas vino granatorum immerſas,arantia,paſſulas,& dulciarium panem.laudant maxime aliqui in ſyncope flores nucis caducos in potu.

SVPERCALEFACTIO.

SVpercalefactio totius corporis & uiſcerum aliquando tam intenſa ſuperuenit non modo in balneo exiſtentibus, ſed etiam cum egreſſi fuerint, ac ſi in ardenti fornace ineſſent: quod uel a caliditate intenſiore,uel more diuturniore in balneo, uel etiã humorum corporis inflammatione, uel horum omnium culpa contingere ſolet. Statim igitur propinandum eſt illis copioſius decoctum aliquod ex rebus refrigerantibus cum ſirupis etiam eiuſdem intentionis,bis terq; eodem die hoc repetendo. Victus ratio omnis refrigerans & humectans inſtituatur, a uino ceteriſq; calidis abſtinendo. Epitemata actu & potentia frigida cordi, renibus, hepati & teſticulis apponendo: aerem ex frigidiſſima aqua in uaſe appoſita continue inſpirando, pedes manuſq; in aquam frigidam ſæpius imponendo, & ſi vehementior eſſet hic ardor,etiam totũ corpus in moderate frigidam immergendo,ne ad ſolidas penetrans calor hecticam induceret. verum ſi moderatior ſit incaleſcentia, ab hoc abſtinendum eſt, ne facta poſtea cutis obſtructione putridam febrem excitaret. tribus aut quatuor diebus in hac diæta absq; balnei uſu erit perſiſtendum: & priuſquam ad balneum redeat ex Tamarindorum prunorum & caſiæ fiſtularis pulpa uenter ſubducatur: & ſequenti die ſemel tantum,& breui tempore balneo utatur. Et etiam ante ingreſſum balnei,uel ſaltem ſtatim poſt, ſaccharũ roſaceũ aut integrum comedat, aut ex ſtilatitia aqua refrigerante diſſolutum bibat.Si uero nõ totum corpus,ſed pars aliqua ſolum, ut renes, ventriculus aut iecur incaluerit; illi proſpiciendum erit & ante

balneum,

balneum,ut in adiumentis dictum eſt,& eadem ratione etiã poſt balneum.Sed ſi iecur laborauerit an credẽdum Galeno lupinũ iecur omnibus affectionibus hepatis conuenire 6. per locos 2. cuius rei abunde experimentrm habere dicit 8. per locos 8. cũ 11. ſimpl. cap. proprio,ſcribat nihil mentione dignum in illo inueniſſe. niſi hoc prius ſcripſerit,illud uero poſtea expertus eſt.? ſi renum uitio ſanguis mittendus eſſet,& ambigeretur,an in brachio,aut in manu:obſeruant omnes quod a Gal. ſcriptum eſt l. de ſanguinis miſſione cap. 18. non quod in lib. de renum affectibus cap. 4. qua ſola diuerſitate arguitur liber ille ut ſpurius.

FEBRIS.

FEbris diaria facile,& hectica etiam ex relato ardore in Thermis aduenire poteſt; tametſi enim Gal. dixerit 2. criſ. ult. hecticas febres non ab initio fieri, hoc interpretandum eſt, quia rariſſime contingit, ut eſt 3. præſag. pulſ. 7. ſed duæ eius ſunt ſpecies primo differ. febr. 7. & ſemper quæ incipit, ut ephemera, a procatarctica cauſa fit,cap. ſequenti, ueluti nunc diximus fieri: Cui iiſdem præſidiis, quibus ſupercalefactioni, occurrendum eſt. Verum ſi putrida excitaretur, quod non ſolũ ex cauſis dictis, ſed etiam ob imminutam humorum ante balneum purgationẽ, vel propter obſtructionem aliquam ex frigoris occurſu in ambitum corporis factam euenire poteſt. Sed an ſymptoma ſit appellanda febris, vt dicit Gal. non modo ex aliorum ſententia 4. aphor. 66. & 7. aph. 43. ſed etiam ex ſua 3. affect. 7. primo ad Glauc. 4. 5. & ult. cum tamẽ triplex ſit ſymptoma, differ. ſympt. 2. actio læſa, accidens mutatum,& excrementum, horum tamẽ nullum ſit febris, ſed uere ſit morbus primo in 6. 9.? Abutitur Gal. nomine ſymptomatis ad febres. Quare quod Laurẽtianus verterat primo differ. feb. ult. eſſe ſymptoma, Leonicenus magis appoſite interpretatus eſt conſequi, non tamen omne, quod alia inſequitur, eorum ſymptoma eſt. Tunc non modo a balneo abſtinendum eſt,& victus ratio tenuis inſtituenda eſt, ſed ẽt

Gg ſanguis

ſanguis mittendus, purgatio molienda, & quæ communia ſunt auxilia ad febrium curationes, ſunt facienda. de quibus, ut de ceteris etiam ſolitis curationibus, non eſt quod nunc tractare velim. ſtudioſos ſolum admonitos volo, Galenum in cura diariarum ex obſtructione, vt iſtæ ſunt, 8. meth. 4. cum inter nonnulla alia Apium numeraſſet, ſubdidiſſe: Verum hæc omnia iuſto ſunt calidiora, ideoq; febres accendunt. Paulopoſt tamen ait: Nam præter aquam, quæ parum apii incoctum in ſe habuerit, nihil eſt offerendum. Dicerem ego in primo loco Galenũ intelligere de ſemine apii, quod acre eſſe dicit 5. Simpl. 13. & flatus diſcutere 2 Glauc. 6. 8. meth. 5. et 14. meth. 7. in ſecundo autẽ loco de radice intelligendum eſſe, ut ab eodem met declaratur in febribus putridis. 11. meth. 9. inquiente: Itaq; deligenda Medico ſunt ea, quæ citra calefactionem ſiccationemq; valentem ſupradictas vacuationes præſtent: Cuiuſmodi ſunt cremor ptiſanæ, aqua mulſa, oxymeli, apomeli, & apii radix in aqua, quæ potui datur incocta. Nam & de petroſelino (non autem Apium verum appellamus petroſelinum) 8. Simpl. dixit ſemẽ eſſe calidius radice: & de attenuant, vict. 5. dicit omnia ſemina quibus veſcuntur, ſua natura ad ſiccius & calidius magis, q̃ herbæ ipſæ, ſemper ſunt propenſa.

CONVVLSIO.

Conuulſio ex repentina capitum muſculorũ circa ſuras contractione tam aquam bibentibus, quam balneo utentibus ſæpiſſime euenire ſolet; noctu præcipue inter dormiendũ, maximeq; ſi locus frigidus ſit, & lecti ſtragula ſint leuiora. Huius meminit Gal. 5. aph. primo inquiens. Contingit autem & propter ipſam euacuationem ſupra modum ipſis purgatis conuulſionem aduenire: ſicuti & choleram patientibus contractiones frequenter adueniunt, maximeq; eorum qui ſunt in ſuris muſculorum. Ex quibus uerbis decepti ſunt aliqui credentes ſurarum conuulſiones in cholera ex inanitione fieri, cum Gal. hic

loquens

loquens de conuulſione ex inanitione facta, ſubdat, ſiccuti & choleram patientibus, & Hippocrates 6. aph. 39. dicat conuulſio fit uel ex repletione, vel inanitione. Sed experientia ipſa oppoſitum indicat, & ratio etiam idem comprobare videtur. Nam Gal. Paulo poſt ſubdit, liquet igitur quod ex repletione conuulſio, ſanabilis eſt per euacuationem, ea vero, quæ fit ex inanitione, & neruorum ſiccitate, non facile admittit curationem, Quin in fine dicit ex ſiccitate inſanabilem eſſe, idemq; confirmauit 12. meth. in fine. Sed ego multos habui, qui in euacuationibus iſtis cholericis non modo in ſurarum muſculis, ſed toto fere corpore conuellebantur, qui ſi in balneo, uel in laconico ex rebus calefacientibus & ſiccantibus parato imponebantur, ſtatim ceſſabat conuulſio: redibat tamen perſeuerante euacuatione, ſed eodem remedio breui ſoluebatur. Sed quis in re Medica exercitatus neſcit ab intemperie & ſiccitate morbos factos non ſubito aduenire, & recedere, denuoq; redire & abſolui? vt de epilepſiæ conuulſione etiam Gal. 3. affectis 7. ita ſcripſit. Verum non ab ariditate uacuationeq;, ſed a craſſo ſemper humore hanc affectionem induci argumēto eſt, quod & ſubito fit, & ſoluitur confeſtim. Quo in loco obiter candidatos Medicinę admonitos uolo, ne hæſitent, quod Gal. dicat, quia ſubito fit, & ſubito reſoluitur; ſignum eſt morbum fieri ab humore craſſo. & eodem cap. in fine dicit, Apoplexiæ autem, quod ſubito eueniat, aut frigidum humorem, aut craſſum, aut uiſcidum, qui principaliores cerebri uentriculos affatim implet, nō totius ſubſtantiæ intemperiem cauſam eſſe manifeſtum eſt. & 2. ſympt. cauſ. vltimo. ſimul de Epilepſia & Apoplexia eandem ſententiam ſcribit. Cum potius humor frigidus craſſus & viſcidus tarde moueatur, & cum morbum facit, & cum ſoluitur. contra autem humores calidi tenues & ſubtiles, magiſq; etiam flatus ſubito morbos faciant, & ſoluantur. Huius rei ſolutio in uerbis ipſis Galeni patet: cum in iſtis tribus locis non comparentur humores inter ſe: ſic enim uerum eſſet humores tenues citius ſolui, quam craſſos: ſed humores craſſi comparantur intempe-

riei ſiccæ:& hoc pacto uerum eſt,quod à principio dicebamus, intemperiem ſiccã non ſubito fieri,nec ſubito recedere,ut faciũt conuulſiones in euacuationibus cholericis.Quare ſi Galenum 5 aph. 1.ueritati conſona dicere uelimus dictionem illam ſicuti,nõ intelligemus de inanitione,ſed de cõuulſione,ideſt quod in purgationibus ex elleboro fiunt conuulſiones,ſicuti & in cholera fiunt,ſed non propter eandem cauſam inanitionẽ ſcilicet,& ſiccitatem:Quia potius in cholera fiunt illæ conuulſiones uel ex repletione, dum uel a balneo rarefactæ partes,& aqua nõ pfecte ſiccata poſt balneum frigori externo exponuntur ut 6.aph. 13.à frigiditate docet Gal.repletionem neruorũ & cõuulſionẽ fieri vel dum aqua epota per neruos etiam ſurarum deſtillat, ſicuti Gal. 3.aph. 25.de pueris dixit. vel ex neruorum contractione,ut cum pueri lugent cum intenſione uehemẽtiore.3. prognoſt. 34. quia non ſolum per luctum cerebri humiditates liquantur, & p vniuerſam neruorum propaginem deſcẽdunt, ut interpretatus eſt Vega,ſed ẽt quia conſtringitur cerebrũ in uehementi luctu, uti & in ſingultu uentriculus,& in epilepſia cerebrum ad expellendum quod noxium eſt,unde ex cõſtrictione conniuent meatus omnes cerebri,indeq; fit amiſſio ſenſus & motus, & conuelluntur nerui,principio eorum ſe ſe contrahente in epilepſia,non ex obſtructione facta ab humore pituitoſo,ut fere omnes medici credunt,ex uerbis Gal.non .n. fieret conuulſio ex ſola obſtructione,nec epilepſia differret ab apoplexia.Quin & multæ fiunt epilepſiæ ſola aura ab aliquo membro ad cerebrum eleuata,uel etiã per ſolum conſenſum alicuius partis:quibus in caſibus nullam poſſunt ponere iſti pituitam in cerebro obſtruentem. Verũ magis credendum eſt conuulſiones iſtas ſurarum fieri a frigiditate,ut dicit Gal.3.prognoſt.35. quæ neruoſas partes ea ratione conſtringit,qua Hippocrates dixit 5. aph. 17. frigidum facere conuulſiones:& Gal.docet 4.Simpl.2.dolores inducere. Oſtendit aũt hoc ſanatio dicit Hippocrates 2.aph.17.curãtur ſiquidẽ ſurarũ iſtæ conuulſiones crura inungẽdo calefacientibus oleis, ut eſt uulpinum,laurinum,de terebintina, de lateribus, de cera,

addiτis

additis caſtoreo,ſulfu re,& etiam euphorbio. Præcipuũq; in hac curatione eſt crura calida conſeruare,tũ ea ſemper ocreis pellici is induendo,tum in locis calidis dormiendo, lectũ prius calefaciẽdo,& lectiſterniis calidis, qualia ſunt ex plumis Germanorũ more cõfecta,poſtea muniendo.Tum ſacculo ex furfuribus torrefactis utriq; cruri ſupponendo, plantiſq; pedum lateres calefactos uino irroratos,linteiſq; ĩuolutos apponẽdo. clyſteribuſq; ẽt acriorib. ex decoctione colocynthidis,ebuli,agarici,ellebori, additis hieris,inſtandum erit.dorſi quoq; ſpinã totã, & os ſacrũ ex oleo ſpicæ & hypericonis in quibus lumbrici terreſtres incocti fuerint,inungere cõueniet. In hora aũt cõuulſionis æger ipſe manu dextra pollicem pedis ſiniſtri ſibi uehemẽtius cõſtringat, & ſiniſtra pollicẽ dextri.lataq; faſcia locus arctiſſime ligetur, uel pannis calidis cõfricetur. Calenteq; oleo ei embrocationes fiãt. & ſi immergeretur ẽt in oleo aliquo actu & potẽtia calido, quod ſtatim parari poteſt copioſius, medicamenta calidiora in illo incoquendo,optimum eſſet. Sin autem laconico calidiſſimo ex aqua decoctionis rerum carminatiuarum in arctiore uaſe crura impoſita ſub tentorio ſuffumigentur. Conferet etiam ſi crus affectum in aliquod animal recẽs cæſum imponat,aut calidũ ſupponat,ut catulus uiuus in dorſo ſectus.Interimq;, ſi ſymptoma graue eſt,ab uſu Thermarum deſiſtant;ne a muſculis & tendonibus ad ligamenta & neruos pertranſiret morbus, & cõuulſio in toto membro perpetua fieret grauior.

DOLOR CAPITIS.

Dolor capitis tam aquam Thermarũ bibentibus; q̃; aliis extrinſece utentibus ſæpius ſuperuenire ſolet,tũ quia humorũ agitatione excitantur ſpiritus & eleuãtur uapores,qui vi ſua petunt caput,quod cum frigidum natura ſua ſit, nec poſſit eos conſumere, copia eorum diſtenduntur menynges & acrimonia mordicãtur (ſiue ſentiat cerebrũ vt dicit Gal.de multitud. cap.4.ſiue nõ ſentiat,ut dixit 1. ſympt.cauſ.8.) indeq; dolor excitatur, ſemper quidem in rei ueritate ex ſolutione continui,

ut

vt dicit Gal. primo ſympt. cauſ. 6. quia intemperies uehementior non modo proxime accedit ut unitatem ſoluat, ut dicitur de inæquali intemperie 6. ſed non facit dolorem, niſi ſoluendo cōtinuum. ut ex Hippocrate dicit Gal. 3. fractur. 34. & 4. Simpl. 2. quibus in locis tamquam philoſophus loquitur rerum eſſentias inquirens. Sed cum Medicus ſit artifex ſenſitiuus, & ſolum ea, quæ ad artem faciunt, tractare ſoleat, & ab intemperie non ſumatur indicatio de continui diſſolutione curanda, ſed ſolum de intemperie abolenda, quia ea ablata, unitas ulterius non diſſoluitur, quinimo ſtatim a natura corrigitur: Ea propter Gal. in arte medica 80. 2. affect. 5. 12. meth. 7. 2. acut. 1. ſæpiuſq; alibi dixit, dolorem fieri uel ab intemperie, uel a ſolutione continui. & hæc eſt Auicennæ diſtinctio lib. primo fen. 2. Doct. 2. ſum 2. cap. 19. ſi recte eius uerba intelligantur, & eſt deſumpta a Gal. 12. meth. 7. (quicquid in oppoſitum dixerit Auer. 3. col. 31.) qua diſtinctione multæ aliæ Galeni apparentes contrarietates ſoluuntur. Sed an ſiccitas dolorē faciat cum Gal. 2. per locos in principio hoc affirmet, primo autem ſympt. cauſ. 6. videatur negare? Non eſt ſola ſiccitas, cum dolorem facit, nec ſola humiditas, tametſi in Arte 80. inæquali intemp. 3. 2. acut. primo humiditas numeretur. 2. autem per locos dolorem non facere dicatur. Curabitur autem hic capitis dolor vapores ab eo diuertendo lotionibus crurum, & brachiorum calidiſſimis, frictionibus ex panno aſpero, uel ex ſale aſperiuſculo ſub plantis pedum & inunctionibus etiam veſtigiorum pedum dicit Gal. 2. p loc. primo: ligaturis earundem partium arctioribus, cucurbitulis abſq; ſcarificatione, tam coxis, natibus, & tibiis ad reuellendum, quam dorſo, omoplatis, & collo ad diuertendum applicatis: Clyſteriorum quoq; uſu & hæmorrhoidum apertione. exercitationes quoq; in partibus corporis inferioribus conducent, vt dicit Gal. 6. tuend. 7. ſi caput repletum eſt, ſuccurrendum eſt ei ambulationibus ſed potiſſimum ante cibum: nihil tamen uetat, quin & poſt cibum. cæterum has quam lentas eſſe expedit: illas, quæ ante cibum ſunt, magis his quidem citas, non tamen

quales

quales feſtinabundi uſurpamus opere aliquo urgente. Hoc tamen non ſtatim a cibo faciendum eſſe admonet 2. per locos ad capitis dolores ex uino inquiens: & ante cibum quidem pluribus deambulationibus utendum, poſt acceptum uero cibum, breuibus & lentis. oportet autem neq; multa comedere, neq; ſtatim deambulare, ſed poſt aut tres aut ēt plures horas. Quod etiam de puero epileptico ita admonuit cap. 5. poſt cibum autem, ubi paululum temporis intermiſerit, priuſquam ad ſtudia diſciplinarum accedat, leuiter deambulet cenſeo. Neq; hoc contrarium eſt dictis ab eodem. 4. tuend. pluribus in locis: & de salub. diæta cap. 3. ubi a cibo motus unuſquiſq; damnatur: cuius rationem reddit 4. acut. 44. Quia hoc eſt uerum in ſanitate tuenda, illud autem dicitur in affectione capitis curanda. Si vero vehementius vrgeret dolor, ut, cum ſtillicidium capite excipitur, facile contingere ſolet; abſtinendum erit parumper a duc cia, & præter reuellentia dicta, offerre pilulas aliquas a capite euacuantes, & uti contrariis intemperiei impreſſæ: ut ſi erit caliditas, quod plerunq; euenit, oxyrrhodinum fronti apponere; aquam ſolatri, lactucæ, nenufaris temporibus: unguentum populeonis naribus. Nihil tamen horum ſuper cōmiſſuram coronalem imponere laudo, ne repercutiantur uapores exhalantes per ſuturas illas cranei, & in cerebrum compingantur, & cogantur; indeq; peiora aliqua ſymptomata excitentur. ſed potius reſoluentibus leuiter & anodinis inſiſtendum. Quibus etiā mire cōfert Theriaca noua palato illita: ueluti etiam ſtatim poſt cibum aliquid comedere, quod vapores reprimat, ut diacitoniton ſine aromatibus, ſemina coriandri, morſelli triaſandalorū, Azarolæ conditæ; & poſt cibum nihil bibere, præcipueq; poſt cænam, cum it dormitum. iuuatq; maxime caput protegere die noctuq; ab aere frigido, qui conſtringendo capitis cutem prohibet uaporum exhalationem, qui retenti diſtendunt & dolorem faciunt.

Vigilia

VIGILIA.

Vigiliæ ſi cauſam aliunde habeant, ut ex animi paſſionibus, & cogitationibus, prudentia ſola opus eſt: Si uero ex Thermarum qualitate, ut in ſtillicidio calidiore illis, qui natura caput calidum habent, contrariis quidem ſuccurrendum erit, ſed a lenioribus incipiendo. crura & brachia poſt cænam ante ingreſſum lecti ex decoctione tepida ſolani, lactucę, nenufaris iuſquiami, uitis, ſalicis, uiolarum, & capitum papauerum lauando, quibus ſi chamæmilla addatur, tametſi calida ſit, melius tamẽ erit, quia altius penetrare cetera facit, & a quadam ſua proprietate ſomnum conciliat. ex qua decoctione poterit etiam ſæpius interdiu noctuq; nares, & aures lauare: linimentoq; lactis mulie-bris, in quo diſſolutum fuerit opium & crocum tempora inungere & nares: Frontiq; epithemata apponere ex decoctione prædicta, cum oleis uiolarum nenufariſq; ſæpius lotis prius cũ aqua ſtillatitia ſimili; vel etiam fontana. Oleumq; ex opio confectum in nares, & in aures imponere. cucurbitarum cucumerumq; ramenta fronti alligare, fabariam & ſemperuiuum contuſa illinere, mandragoræ folia uiridia capiti ſuperponere, eiuſq; poma odorari, & ad hunc uſum arte pomum conficere ex mandragora, hyoſcyamo, nuce methel, ſolano, cicuta, opio, camphuræ quoq; & croci parum addendo, & ladani quantum opus eſt. Vtendo uictus ratione omni refrigerãte, lactucam præcipue in ultima cena edendo. ſin autem uigiliæ uehementiores inſtarent, per os etiam erunt offerenda papaueris & melonum ſemina ſaccharo incruſtata, uel in ferculis admiſta, uel facta emulſione cum aqua lactucæ, uel iure pulli, cum uult dormire. Sirupus quoq; de papauere eadem hora, conſerua nenufaris, & uiolarum. Trazea e ſeminibus lactucæ, papaueris, ſcariolæ, & portulacæ cum ſaccharo & iure confert. Sicuti & ſcrupulus pilularum de cynogloſſa, uel trochiſcorum de ſtella; puluiſq; ſeminum prædictorum addito muſco arboreo, corallo albo, & lolio, aut mor-

ſelli

ſelli ex iiſdemet rebus confecti. Quod ſi potentioribus adhuc opus eſſet; fiat decoctio uel aqua ſtillatitia ad balneum Mariæ ex foliis ſolani, hyoſcyami, lactucæ, violarum, utriuſq; papaueris, cicutæ, portulacæ, endiuiæ, cui poſtea addantur ſemina lolii copioſe, opium, cinnamomiq, & croci parum, & iterum eodem pacto deſtillentur, & erit aqua ſomnifera potens. Sed melius eſſet a Thermarum uſu penitus abſtinere, quam his tam potentibus uti. Sed in rebus ſolum extrinſecis & moderatis inſiſtere, inter quas ex roſis oleum & aqua ſtillatitia in uſu omnibus eſt. Sed an oleum roſaceũ refrigeret tantummodo, ut 2. Simpl. ult. dicit Gal. refrigeratos omnes lædere; cum tamen 3. ſimpl. 11. dicat algentes etiam parum calefacere: & aqua roſacea qualis? cum 4. Simpl. ult. dicat quidem Gal. roſarum aqueam partem frigidam eſſe. Sed uniuerſaliter poſtea dixerit, odorata omnia calida eſſe, & particulariter 8. Simpl. cap. de Roſa, aqueam eius ſubſtantiam calidam eſſe ſcribat?

SOMNVS.

SOmnus non ſolum in ſtillicidio ob capitis caliditatem attrahentem, ſed etiam bibentibus aquam ob vapores ex aquæ & humorum per corpus agitatione ad caput eleuatos, & a cerebri frigiditate condenſatos euenire ſolet. Quare duplici ingenio illis ſubueniendum eſt. Vaporum diuerſione, ne caput petant, & eorum reſolutione, ſi aſcenderint. Primum fiet omnibus reuulſionibus in dolore capitis iam relatis: ſecundum uero illis, quibus uis eſt ſiccare, attenuare, & reſoluere. Odoramentis potiſſimum ex, ſphõdylio, peucedano, ruta uel ſola, uel in aceto cocta, acetoq; acerrimo calido ſolo, nigella torrefacta, cæteriſq, omnibus acutis odoribus, cæpa quoq; & ſcilla cum aceto temporibus illita, ſicuti & balſami factitii liquores, & capillorum cinis cum caſtoreo. oleaq; multa calidiora tam naribus quam temporibus inuncta. poſt ſinapiſmum etiam deraſo capiti nitrum inſpergere ualidiſſimum eſt. Caſtoreumq; ipſum palato & naribus illinere,

& ad grana quinq; cum oxymelite bibere. Aquæ ẽt oẽs ex ſimplicibus calidis deſtillatæ, tam in gargariſmatibus, q̃; in erinnis vſui eſſe poſſunt. Aqua vitæ pariter infuſis prius in uino ſiccantibus ſeminib., radicibus, & herbis, ſi in ore detineatur, maxime confert; ſicuti & acetũ ſcillinũ, confectio anacardina, zingiber, et piper albũ conditum; deuorare ẽt pilulam poſt prandiũ ex agaloco, myrrha, caſtoreo, ſegapenoq; cũ ſirupo de ſtæchade confectam haud parũ conducit. Victus ratio ſit qualis puero epileptico a Galeno iniungitur attenuans & deſiccans. in qua non imputetur contradictioni quod cap. 4. prius dicat interdum ſmyrniũ deguſtare conferet, & poſtea ſmyrnium damnet, quod propter caliditatem caput repleat, & ultra modum inflammatiuũ ſit, & malos humores generet. Hoc nanq; uerũ eſt, ſi copioſius eo utamur; illud uero, ſi interdũ ſolum deguſtemus, ut ipſe dicit. Qua ratione ẽt conciliantur Gal. de uigilia ſententiæ, cum 7. aph. 18. dicit in longis vigiliis ſanguinem bilioſiorem fieri, quod ẽt 1. in 6. 10. ab eodem confirmatur, quare ſomnolentis conferre uidentur. Sed 2. acutorum ult. dicit uigiliam crudiores tum potus, tũ cibos efficere, cuius rõnem reddit 5. in 6. 10. & 1. aph. 15. refrigerareq; internas partes dicit 4. in 6. 14. unde cauſam ſomni augere uidetur. Quod de immoderatis uigiliis intelligẽdũ eſt. Nocte igitur quantum ſat eſt, ſomno erit indulgendũ, ut interdiu melius uigilare poſſint. Quo tpe nõ ſolitudine, nec otio, ſegnitia, aut accidia detineri decet: ſed aliqua ſemper ſatagere, & tam animo, quam corpore exerceri: motus ſiquidem corporis non ſolum ſomnum prohibet, quòd ei contrarius eſt, ſed etiam quia eius cauſam remouet, uapores a capite diuertendo, & conſumendo. Animi autem alacritas, & operatio reſoluit cerebri humiditates, & uapores, ſomnumq; tollit. Qua ratione etiam præter ſodalitia, iocos & uitæ licentiã hac de cauſa in balneis conceſſam; conferet interim animo aliquando ſuccenſere, & leuiter ira incitari. Tametſi enim iracondos temperamento frigidiore eſſe, uaporesq; difficulter digerere dicat Gal. cum Hippocrate 2. in 1. 78. quod ſomno obeſſe uideretur. hic eſt exactiſſimus quidam

loquendi

loquendi modus,contra diſtinguens iracundos ab iratis,qui poſtea nec a Gal.nec ab Hippocrate ſeruatur 4.in 6.25. ubi nominibus abutuntur,& hæc omnia a caliditate fieri dicunt.

VERTIGO.

VErtigo quamuis unius tantũ generis uideatur poni a Gal.5. tuend.3.& 6.eiuſdẽ 12.ſæpiusq; alibi: indifferenterq; interpretes nomine ipſo abutantur,tamẽ uel ſola uertigo eſt,dum caput circum agi uidetur, vt dicit Gal.4.acut.42. uel ſimul tenebricoſa uertigo exiſtit,quod etiam ægrotantes uiſum amittunt, vt eſt 4.aph.17.Tametſi.n.conueniant & ratione loci affecti cerebri ipſius 3.aph.22.& ratione materiæ ob ſpiritus uaporoſos, qui inordinato motu cientur.3.aph.31.differũt tamen, quod in uertigine ſola uiſus uel diminute læditur 3.aph.17. vel etiã deprauate 3.affect.8.ſed in tenebricoſa uertigine ablate læditur, ꝙ ſenſus viſus repente deſtruitur,cũ ægrotis ſibi tenebras circunfundi opinatur 4.aph.17.Euenit autem thermarũ potius aquã bibentibus,quã aliis ob humorũ totius corporis ſimul cũ aqua agitationẽ:inde.n.uapores ad caput eleuantur,& circũuolutionis ſpeciẽ imaginationi afferũt.Curatur iiſdem fere pſidiis,quibus & proxime relata:uapores diuertendo ad inferiores partes, ne caput petãt,eleuatosq; iam,& in capite exiſtẽtes,diſſoluẽdo, ſimulq; caput ipſum roborando. Ventriculũq; pcipue uel purgatione uel uomitu,ſi probe prius purgatũ nõ fuerit,euacuãdo. & quãuis uulgata ſit Medicorũ ſententia nõ prius localia parti affectæ adhibenda eſſe medicamenta,ꝗ; totũ corpus fuerit expurgatum,ideoq, Gal.in hoc Theſſalũ ſæpius laceret,nedũ reprehendat 4.meth.4.idq; commune præceptum eſſe dicat 3. affect. 3. quod in omnibus morbis obſeruare oportet:Hippocrates tamẽ 2.acut.21.vſq; ad 10.docet fomẽtationes in morbo laterali prius applicãdas eſſe,10 autem deinde ſanguinem eſſe mittendũ & Gal.primo acut.34: dicit, cum dolor fomentis non ſedatur, ſanguinem poſtea eſſe hauriendum,quod etiam quarto acut.28

vtriq; faciunt. Huiuſce porrò diuerſitatis rationem colligere poſſumus 6.aph.31.vbi cum Hippocrates dixiſſet: Dolores oculorum meri potio, aut balneum, aut fomentum, aut uenæ ſectio, aut medicamentum epotum ſoluit: Galenus in fine illius enarrationis inquit: cæterum hæc quidem remedia doloris oculorum fortia ſunt. Securiſſimum autem eſt fomentum, & omninò aliquam afferens utilitatem, uel tamquã ſignum ad dignotionem, uel tamquam cauſa ſanitatis oculorum. Nam cum nihil omnino influit in oculos, fomẽtũ diſſoluens eam, quæ in ipſis continetur, ſuperfluitatem, oculis ſanitatem reſtituit. Cum vero adhuc influit: primo quidem cum adhibetur, ſuo calore aliquod affert uel mediocre leuamen. Quod ſi paulo poſt dolorẽ augeat, tunc fit ſignum dignoſcitiuum, ex quo nos diſpoſitionẽ comprehendentes ad totius corporis euacuationẽ peruenimus: ipſo quidem ſanguine redundante, per uenæ ſectionem: malitia uero humorum infeſtante, per purgationem. Verum ubi ſanguinis detractione opus ſit, quænam uena erit ſecanda? Hippocrates 4. acut. 24. cum in capite eſt læſio, uenam internã brachii dextri ſecandam eſſe dicit, cuius inditia ponit 23. & 26. & uertiginem particulariter nominat 27. Galenusq; in 28. idem confirmat. Hoc tamen ſolum uerum eſt, cum in uentre medio uel inferiore cauſa exiſtit, ut 27. declaratur. longe tamen melius eſt cum omnibus fere medicis a Gal. ipſo lib. de ſang. miſſion. 16. alibiq; ſæpius humeralem uenam ſecare. Sed cum nec per ſanguinis miſſionem, nec per purgationẽ euacuatione indigemus; an ſaltem ſemper priuſquam topica medicamenta applicemus, auerſionibus utendum erit? Gal. 5. meth. 6. dicit in ſanguinis fluxu è naribus non prius aliquod medicamentum fronti applicandum eſſe, quam auerſiones factæ fuerint. ipſe tamen lib. de præcognit. ad Poſth. 13. iuueni e naribus ſanguine erumpente, prius frigidam poſcam naribus attrahendam obtulit, & fronti ſpongiam aqua mulſa madentem impoſuit, poſtea brachia & crura uinculis obſtrinxit, poſtremo cucurbitulam præcordiis ad dextrum latus adegit. Quare non inconuenit, corpore non plethorico,

thorico, localibus ſtatim uti: ut in uertigine illico diſcutientia odoranda apponere, ſuffumigiūmq; ex ſeminibus aniſorum, & maiorana per nares attrahere, cæteraq; odorata in ſomnolentia relata admouere. puluiſculum ex agaloco, amomo, folio, macere, garyophylloq; ſupra futuram coronalem inſpergere. Caſtoreum liquidioribus diſſolutum in aures infundere. ore aquam ſtillatitiā cinnamomi, aquam uitæ capitalibus additis, ſæpius detinere: radices ireos, cubebarum, zedoariæ, galangæ, ieiuno maſticare. Myrabolanorū chebulorum ex ſaccharo uſus maxime cōfert. morſelli pariter ex ſpeciebus diambræ, & diamuſci. confectio Xiloaloes, diacyminum, Tritia, aurea alexandrina, mithridatum, ſimiliaq; multa. Vſu tamen comprobatum eſt, tam uertigini, quam ſomnolentiæ, cæteriſq; capitis affectionibus in Thermis tam relatis, quā dicendis, præcipueq; catarrho maxime prodeſſe linteis ſæpius duplicatis caput totū circumtegere interim dum aquæ bibuntur, Seruantur ſiquidem ita meatus omnes capitis aperti, per quas facile vapores aſcendentes exhalare poſſunt. Nec a frigiditate ambientis repelluntur, aut conſtringuntur. Capitiſq; naturalis caliditas conſeruatur, quæ fortior reddita melius excrementa omnia concoquit, atq; reſoluit. Neq; hoc plus iuſto caput ſupercalefacere poteſt: cum non addat gradum calori innato, ſed eum cito diſſlari, & conſumi ſolum prohibendo, eius quantitatem & robur adauget; ut ueſtimenta a nobis ipſis excalefacta rurſus nos recalefacere conſueuerunt, inquit Gal. 2. Simpl. 24. maxime ſi lacernæ non ſint, dicit de ſalub. diæta 11. idcirco & hyeme & noctu pluribus indigemus ueſtibus, & capitis ſtragulis, ait Galenus 4. in 6. 14.

DEFLVXIO.

Defluxio præ cæteris aliis ſymptomatibus in vſu Thermarū maxime frequens, & periculoſa eſt. Vapores enim facile eleuantur epota aqua ob humorum per corpus agitationē tum

ab

ab aqua,tum ab exercitio factum; in balneo autem & laconico ob earundem colliquationẽ,& fluxionẽ, in ſtillicidio inſuper ẽt ob attractionẽ.Præterea Thermarum odor grauis caput replet. caput autem tunc maxime ad contraria mutatur. nam in potibus mane refrigerãtur,deinde ob exercitiũ ſupercaleſcit, in lauacris ẽt magis, & in embrocatione quam maxime incaleſcit. Niſiq; plus ſolito caput muniatur, ab ambiente frigido per poros calore balnei magis apertos,altius ingrediente læditur. Si vero vltra conſuetum,tegminibus aggrauetur, pondere & caliditate offendetur.Quare difficillimũ eſt,quin aliquo pacto uel ad calidum,uel ad frigidum,uel(ꝙ peius eſt) ad utrũq; caput immutetur:indeq; ab oĩbus iniuriã patiatur,Nam caput ſupercalefactũ, caloris ui ſemper uapores attrahit(condonent doctiores caliditatẽ trahere ex Gal.2.acut 1. ẽt per modũ cucurbitulæ 7.aph. 1.ſicuti & dolorẽ,Arte 95.3.temper.4.5.meth.4.alibiq;: quanuis neutrum horũ facere inflammationes doceat 13.meth.3. & 5.aph.53.ſed nec ſimilitudo,5.Simpl.20.nec vacuũ 6.vſupar:15 nec ſane cucurbitulæ reuera,aut ſiphones trahunt) vapores aũt cum copioſiores ſolito collecti in capite ſunt,nequeunt a natura ob exuberantiã concoqui & conſumi, ſed ut in lienteria uentriculi,crudi remanentes,a naturali frigiditate cerebri cõgelantur: Superueniẽs aũt caliditas extranea congelationẽ eorũ diſſoluit, & fluere facit,Viaſq; capitis oẽs reſerando calor faciliorẽ defluxum humoribus parat,qui põdere ſuo ſemꝑ parati ſunt deſcendere.Frigiditas aũt naturæ inimica exiſtit, & eius actiones oẽs ſemꝑ debilitat,multoq; magis lædet cerebrum ipſum a natura frigidum.inſuperq; cum frigidi ſit cõſtipare,ut uapores in cœlo ab aeris frigiditate in aquã condenſantur,ita uapores in capite a frigiditate ambientis in catarrhos conuertuntur; neq; hactenus contenta frigiditas,proinde atq; manus cõprehendens ac ꝑmẽs cerebrum,ait Gal. 3.aph. 12.ueluti ſpongiã imbutã aqua,contentam humiditatẽ exprimit,& deſtillare facit:ui ipſa expultrice interim opem ferente,ſuperfluitatum quantitate aggrauata, aut qualitatib.irritata.Cerebrum quoq; natura ſua multum facit ad

deſtillationum generationem; q, cum in ſuperiori corporis parte ſitum exiſtat, ut ad caminum recta uapores aſcendunt; cumq; laxæ ſit ſubſtantiæ, facile ingrediuntur, cum pluribus ampliſq; anfractibus ſit formatum, plures ẽt uapores capere poteſt, quos poſtea frigiditate & humiditate ſua naturali condenſat, & in pituitam conuertit. Non idcirco tamen negandum eſt, omnis generis defluxiones fieri poſſe, potiſſimumq; his, ut diximus, qui Thermis utuntur. Quamuis Plato in Timæo, & Ariſtoteles ſecundo de part. animal. 7. deſtillationes ſolum pituitoſas uideantur agnouiſſe, quia frequentiores ſunt. Quo in loco, obiter aduertant Peripatetici, cum Ariſtoteles dicit, hominem inter omnia animalia plurimum cerebri habere, non ſibi contradicere ſect. 30. probl. 3. ubi ait, hominem omnium animantium capite minimo eſſe. Quia caput nõ ſolum cõſtat cerebro, ſed facie, ore, & maxillis, quæ partes maiores ſunt in aliis animalibus, quã in homine, tametſi eius cerebrum maius ſit. Ex uaporibus autẽ in capite, ut diximus, genita materia, uel ibi remãeat, uel alio fluat, læſiones multas generare põt. Nam pter ea, quæ nuper a nobis ſunt relata, tam in ſubſtantiam cerebri poteſt infigi, quã in uentriculis eius retineri, ſi in corpus repit, dicit Gal. 3. affect. 7. ex Hippocrate, fiunt epileptici, ſi vero in mentem, malencholici redduntur. 4. autem eiuſdem 2. dicit: in morbo comitiali uẽtres magis, cerebri corpus minus, in apoplexia uero corpus magis afficì ſolet: q b. ĩ locis, q nõ diſcernit æquocationẽ huius nominis, corpus, de loco cerebri affecto in Epilepſia cõtradictionẽ credet Sicut quoq; apparet d Apoplexia, ex iã dict. & 3. affect. 7. ĩ fi. vbi dicit Apoplexiã fieri, dũ obſtruunẽ prĩcipaliores cerebri vẽtriculi. Sed ẽt quinã ſint principaliores uentriculi, ex Gal. forte non oĩbus cõſtat, cum anteriores maiores ſint, & generẽt ſpiritũ animalẽ, 8. vſup. 10. cap. vero 11. Herophilus poſteriorẽ laudat, ĩ quo 3. affect, 7. aĩales ſpš maxime contineri dicit. Nobiliſſimũ tñ conſtituit medium; quia ſpiritus magis deputatos continet, 8. uſup. 12. idcircoq; eum principalem eſſe dicit 3. decret. ult. ex cuius pcipue cõpreſſione ſoporẽ ſupuenire aſſerit. 4. affect. 2. Attamẽ,

 7. decret

7. decret. 3. dicit, poſtremi quidem uentriculi vulneratio maxime omnium animal lædit, ſecundo loco medii, minima ex anterioribus, idemq; etiam de colliſione dicit. Inſuper addit ſenſum & motum amitti, ſi uulnus ad aliquem uentriculorum penetrauerit. 6. aph. 18. ait, & uulnera cerebri, quæ vſq; ad aliquē eius uentriculum penetrant, afferre mortem. cū tamen 8. vſup. 10. dicat in Smyrna Ioniæ adoleſcentem uulnere in alterum anteriorum uentriculorum accepto ſuperſtitē fuiſſe. Curtius ait uixiſſe, quia alter ſolum uentriculorum fuit uulneratus: minime vero uixiſſet, ambobus ſimul uulneratis: quod etiam dicit ibi Gal. Sed uerba Gal. 6. aph. 18. ſolutionem hanc non admittunt, cum dicat uulnera cerebri, quæ uſq; ad aliquem (non dicit ambos) eius uentriculum penetrant, afferre mortem. Soluit nodum Gal., ipſe, cum ait: illud ſpectaculum fuiſſe admirabile, & incredibile, ſuperſtitemq; fuiſſe Dei (ut videbatur) uoluntate: Ac ſi dicat ſupra ſolitum naturæ, & regulas artis fuiſſe. Quare etiam dicit, Hoc itaq, rariſſimum eſt. Non ne etiam dicit 4. affect. 2. Epilepſiam in paralyſin non finiri? Cuius oppoſitum ego aliquando uidi: & hac hyeme puerpera epilepſia correpta in paralyſin desiit, & curata etiam eſt. Defluere autē poteſt hæc materia catarrhalis, cum in capite genita eſt, uel extra caluariā per cutim & muſculos, uel per internas uenas iugulares, & arterias carotidas ad uniuerſum corpus, uel per canales, qui intra caluariā ſunt a prioribus cerebri uentriculis duo ad peluim, cuneum & os ſpongoides ſaliuam deferentes, alii duo ad nares mucum; & alii duo ad oculorū angulos internos lachrymas. alii etiam ſunt, per quos ſpina & nerui deſcendunt, uenæq; & arteriæ aſcendunt. Quibus defluens materia ad os & pectus, deſtillatio apellatur, ad nares grauedo, ad fauces raucedo. Quæ autem partes offenduntur, collectim numeratæ fuerunt a Gal. 6. aph. 2. fauces, guttur, aſpera arteria, pulmo, gula, ventriculus. Tuſſes itaq; in ipſis fieri, & difficiles anhelitus & anginas, cruditates, & uentris profluuia eſt neceſſarium. Sed diffuſius omnia deſcripta fuerunt ab eodem 6. tuend. 9.

Viſus

VISVS LAESIO.

PRæ cæteris autem ſymptomatibus ex materia catarrhali in cerebro uſu Thermarum genita, duo ſunt maxime uerenda: vnum cum per opticos neruos materia eliquata præcipue ex ſtillicidio ad oculos fluit, quod facile ei eſt propter amplam neruorum oculi perforationem, quod poſtea uiſionē multipliciter lædere ſolet. Quare dum embrocationibus ſe ſubiiciunt ægrotantes, ne fluxio ad oculos prolabatur, frontem ſæpiſſime & oculos aqua roſacea, plantaginis, albuminis ouorum, amarenarum actu frigida lauent, quin & totam faciem, oculoſq; potiſſimū interdum ſimplici aqua irrorent, unguentoq; Alabaſtrino illiniāt Sed tutius eſt non in uentrem pronos, ſed in dorſum ſupinos ſtillicidiis ſubiici: ſic enim ſitus capitis reſiſtit, ne in oculos materia prolabi poſſit. Si tamen contingat ægrotantes ſuffuſionem aliquam percipere, ut muſcas uolare, vel atomos circumuagantes videre uideantur, ſtatim reuulſionibus iam relatis utantur, præterquam errinnis, & ſternutatoriis, ne loci uicinitate, dum ad nares attrahitur, ad oculos deflueret. Capitis quoq; ſiccationi, & corroborationi attendant, odoramentis ex maiorana & nigella, maſticatoriis ieiuni ex pyrethro, maſtiche, galanga, baccis lauri, & agarico, expuendo quod attrahitur: gargariſmatibus ex decoctione ellebori, hyſſopi, betonicæ, anemones, piperis, zingiberis, & ſimilium, addito aceto, uel oxymelite ſillitico, māſilibus paſtillis in formam auellanæ ſub tegula calefacta ſiccatis, quales ſunt; ex maſtiche diſſoluta cum aceto uncia, gummi arabici, tragachantæ emollitæ cum mucilagine ſebeſten ſemuncia, coſti, ſtaphiſagriæ, pyrethri ſingulorum ſcrupulis quinque, hermodactylorum quatuor, ireos uero duobus: Vſus quoq; confert myrabolanorum, acori, zingiberis, & agalochi conditi; conſeruæ dianthos, ſeminum aniſorum, fæniculi, ſileris montani, cubebarum, iuniperi, raparum, & naporum. Botonicæ quoq;, ſaluiæ, roſmarini, centaurii minoris, maiorañæ, chamedryos, ſed po-

tremis partibus. Capiti autem ipſi proſpiciendum eſt, non quidem nouis embrocationibus materias contentas magis eliquantibus, humiditatemq; ſemper aliquam derelinquentibus: ſed potius pulueribus inſperſis, oleis inunctis, unguentis illitis, & ceratis applicatis ex materieb. calidis iam relatis, ſi deſtillatio frigida eſt. At ſi calida, & acris exiſtit, iubent fere oẽs, frigidis inſtãdum eſſe, ex primaria curationis indicatione, contrarium & Gal. 6. tu end. 9. ait: nec cõmittere, ut, quod nonnulli Medicorum faciunt, q omni capiti medicamentũ, qđ ex thapſia & ſinapi cõponitur, applicant, idipſi quoq; faciant: quando ſi ex calida intemperie caput male habet, talia medicamenta noceant. Quod & 13. meth & 2. per locos repetitum eſt. Nihilominus Galenus ipſe 5. meth. 13. matronæ illi Romanæ ſtatim in principio acris deſtilationis a capite ad pulmonem palumbium ſtercus, ceratumq; ex thapſia deraſis capillis capiti apponit, & dormituræ Theriacam propinat. & cap. 14. inquit: Capiti prouideatur cerati uſu, quod fit ex Thapſia. atq; hæc quidem, ait, in principio peragenda ſunt. Quamobrem Alexander Trallianus l. 5. cap. 3. longioribus in Gal. inuehitur, & in hoc acriter eũ reprehendit. Nuperrimeq; Paparella ĩ l. ſuo de catarrho ſcripſit: hoc ipſo Gal. abuſum fuiſſe. Verum præceptor indicationũ Gal. in re tam ſeria non fuit tam amens, ut ab his ei imputatur. Quin aduertant hi, melius fieri nõ potuiſſe: Nam cum in acri & erodente hac deſtillatione in pulmonẽ totius curationis ſumma in hoc cõſtat, vt defluxio prohibeatur, & ſiccetur, ne in pulmones deſcẽdat, eoſq; corrodat, & vlceret; & affectio ĩcurabilis penitus reddatur. Cũq; occaſio & periculũ ſit præceps; & extremis morbis extrema remedia conueniant: Idcirco Galenus ſtatim apponit capiti valde ſiccantia, & extrahentia humorem peccantem, ut impetum eius fluxionis frenet, & ſiſtat: Quo peracto, & imminente periculo incurabili deuitato, dat poſtea inducias morbus, vt commode intemperies omnis calida tollatur, tam quæ præter naturã prius erat, quam quæ a medicamẽtiș appoſitis nũc inducta fuit. Nam qđ a Galeno ſecundo per locos dictum fuit. Quippe

ualentiſſima non ſtatim ab initio admouere conueñit,ſed ab imbecillioribus auſpicari: Verum eſt de cura,ut dicitur,ordinaria. Sed iis, quæ extra ordinem eueniunt,extraordinariis etiam remediis opus eſt. Quod neſciunt præſtare niſi, qui in arte ſunt exercitatiſſimi, Hocq; etiam cognoſcitur in Republica tam belli quam pacis temporibus adminiſtranda:principio ſiquidem ualidis inſtandum reuulſionibus eſt, & ſi retraxit Annibalem iam fere rerum omnium in Italia potitum Scipio, exercitum in Africam traducens,quod tamen lippis uidebatur propria deſerere, & aliena ſequi, quanto magis prohibuiſſet, ſi antequam tot ſecundis prœliis uictor incederet Pœnus, illud effeciſſet? Hæc eſt igitur ſummi artificis excellentia, & Gal. in hoc maxime eſt admirandus,& imitandus, nedum reprehendendus. Diuertenda quoq; materia eſt, quæcunq; ad pulmones fluit.. minime quidem gargariſmatibus, aut maſticatoriis ,quia hæc ad palatum trahunt, unde facilis ad pulmonem defluxus patet: Sed ad nares ſternutatoriis,& caput purgiis ex ſuccis betæ,ſampſuci;anagallidis, ocymi,cyclaminis,ranunculi,& decoctione naſturcii, pyrethi,ellebori,nitri,ſtaphiſagriæ,piperis,carpeſiorum,ſinapis, & nigellæ. Cumq; his uti uolunt ægrotantes,os aqua prius impleant, ne quæ per nares attrahuntur, in os defluant. Siſtenda quoq; defluxio eſt,& intercipienda ſiccantibus & incraſſantib. in ore detentis,ut eſt gummi arabicum,tragacantha, ſpodium, bolus armena,puluis ſpongiarum,ſi cum modica farina & aqua in formam lupinorũ in clibano deſiccetur, & ſub lingua teneatur. Diacodion quoq; a Galeno deſcriptum 7.per locos 2.uel in forma ſolida, uel ex ſeminibus albi papaueris facta emulſione cum ſaccharo, ut etiam Diamoron. Cæterum quod defluxum eſt in pulmones, & uel tuſſes, uel ſpirandi difficultates, uel putredinis periculum parit, indiget ut educatur. Quod ſuffumigationibus acori, calami odorati, propolis, ſandarachæ,ſulfuris, ſed potiſſimum farfaræ uulgaris, quæ tam græcis,quam latinis a tuſſi nomen retinet; ſi quis folia arida aut radicem in prunis vrẽs aſcendentem inde fuliginem inſpiratu trahit, dicit Gal.

6. Simpl. ego autem non in prunis urens fuliginem, ſed in cineribus calidiſſimis halitum magis probo per infundibulum hiāti ore attractum, quod non adeo aduſtum ſit; cum 5. Simpl. 13. diuretica acria, quia nimis calida, ualenterq; deſiccantia ſint, puris ex thorace expuitioni aduerſa eſſe probet: Quamuis 7. per locos arteriaca pharmaca infinita prope huiuſce generis ponat. Quæ tamen ideo a Galeno & Aetio cum cibis liquidis, & ſorbitionibus admiſcentur: ut incidant quidē & diſſecent craſſa & uiſcida, ſed nimis exiccando non indurent. Quare medicamenta illa optima ſunt, quæ ſimul utrunq; præſtant, humectare .s. & incidere. Idcirco ſaccharum candum cum oleo amigdalarum dulcium libenter in his affectionibus miſceo, uel Mannæ partem unam cum ſacchari candi & albi duabus ex aqua tuſſilaginis diſſoluta, & in tabellulas cocta in illinctu offerre. Amigdalæ quoq; vt lubet, aſſumptæ tam in cibis quā in medicamentis conueniunt: enula, hyſſopus, betonica, glycyrrhiza, porrum, cæpa, & allium cocta. Gummi ceraſi, amigdalarum, terebentina, ſtirax, bdelium, galbanum in eclegmate. Iulep, capillorum ueneris delinctū. Vuæ paſſæ quocunq; modo aſſumantur. Althęæ quoq; radicis farina & ſaccharum cum aqua aliqua ſtillatitia pectorali deſpumatum coquuntur ad formā eclegmatis, Althęæ ſiquidem radices uim emolliendi laxandiq; poſſidere 2. ad Glauc. 7. alibiq; ſæpius dixit Gal. & ab omnibus certo cognoſcitur: quamuis Galenus 6. Simpl. dixerit, althęæ radicis decoctum ad uentris profluuia & ſanguinis reiectiones conuenire, nempe cum adſtringentem quandam facultatem poſſideat. Quod uel errori imputari poſſet, cum Galenus fere omnia ex Dioſcoride ſoleat exſcribere, & Dioſcorides non de radice, ſed de ſeminibus ea dixerit. Sed Aueroes ex Galeno ſingula hæc deſcribens 5. col. calidam & ſiccā in principio ſecundi gradus radicem Althęæ ſtatuit. dicendum igitur eſt ex eodem Gal. 5. Simpl. 9. Quippe cum id genus omnia medicamenta calida ſint, & mediocriter ſicca, multoq; magis excalefacere, quam ſiccare nata. Vnde ſi quis forte ea quandoq; calida dicat & humida

mida, non repugnandum, nam paulum diſtant ab iis, quæ neq; humectant, neq; deſiccant: & inter ea althϛæ radices enumerat. Deforis quoq; thoraci multa fieri ſolent emollientia unguenta; quæ ſi tam alte forte penetrare non poſſunt, ut in pulmones inſeri queant, & materiæ expectorandæ per ſe conferant: iuuant ſaltem per accidens (quod pauci animaduertunt) muſculos thoracis ex vehementiori compreſſione ad exufflationẽ & tuſſim defatigatos & ſiccatos leniendo, & laſſitudine liberando. Nec uerendũ eſt, quin attenuante ſua facultate ad internos vſq; coſtarum muſculos hæc penetrare poſſint, ſi illi contractionem thoracis faciunt, ut dicit Gal. 2. de motu muſculorum cap. ult. inquiens: Siquidem maxima quidem inſpiratio per externos, maxima uero expiratio per internos intercoſtales efficitur. Sed multo magis hoc præſtarent unguenta hæc pectoralia, ſi eſſent muſculi externi & magis cuti proximi, qui facerent expirationẽ, vt dicit Gal. in libello de cauſis ſpirationis, vbi cum dixiſſet: muſculorũ qui circa coſtas ſunt, munus eſſe, vt thoracẽ exacte dilatent, & contrahant, ſtatim ſubdit: Qui cum duplices ſint, externi expirationem, interni inſpirationem perficiunt.

SITIS.

VEntriculus iis, qui aquã bibunt rariſſime ad ſiccitatem, & ſitim alteratur, niſi ſit aqua primi fontis, aut ob uentriculi laborẽ in ciborũ concoctione, dum fatigatur & æſtuat, uel ob imperfectã aquæ euacuationẽ, quæ dũ retinetur in aliquo uiſcere, putreſcit, & ſaporẽ aliquem ſalſum, amarũ, & nidoroſum acquirit; ſitimq; ſimul excitat. Magis tamen in lauacris calidis, laconicis & illutationibus oris ſiccitas aliquando palatũ & fauces non tranſcendens, aliquando aũt altius originem trahens, intenſioremq; ſitim inducens ſuperuenire ſolet. Superficialem ſitim ualde exiguã & mẽdoſam, quæ neq; a toto corpore, neq; ex magno ventriculi partiũ affectu excitata, ſed (ut dixit Eraſiſtratus) areſcentibus, aut incaleſcentibus locis illis, per quos ab ore in ventriculum

triculum humor dilabitur: caleſcunt aũt dum in ſtomacho cibi concoquntur, dicit Gal. 4. in 6. 23. docet curare Hippocrates 5. aph. 27. inquiens. Qui noctu bibere appetũt; iis admodũ ſitiẽtibus, ſi ſuperdormierint, bonũ: & ibi Gal. ait, coquitur. n. per ſomnũ, ut liquet, & ſubdeſcendit id qđ efficit ſitim. Rurſumq; Hippocrates 4. in 6. 23. ait inter uigilandum ſiti ſuperficiali ſomnus medela eſt, ſiti uero ex ſomno vigilia quibuſdam: ubi Gal. inqt: Huic itaq; ſitis ſomnus remedio eſt corporis penitioribus madefactis, ut pote per ſomnum ſanguine ad interiora delapſo; contra uero a ſomno expergefactis cum ſuperficialis ſitis adeſt uigilantibus, facile ſedatur. Solent tamen in gratiam horum multa proponi, ut eſt, cryſtallum, nucleosue fructuum per os lingua ſæpius dimouere: Quin & feſtuca ſola, dum ore detinetur, ſaliuam abundare facit. Vti & portulacæ folia recentia linguæ ſubdita, & quercus in ore contenta, ſemina quoq; ſebeſtem, citoniorum, pomorum, ſumach, pſilii in linteolo alligata. Fruſtula inſuper cucumeris, melonum, anguriæ, cucurbitæ, rhodoſaccharumq;, & ſaccharum candi uulgo appellatũ, continuo delinctũ, nocte præcipue; quo tempore uel in os uel in latus cubent; nam reſupine dormire os deſiccat. Sternutamẽtis quoq; os madeſcit, & rerũ acidarũ oĩum nõ ſolũ guſtu, aut uiſu, ſed ſola ẽt recordatione. Sicuti & in uoluptuoſa ſiti tam fouẽda, q̃; abolẽda cõſuetudo primarias ſibi uẽdicat partes. extrinſecus quoq; hepati, renib., & hypochõdriis refrigerans aliqđ eſt adhibẽdũ epithema, linimentũ, ſed p̃cipue unguentũ Gal. ſeplaſiariis dictũ, ꝙ mirifice prodeſt, ſi nõ cuti illinatur, ſic. n. cito caleſit, & poſtea ut ueſtes recaleſacit, ſed linteis delinitum auferri poteſt, & refrigeratũ reponi. At uero ingentis ſitis, quæ citra diabetem accidit, cauſa eſt uentriculus aut calida, aut ſicca, aut utraq; intemperie affectus, maxime uero os ipſius: proxime uentriculo hepar; ſed maxime pars eius ſima: ſimul eis exæſtuantibus, nimirũ meſenterio, ieiuno, ipſo uentre, ſtomacho, & pulmone dicit Gal. 6. affect. 3. & 1. Simpl. 30. poteſt autem hæc intemperies uel ſola eſſe, uel cum materia coniuncta, utrasq; docet Gal. exacte curare 7. meth.

ad quem me remitto,ne aliena reſcribendo lectorem detineam. Dicam tamen experientia comprobatum eſſe, decoctione oxalidis recentis maxime ſitim præſentem ſedari, & futuram prohiberi. Serum quoq; lactis,cum poſt extractam recoctam aceſcere incipit, ſi a ieiuno ſemilibræ pondere bibatur. Caſia etiam & indæ Tamar ad drachmas duas cum iure pulli, uel cum aliqua ſtillatitia aqua refrigerante. Mala inſuper citria, aurantia, & limonia ſæpius eſitata;conſerua pariter acetoſitatis citri,conditum cucurbitarum, perſicorum, caulium lactucæ, prunum damaſcenum, ſirupus de ribes,de berberis,de granatis; uel eorum vinum.confert etiam ſæpius inſpirare aerem ab aqua frigida,cui parum aceti admiſtum fuerit, & aquam hanc ſupino capite gargarizare, os ea abluere, & etiam aliquando bibere dicit Gal. primo Simpl.29.ſicuti & uinum maxime dilutum & quam frigidiſſimum ſalub. diæt.31.meracius nanq; ſitim potius inducit 4.in 6. 23. ſicuti & dulce 3. acut. 2. Melicratum etiam cum aqua, ſi multa ſitis fuerit, laudat Hippocrates primo acut. 43. & oxymel non dulce Gal. Epileptico 4. pira quoq; glycyrrhiza, lactuca ex eodem 6.Simpl.& cucurbita 7. Simpl. & inter remedia paratu facilia Gal. immodicam ex nimio ardore ſitim extinguentia catapotia docuit conficere ex ſeminum cucumeris domeſtici & portulacæ ſingulorum duabus partibus,tragacanthæ cum ouorum recentium infuſione diſſolutæ parte una; quæ in vmbra deſiccentur, teneaturq; ex ipſis unum ſub lingua, ſolutusq; ſaliua humor paulatim deglutiatur. Theriacam autem hydropicis quidem magnopere ſitim ſedare dicit Gal. ad Paphil. Sed cum 11.Simpl.ideo uiperas dipſadas nominari dicat, quod vehementiſſima crucient ſiti, non ſemper tutum crederem. Victus quoq; omnis ad humidum uergere debet;& quamuis Ariſtoteles 4. meteor.27.dicat,aſſa humidiora eſſe elixis; illud philoſophice intelligendum eſt, & ex rei ipſius natura, non medice, & ex actione in corpus noſtrum. In aſſatione ſiquidem intro colligitur ſuccus naturalis; in elixatione autem ab aqua extrahitur,quæ fit ius ſuccoſum: ſed aqua ingreditur & magis hu-

 mectat

ſtat. Quare elixa aſſis ſicciora ſunt naturali humiditate, ſed humidiora ſunt humiditate aquea illis adſcititia, quæ & molliora facit elixa, & nobis humidiora;ut idem Ariſtoteles dixit 2.problemat.5.eapropter recte Gal. dixit 3.aliment.2.& 19.aſſata corpori ſiccius dant alimentum, quæ uero in aqua dulci ſunt elixa, humidius.Qua ratione etiam dicimus ſenes iuuenibus ſicciores eſſe in ſolidis: humidiores tamen in cauitatibus.

FAMES.

APpetentia quoq;.ſtomachi propriũ opus 1. acut 18. quãuis hepar ſit principium 1.in 3. 13. uarie lęditur in uſu thermarũ:diminute,cũ uel cibos nõ ſumunt,nec appetunt,uel ẽt oblatos faſtidiunt:ſuperaucte,cum plus iuſto ingerunt;qđ falſo inſimularunt neoterici a'iqui,a Gal.prętermiſſum fuiſſe, cum & de ſympt.deffer.4.& 1.ſympt cauſ.7.corruptas actiones diuidat in alienam qualitatem,& ſuperauctam quantitatem.Immoderatus hic appetitus caninus ẽt appellatus,uel a frigiditate ſola, uel ab acidis humorib. fit,ut dixit Gal.2.aph.21.ſed 1. ſympt.cauſ. 7. ait,uel ab immodica totius corporis inanitione, uel ab acidis ventriculi humoribus. vtrobiq; unam cauſam uerbis,omittens, ſenſu tñ cõplexus.Sed quomodo ordo ille quinq; ſymptomatũ ad famem inducẽdam ibi a Gal.poſitus & 4.uſupar.7. repetitus cõueniat cũ fame Athletica 1.aph.3.& dictis ab eo 3. nat. facul. 13.conſiderent ueterani. In thermarũ potu ſæpius hoc euenire ſolet,ob aquæ frigiditatẽ:cui primis ſtatim diebus attente prouidendum eſt,& non ut pleriq; faciũt,lætari,& obſequi.In balneis aũt ex copioſiore ſpirituum diſſipatione,tam per ſudores q̃; per inſenſibiles tranſpirationes.qđ plures fallere ſolet;laſſitudo ſentitur,ideo copioſius cibis libenter indulgent,ut uires deperditæ reſtaurentur,& oppoſitum ſæpius inſequitur. Nam nec ingeſta probe poſſunt concoqui,nec per corpus diſtribui: ſed cruda in viſceribus remanẽt,& obſtructiones inducũt. Præterea ſegniores fiunt ad exercitia,& procliuiores ad ſomnia; & hinc vndiq;

anguſtiæ. Commune autem præceptũ ſingulis eſt cauſam amouere; Si ex immodica totius corporis diſſipatione fit, iis, quæ diximus ad laſſitudines & animi defectus: ſi ex uentriculi frigida intemperie, remediis calefacientibus iam dictis in Adiumento, & ſomno, dicendiſq; in aliis affectionib. frigidis. Si ex materia os uentriculi obſidente, hieris illam purgantibus, totaq; uictus ratione ad calidum uergente, cum ex Hippocrate 2. aph. 21. famẽ thorexis, id eſt uini potio ſoluat, per uinum autem non ſolũ meracum intelligendum eſt, ut dicit ibi Gal. & 7. aph. 48. ſed etiam quodcunq, alimentum, quod ſufficienter calefaciat.

INAPPETENTIA.

Collapſæ uerò appetentiæ, & ciborum faſtidii cauſæ dictis ſunt contrariæ, nimia ſcilicet ventriculi ſupercalefactio, dicit Gal. 1. in 3. 11. uel ſola uel cum materia, & ſenſus ſuctus deperditio. Nam caliditas dicit Gal. pri. ſymp. cauſ. 7. ſolida corpora laxando, humidaq; liquando, & fundendo, robur partiũ diſſoluit, atq; ad attrahendum imbecilliores reddit. Ciborũ aũt offenſionẽ faciunt ichores ab hepate ad os uentriculi fluentes, præſertim cum hi amaræ bilis naturam habuerint, dicit Gal. 6. aph. 3. Suctus autem ſenſum non adeſſe duas cauſas habet, uel ſuctum nõ fieri, quod corpus non inaniatur, ut dicit Gal. 7. aph. 59. ꝙ tñ in homine raro contingit & Iouberti potius paradoxũ eſt. vel mortificationẽ quandã dicit Gal. 2. in 3. 30. ex qua omnino interiit appetentia, ut mori citius ægroti q̃; guſtare quicq̃; ſuſtineãt, dicit Gal. 1. in 3. 13. Quare ĩ longis ĩteſtinorũ difficultatibus cibi faſtidiũ malum eſſe dixit Hippocrates 6. aph. 3. & uniuerſaliter in oĩb. diuturnis morbis 7. aph. 6. Põt tñ & a frigiditate hoc fieri; quia 2. aph. 20. dicit Gal. oĩs immodica intẽperies operationes exoluit: idcirco enarratione ſequenti: ait paſſio bulimos nominata, eſt caſus appetẽtiæ ex frigiditate exteriori, q̃ a fame q̃dem inchoauit, ſed non habet eam amplius coniunctã. Qđ aduertant, qui ex rei uocabulo & ex Galeni authoritatibus 6. affect.

ſect.4.& de utilit. reſpir. 3 ducti aſſerunt cum bulimo intenſam famem ſemper adiunctam eſſe. Hæc autem rariſſime in potu aquarum Returbii contingunt. Quin potius mirifice curantur. niſi forte ex malo earum uſu intus putreſcerent. In balneis autẽ & ſtuphis facile euenire poſſunt, ob earum caliditatem uentriculo impreſſam. Quibus ſuccurremus purgatione, ſi opus erit, ut 2.aph.8.32.& 4.aph. 17.deinde remediis omnibus ad ſitim relatis. prætereaq; medullam panis furfuracei torrefactam in uino granatorum & aquæ roſarum, aut plantaginis parũ immerſam & expreſſam ſtomacho apponere, & vinum bibere. Saccharũ ex mali punicæ floribus recentibus paratum confert; cotoneorumq; uſus, ut docuit Gal. 2.aliment. 23. conficere cum pipere albo, zingibere, melle, & aceto, & quocunq; modo in cibis omnibus frequẽs; pira quoq; & mala ferè oĩa maximeq; ſylueſtria, corna, prunella, ſorba, punica, & ẽt immatura, meſpila, p̃cipueq; primi generis Azarola uocata, oliuæ, cappares, palmulæ, fructus oẽs, qui adſtrictionem aliquam poſſident. Succiq; limonũ, arantiorum, & citriorum, uuæ ſpinæ, omphacium, gelatinæ, intinctus acidi, poſca, & uinum auſterum, cui inſpergantur guttulæ aquæ ſtillatitiæ corticum citriorum, aut limonũ. oxylapatum quoq;, vel oxalis, plantago, portulaca, intubus utraq; ex aceto iuuant, labruſcæ flores obſoniis inſperſi, cum floribus conſolidæ regalis, ſpeciebus trium ſandalorum, mirtillis, & rhois obſoniorũ, aut ẽt extrinſecus cũ dactylis, cotoneis, unedonib. uinaceis, vitium capreolis, rubi, polygono, galla, & corticib. granatorũ. vitetur interim aſpectus, & recordatio rerũ abominabiliũ, odorq; oĩs fœtidus, maxime eduliorũ, & ĩmũditia uaſorũ, & miniſtrorũ coquinæ. Ante cibũ maxime cõducit os colluere uino aliquo odorato, aut aceto paſſulato. facieq; & manus irrorare aqua roſarũ, florũ citrãguli, aliaue odorifera. locus mẽſæ ſit lucidus & mundus, menſa florib. & foliis odoratis aſperſa; mappulæ nitidæ, uaſa oĩa pulchra. Cibi tam in una q̃; in plurib. cibationib. ſint uarii, & in modica quãtitate offerãtur, nec intẽpeſtiue, q͛d ſolum inappetentiã facere dicit Gal. 4. in 6.17. uitẽtur unctuoſa oĩa, pinguia, dulcia,

& tepida; ſingillatimq; crocus appetentiam proſternẽs, uel ſaltem per conſenſum caput lædens, & mentem perturbans. Quod ſi obſoniorum vapores odoratum feriant, & ægrotantes auerſentur, goſypio in acri aceto uel alia re gratiore intincto, & expreſſo nares interim obturẽtur. Adſintq; ſodales iocoſi, edaces, Lurcones, & comedones, exemplo magis q̃; uerbis ad cibum irritantes. Circumſtentq; omnia ad hilaritatẽ, ut de bugloſſa ſcripſit AEmilius.

Lætos conuiuas decoctio dicitur eius
Reddere, ſi fuerit inter conuiuia ſparſa.

DEBILITAS VENTRICVLI.

Debilitas uentriculi in Thermarum uſu tam ex caliditate extrinſeca balnei robur ſolidarum partium reſoluente, quã ex larga & inſolita aquarum potatione calorem innatum in earum actuatione defatigante euenire poteſt. Quæ cum nec intemperiem, nec ullam aliam cauſam habeat, quã caloris innati diſſipationem, huic uni ſcopo attendendum eſt; ut caloris innati non qualitatem, ſed quantitatem augeamus, ut dicit Gal. 7. meth. 7. Quod maxime præſtant calida naturali calori noſtro ſimilia. Vt ſi boni habitus puellus citra ſudorem una ſic accubet, vt ſemper abdomen ægrotantis contangat. Sunt, qui catellos pingues in hunc uſum habeant, & regioni uentriculi incubantes ſæpius deferant, quod poſtea in delicias abiit. Manus quoq; carnoſa iuuenis ſupra ſtomachum diutius adhærens eundem præſtat uſum. Sicuti & nunquam partem illam omni munimento denudatam habere; ſed vel puluinariola tenuia; uel olorum pelles inſitis adhuc plumis, uel ſacculos pulueribus medicatis plenos adhibere, qualem nuper ad hunc vſum præſcripſi: Recipe foliorum abſinthii. ocimi, mentæ, ſaluiæ, ſpicæ, capil. uen. meliſſæ, farfaræ, enulæ, calamenti, an. drag. ii. florum liliorũ, ſtecad. borag. bugloſſæ, lãbruſcæ, anthos, ros. rub. viol. hiperic. an. ℥.i.ß. ſeminum acetoſ. ſcariol. citri, coriand. end. mirtill. pęoniæ,

plantag.

plant.an.dr. 1.cott.citri,nuc.cupr.galang.zedoar.polipod.mira bol.omn.been utriuſq;, trium ſandal. ligni aloes,an.dr.4.os de cord.cer.corn.cer.uſti,raſur.ebor.mumiæ,ſpodii, charab. olibā. terr. ſigill. lapid.lazul.lapid.armen.corall. utriuſq; an.drag. ii. fragment.om.ciperi,cinnam.ſtor.calam:macis,gall. muſcat. an. drag. 1.croci,camph.an.drag.5.muſci,ambr.an dr.v.ſol.auri. n. x.puluerizentur ſingula,& ex illis repleatur ſacculus triangularis de grana retorta,qui ſæpius ſuffumigetur uino albo,candenti laminæ aſperſo; uel cerato, nocte potiſſimum,ex maſtiche,ladano,thure,ſpica,agalocho,& gallia muſcata,oleo uero interdiu nardino,maſtichinoue,aut ex nuce myriſtica,prelis expreſſo regionem ſtomachi fouere. Debent autem abunde calida hæc omnia eſſe, cum primum imponuntur,dicit Galenus 8.Meth.5. Quippe quæ tepida ſunt, omnia uentriculi firmitudinem diſſoluunt. Neq; tranſuerſos nos ducat eiuſdem ſententia 7. meth.7. inquiens.Nocent præterea tali affectui & calida fomenta: quæ quidem ſicca ſunt., eo, quod rorem ſimilarium partium depaſcunt: quæ humida ſunt, quod hunc digerunt; potiſſimum ubi largius his vtimur:propterea quod nimis rarum frigorique opportunum corpus efficiunt. Quia de intemperie frigida & ſicca, & de fomentis ſolum loquitur: nardino tamen unguento uentrem ſemper illis madentem eſſe præcipit. Sunt etiam aliqua a formæ eorum proprietate uentriculo conferentia, qualem re uera dicit Galenus 7.Simpl.uim habet iaſpis uirens, nempe ſtomachum adhæſu,uentriſq; os adiuuans: ſaneq;, ſubdit, huius ego quoq; lapidis abunde feci periculum. Torquem enim ex huiuſmodi lapillis confectum a collo ſuſpendi, ita ut lapides os uentris contingerent. Hoc idem alii de corallo,hyacintho,& ſmaragdo affirmant. Quorum ego authoritate motus in tenuiſſimum pollinem hæc reducta bracteis auri & margaritis additis, ieiuno uel ī potu iure diſſoluta, vel delinctu cū ſirupo de corticibus citri commiſta,uel in electuarium, aut pilulam, aliamue formam redacta in uentriculum ipſum ingerenda offero,ſic exiſtimans,ſi extrinſecus uentri appoſita iuuant, multo magis intus impoſita,

&

& uentriculi ipſius tunicas contangentia illud præſtare debere. Eodem modo conferunt pelliculæ interiores uentrium, uel etiã totus uenter gallinarum, & auium omnium: cochleæ quoque; ſi prius aceto, uel lixiuio a mucoribus probe expurgentur. in hunc uſum morſelli ita parantur. Recip. cochlearum, teſtudinum, uentriculorũ auium decoct. an. unc. ii. amigdal. dulc. pinearum an. vnc. 1. 5. quat. ſem. maior. penid. amid. an. unc. 1. piſtach. 3. vi. nucleorum nucis indicæ 3. 4. ſem. maluæ, lactucæ, an 3. 3. gummi arabic. tragacant. uiol. ſem. citon. macis an. 3. 2. cinnam. flor. labrus. liquir. raſ. ſem. coti mũd. an. 3. 5. croci, ſpicæ, garioph. an. drag. 5. miſce, & cum ſaccharo fiant morſelli, utatur ante cibum, ad libitum. Præ ceteris etiam menta & abſinthium in omnibus uentriculi imbecillitatibus ſummopere conueniunt; & uinum infuſionis ſeu decoctionis abſinthii, ſi abſinthite autumno factum deeſſet: quod ſi potẽtius eſſet quam uentriculi debilitas ferat, miſceri poteſt cũ aqua decoctionis maſtiches & extinctionis auri, quæ gratiorem etiam eius ſaporem reddit.

RVCTVS.

FLatus ex frigore immodico quidẽ fieri ſcripſit Gal. 3. ſympt. cauſ. primo & ab omnibus communiter profertur: Re tamẽ uera a deficiente calore generatur, quippe ſyncera frigiditas dicit Gal. tertio ſympt. cauſ. 2. prorſus halitum non facit: quod ſcilicet ea omnino nec attenuat nec conficit, ne alimentum diſſoluit. Et cum in repoſitione inteſtinorum abdomine uulnerato 6. meth. 4. dicit ambientis aeris refrigerationem cauſam eſſe inflationis eorum, hoc eſt, quia a frigiditate ambientis diminutus eſt calor innatus, ſicuti de ructu acido dixit ſecundo acut. 22. propter uentriculi frigiditatem fieri, cum tamen 4. ſimpl. 15. non a frigiditate, ſed a diminuto calore fieri oſtendat. Et quamuis in flatuum & ructuum expulſione naturæ prouidentia conſpiciatur, dicit Gal. quinto in ſextum quarto, flatus enim hos excerni deprehendes, & ſi dormiant illi, qui

iſtis repleti ſunt; inſtrumentis, in quibus colliguntur flatus, ad extrudendum inſurgentibus;meliusq; ſit eos expelli, quam cōtineri,& dolores excitare; longe tamen melius eſſet ſi non generarentur. Quippe quod ab Hippocrate ſcriptum eſt:in longis læuitatibus inteſtinorum ſi ructus acidus fiat, qui prius non erat, ſignum bonum, id eſt minus malum, eſt; cum prius nullæ penitus fierent coctiones. Medicos igitur longe magis decet concoctricis facultatis imbecillum opus adiuuare, ne generentur flatus: quam expultricis mirabile artificium in eis expellendis laudare. Quod fiet uſu non eorum, quæ ſolum calefaciunt,ſed quæ ſimul etiam incidunt & concoqunt:Quas res tenuantia medicamenta præſtabunt, potiſſimum tamen, ſi calida uehementer non ſint, dicit Gal.12. meth. vlt.Nam lenti omnes craſſiq; & frigidi humores ab iis, quæ calefaciunt, niſi etiam ualenter digerant, liquantur, ac in flatum mutantur, res profecto animaduerſione digna, & a paucis obſeruata.Quare ad flatus diſcutiendos laudat Gal.aniſum 6.ſimpl.cyminum,lybiſticum,caren, & nigellam 7.apium,rutam,& petroſelinum 8. Quod autem ſcriptum eſt 4.acut. 90.Allium flatum parit,&ibi repręhendit Gal.& 12. meth.vlt.abſq; eo,quod ſitim inducat,ut ſæpe, flatum diſcutere dicit, Theriacenq; agreſtium id appellat. Idem quoque præſtant betonica,calamentum,ſquinanthos, tragoriganum, carui, pulegium, ameos, ſiler montanum, ocimum,macis,ſeſelis,amomum, ariſtolochia, gentiana, lauri baccæ, piper album, nardus, cētaurea minor,radix pæoniæ; Mithridatū ēt & anacardina cōfęctio;pilulæq; ex galbani opopanacis,& ſegapeni duabus ꝑtibus, agalochi,caſtorei,cymini ſeminūq; rutæ una; ieiuno aſſūptæ: & tritia in adiumēto deſcripta.Ructu quoq;acido affectis coriādrū cochleari mēſura ante reliquū cibū edendo dato, & merū inſuꝑ bibendū ait Gal.8.ꝑ locos 4.uiticē præterea oīm maxime flatū diſcutere tertioq; exceſſu cālidū eſſe ſcribit 6.ſimp. ideoq; caſtū appellari,qđ nō ſolū eſu,ſed ſubſtratu Veneris impetus diſſipet; idcircoq; in ſacris Cereris mulieres totū fruticem ſubſternere, Quare quod lib. attenuant.4. dicit aſparagos uiticis ſtomacho

accom-

accommodare, quod auſteri, atque adſtringentes ſint; dicendum eſt ex præparatione potiſſimum illis id euenire, cum 2. aliment. 3. viticis turiones muria & aceto in totum annum ſeruatos ab ipſa præparatione uim quandam prouocandæ appetentiæ acquirere. Verum quod primo aliment. 35. de viticis ſemine ſcriptum eſt: alimentum corpori præbet exiguum, idq; ſiccans ac refrigerans, mihi librariorum erroris ſuſpicionem iniicit; cum uideam Aetium ex Galeno ſingula ad uerbum exſcribentē dixiſſe ſiccans ac calefaciens: &, quæ ſequuntur, Galeni verba illud atteſtantur, dicunt enim flatus autem valde diſſipat, quod frigiditatis non eſt opus, ſed caliditatis. Quodque ſecundo per loc. ad capitis dolorem ex frigore legitur, uitex conuenientior eſt, in comparatione conizæ, dicitur, & de eius ſucco expreſſo ex teneris germinibus adhuc immaturis. Sicuti etiam dicēdum eſt cum de Archigenis medicamento poſtea ex lauri foliis, & populi albæ, & viticis facto dicit. Lauri folia calidiſſima eſſe, uiticis uero moderate refrigerantia: in medio utrorumq; populi folia exiſtunt. Et paulo ſupra ad capitis dolores citra manifeſtas cauſas cataplaſma Apollonii ex aqua & viticis ſemine dicit contrarium operari, quam mirrha, propter aquæ ſcilicet admiſtionē. Extrinſecus etiam appoſiti furfures torrefacti & calidi flatus egregie diſcutiunt. Quemadmodum etiam ſi panis ex clibano extractus ſtatim medius ſcindatur, & melle uel mulſo intinctus puluereq; cīnamomi, uel cymini inſperſus ſtomacho calidus apponatur. Cucurbitam quoque magnam cum flamma copioſa abſq; cutis ſcarificatione admotam dicit Galenus 12. Meth. 8. & 2. ad Glauc. ſexto præſidium incantamenti cuiuſquam ſimile efficere. Illico enim cucurbita admota, qui ſpiritu flatuoſo cruciantur, ſiue in inteſtinis, ſiue in quauis corporis particula ſunt excitati, tum a dolore liberi, tum omnino ſani redduntur.

DOLOR VENTRICVLI.

DOlor ventriculi debilitatem eius,maximeq; etiam flatum ſequitur,ſicuti dolorẽ uirium proſtratio.& aliquando etiã animi defectus.cum igitur eaſdem fere cauſas habeat,iiſdem quoq; præſidiis ſedandus erit : ab vſu thermarum,ſi uehementior fuerit dolor,interim dum ei medemur,abſtinendo;ne in peiora prolaberetur ; Victusq; rationis regulas obſeruando. Quippe cũ harum aquarum culpa uix unquã dolor adueniat, quin & curatur ſi adfuerit: ſed ob malã uictus rationẽ fere ſemꝑ inſequitur. Cõfert autẽ potiſſimum ius galli antiqui virgis prius cæſi, deinde decollati & ſanguine expreſſo poſtea cocti cum polypodio, capillo veneris, cartamo,aniſo,& fæniculo. Aqua ẽt hirundinum, ex puluere hirundinum in clibano ſiccatarum,& caſtoreo pluribus diebus in aceto infuſis deſtillata : Aqua pariter vitæ cinnamomo addito,& aqua ſtillatitia ipſius cinnamomi. Maſtiches ẽt vſus grana integra ſæpius ieiuno deglutiendo, zedoaria, galãga, piper cuiuſcunq; generis,& caſtoreum doloribus curandis tam efficax eſt,ut auribus inſtillatum dicit Gal.12.meth.vlt. non modo aurium dolores, ſed etiam oculorum & dentium ſedare ſoleat. Conchilium paruulum crudum deglutitum omnes ventriculi dolores ſoluere ſcribunt : an a forma ſua,an concentratione caloris ad eius concoctionem ? Citri cortex uel cõditus, vel quocunq; modo aſſumptus, ſicuti & eius flores, multum confert, idemq; etiam facit eius ſemen. De quo Auicennam contraria ſcripſiſſe dubitatum fuit,cum lib.2.ſemen calidum in primo & ſiccum in ſecundo ſtatuat.lib.autem de uiribus cordis frigidum & ſiccum in tertio illud ponit.Manardus lib.11.epiſtola 3. diuidens ſemen in corticem & nucleum, de hoc poſterius, de alio prius Auicennam forte intellexiſſe dicit, Cæterum nucleum frigidum & ſiccum eſſe in tertio,ut dicit Manardus,ſenſui repugnat,& Galeno contrarium eſt. Braſauolus cum Oedipum hac in re diu optaſſet,lętatur tandem ſe librum inueniſſe,in quo eadem

dem ſcripta erant in de uiribus cordis,quæ in lib.2. ſed non aduertunt hi quæcunq; dixit Auicenna, omnia ę Gal. ipſo exſcripta fuiſſe.Nam 7.ſimpl.de citrio prius ſcribit: in ſemine quidē uincentem habet qualitatem acidam & ſiccam, vt ipſum tertii ſit ordinis reſiccantium,refrigerantiumq;. Hoc Auicenna dicit in de uiribus cordis.Paulo poſt ſubdit Gal.de ſemine: Hic amarus eſt & digerendi uidelicet, ſiccandiq; facultatem obtinens ſecundo quodammodo ordine a temperatis recedens:Idem dixit Auicenna lib.2.Nō minus igitur negocium faceſſit Galenianis, quam Auicennianis dixerit Manardus,vt ſuū Magiſtrum tueantur,ne ſibi repugnet. Ego autem qui libenter omnem operam meam in reconciliandis ſimultatibus præſto, hæc ita conciliarē. Malum citrium tres ſolum habere partes Gal. dicit de attenuat. 10.Quippe cuius cortex eſt acris, acida autem pars intima, eius caro pituitoſa.& clarius 2.aliment.37.ait: dicam huius fructus tres eſſe partes acidam,quæ in medio ipſius ſita eſt: tum autem fructus ipſius ueluti carnem,quæ medium ipſum ambit, & tertiam,quæ eſt tegumentum extrinſecus circundatum.De nucleis autem in acido contentis nihil hactenus dixit. Hanc eandem diuiſionem ponit etiam Gal.7.ſimpl.loco iam dicto,corticem appellans,quod extimum eſt; pulpam,quod ſubeſt; ſemen uero, quod in medio continetur; quod tamen non unius naturæ eſt, ſed pars ſuccoſum & liquidum exiſtit, quod manibus citriū præmendo aquoſum exprimitur,in quo alterum continetur durū, vt alia fructum,ſemina,qui nuclei ſunt. Cum igitur Galenus primo dixit ſemen eſſe frigidum & ſiccum,de parte illa acida intellexit,quæ ſub nomine ſeminis ibi fuit a pulpa & a cortice partita, alibi autem acidum appellata: Cum uero poſtea dixit,ſemen eſſe calidum,de nucleis ſolis,qui uerum ſemen ſunt,in acido cōtentis loquit.Quod autē hoc ſit uerum,audiamus Galenū ipſum paulo poſt ita ſeſe declarātē: ſemen oē edi,ineptum eſt, tum humidum illud & acidum,de quo primū diſſerui,& nucleus,qui in illo inuenitur, id quod reuera ſemen eſt. Sed iterum Manardus Auicēnā a ueritate deuiaſſe dicit,qđ corticē citri,calidū eſſe ait ī

primo ordine,ſiccum in fine ſecundi; cum Gal. ſiccum abſolute in ſecundo,nec calidum,ſed uel commoderatum dicat, uel parū infra tēperamentū. Verum guſtent oēs extimum illud citri flauum tegumentum, & aduertāt Gal.2.alim.37.dicere: qđ ſuaue olens & aromaticum eſt, non odore modo uerum etiam guſtu: quód ſi quis ipſo,ut medicamento utatur,coctioni nonnihil cōferet,quo modo & alia omnia, quæ acrem habent qualitatem: acrem.n.vbiq; corticem eſſe dixit: At acria calidiſſima omniū eſſe probauit idem Gal.4.ſimpl.18.uſuſq; cōtinuo comprobat, ſirupum de corticibus citri cerebrum,cor,uentriculumq; valenter corroborare,frigidiſq; morbis omnibus ualde ꝓdeſſe. Quare nedum in hoc Auicenna a ueritate deuiauit, cum a Galeni verbis deuiauit,ſed potius Galeni ſententiam interpretando a ſuſpicione falſi illum redemit. Ceterum Manardus adeo inimicitias in Auicennam exercet, vt veritatis obliuiſcatur; ut attente legentibus quæcunq; illi imponit,manifeſtum fiet. Velut inter alia,quod Auicenna dixerit,acidam citri partem eſſe bonum nutrimentum gutturi & pulmoni: Cum tamen Auicenna dicat: conditum citri eſt bonum gutturi & pulmoni, & eius acetoſitas eſt mala pectori.

SINGVLTVS.

Singultum inter ſpecies conuulſionis reponi dicit Gal.2.ſymp. cauſ.2.quamuis Linacer verba illa appoſite non ſit interpretatus,& 5.aph.4.Gal. uocat ipſum conuulſionem ſtomachi: ſed cum conuulſio muſculis ſolum eueniat, & in uentriculo muſculi non ſint,dicit Gal.3.ſympt.cau. 2. in totum conuulſio non eſt. ſed poteſt appellari ſtomachi conuulſio, ut eſt 6.aph. 39. quia qualis paſſio eſt conuulſio muſculis,talis eſt ſingultus ſtomacho: 7.aph.3.qđ expultrix uis ad uehementiores motus ſe cōcitat ad ea q̃ cōtriſtant expellēda 2.ſymp.cau.6.tametſi illud aliquando etiā ſit ſola intēperies, vt & iis,qui ex intemperie ſola tuſſiunt. 3. ſmyp.cau.2.Condonemus autem nos Arabibus uomitum eſſe

quantitate motum maiorem, dummodo & ipſi Galeno concedant 6. aph. 39. ſingultum eſſe motum uomitu intenſiorem & uehementiorem; Cum per uomitum conetur natura ſolum expellere, quæ in ventriculi ſpatio latiori continentur; in ſingultibus autem ea, quæ ſunt in ipſo uentriculi ore penitiora. Non ſolum autẽ ore uentriculi affecto fit ſingultus, ut habetur 5. affect. 6. ſed etiam toto uentriculo, & gula ipſa 7. aph. 3. quin & per con ſenſum compatiente ſtomacho 6. aph. 16. ut in ſideratione calcis dicit Hippocrates ſecundo fract. 23. in illo 7. aph. 10. & in hepatis inflammatione 17. uel fiat ob contactum bilemue tranſmiſſam, ut ibi dicit Gal. uel propter neruorum communicationem, vt ait 5. aph. 58. Cauſam ſingultus, ſicuti & reliquarum conuulſionum eſſe aut repletionem aut inanitionem dixit quidem Hippocrates 6. aph. 39. & confirmauit Gal. 6. aph. 13. Non tamen eiuſdem omnino modi dicit Hippocrates 5. in 6. 3. Quare conuulſionem non ſolum a duabus illis cauſis fieri dicit Gal. 12. meth. vlt. ſed a quatuor, Nempe ſiccitate, repletione, mordacitate, & frigore. & 5. aph. primo a quinq;. diſtenſione, repletione, inanitione, conſenſu, & morſu: Singultum autem primo proret. 23. & 8. per locos 3. interdum ob frigiditatem aut repletionem fieri, interdum ob mordacitatem humorum acrium medicamẽtaria qualitate præditorum. & paulo poſt ſubdit, ego uero in conuulſione tertiã aliquã cauſam ſupra euacuationẽ & repletionem nondum reperi: Singultum uero etiã ſine his fieri video acribus humoribus, aut ſeroſis, & medicatis ſtomachum mordentibus, ut pharmaco deuorato, uel pipere ingeſto: quod ſibi eueniſſe refert, uel cibo corrupto, uel ex rigore oris uentriculi. vt pueris contingit. Contradictiones iſtas omnes uiſus eſt voluiſse conciliare Gal. 5. aph. 1. cum inquit & quidem nouimus & morſus ratione fieri in ore uentriculi ſingultum, adeo ut quiſpiã & neruos item pati exiſtimauerit: & videbitur iſta conuulſio iis, qui ab elleboro purgati ſunt, non dicta ab Hippocrate, aliquando fieri: niſi per Iouem illam dixerit quiſpiam fieri ex inanitione, cum humores mordaces uim habeant exiccandi. Ceterũ ſi

mordaces

mordaces humores inanitionem faciant, cur Gal. 8. per locos 3. poſtquam dixit, humores mordaces ſingultum facere, ſubdit. An uero & ob nimiam euacuationem fiat ſingultus, uelut etiam conuulſio, dignum conſideratione eſt? Præterea quomodo vera erunt dicta Hippocratis & Galeni quinto aph. 1. ſecundo 3. & 4. conuulſionē ab inanitione factā letalem eſſe, & inſanabilem? cum qui ob humores acres & mordaces ſingultiunt, ſtatim quod humores illos euomuerint, a ſingultu liberantur, ut dicit Gal. 7. aph. 3. longe melius igitur Gal. 6. aph. 13. cum Hippocrates dixiſſet A ſingultu habitum ſternutatio ſuperueniens liberat inquit. Quod uero ex plenitudine ſingultus iugiter fiat, indicant pueri crebro ſingultientes, cum ſunt repleti. Algor autem & frigiditas omnis, eo quod omnia neruoſa corpora efficiciunt ad difflandum difficilia, ſunt cauſa vt hæc repleantur, atq; ideo in ipſis ſingultiunt, & 4. acut. 69. idem confirmat, a repletione inquam hæc fieri. Nec obſtat quod dixerit Gal. 4. ſimpl. 2. frigidum ulceribus eſſe mordax: Nam dum mollia contrahuntur comprimunturq;, humidum exprimi contingit: Quod uidetur ab euacuatione fieri: Quia ſtatim ſubdit, ſimulq; contingit partes diuelli, ſicut in iis, quæ diſtrahuntur diuelluntur q; ſiue a noſtris manibus, ſiue aliunde. Quibus cognoſcitur, frigidum nō ideo mordicare quia exprimat humiditates, ſed quia diuellit. Et 5. aph. 17. inquit frigidum conuulſiones facere, quia neruorum ſubſtantia ultra modum in vnum cogitur, ac cohibetur. Et 20. dicit frigidum cutem facit duriorem, eius denſando ſubſtantiam, & ea difflari prohibet, quæ dolorem efficiunt. Quare ad repletionem hæc omnia ex Galeno ipſo erunt reducēda. Quod Hippocrati conſonum eſt, qui 7. aph. 3. dicit, A uomitu ſingultus & oculorum rubor malum. Quia dicit Gal. cum uomitus euacuare ſoleat humores infeſtantes, & ſingultum facientes, ſi poſt uomitum fit ſingultus, ſignum eſt non fieri ob humores, ſed propter aliquam non mediocrem inflammationem cerebri uel uentriculi. In potu autem Thermarum cum aquæ frigidæ bibuntur, facile a frigiditate lædi poteſt uentriculus natura frigi-

dior

dior,& ſingultum facere. Sunt enim aliqui dicit Gal.lib. de conſuetud. 1. qui cum graciles ſint, & os ventriculi frigidiſſimum habeant, ex quaq; uel leui refrigeratione ſingultu ſtatim arripiuntur. Idcirco iam admonui, habentes uentriculum frigidum bibere potius has aquas calefactas, quam frigidas. Quod in hac re potiſſimum eſt. Sic enim modo ſingultum non facient, ſed etiam factum quacunq; de cauſa curabunt hæ aquæ, ut dudum diximus. Et quamuis 8. per loc. 3. dicat Gal. impoſſibile eſſe inuenire pharmacum omnibus affectionibus ſingultum facientibus aptum, tamen paulo poſt idem repetens ſe declarat inquiens: inuenitur enim in vnaquaq; ipſarum, id quod proprie deſtinatum eſt, præſtantius eſſe: Vt ego in Adiumento iam docui. Capite tamen ſequenti ad finem ſingultientibus ait rutam cum uino dato, aut nitrum in aqua mulſa, aut opium, caſtoreū, abrotanum, ariſtolochiam, daucum creticum, cuminum, aniſum, zingiberis radicem, ſillam cum aceto & oleo, tordilon, dictamnum, calaminthem, aut acorum: aſarum item, & nardum celticum, & pulegium, ſingula tum per ſe, tum ſimul miſta. Siſymbrium quoq; laudat 8. ſympl. & Hippocrates 4. acut. 69. ait febri ſingultoſæ laſerpitii ſuccum, oxymeli, daucum tritum propina, galbanumq; ex melle, & cyminum in eclegmate: ubi nihil obiicit Gal. de oxymelite, quamuis ſequenti enarratione id vituperet; puluis queq; corallorum, & hyacinthorum cum ſirupo de pomis, & ſuccus pomorum ſaccharo conditus mihi feliciter eſt in hoc uſu delinctus leniendo. Caſtoreum quoq; ſingultum a plenitudine, vel frigiditate factum curare ualenter dicit. 11. Simpl. peryclimeni quoq; ſemen, ſaxifragia, alyſſon & potum, & manibus geſtatum, & naribus infuſum; ſicuti & anethum tum hauſtum, tum olfactum, tum ſuffitum, tum etiam ſtomacho appoſitum maxime confert. Mumia pariter, rhabarbarum, piſtachiorum cortex exterior, marathrum, carui, gariophyllus, origanum, menta, enula, & quæ ex iſtis componuntur medicamenta, quæ laudabiliora ſunt cum melle & ſaccharo admiſta, ut diutius in uentriculo moram trahāt, quam ſi liquida

bibantur

bibantur.& tanto tempore ante potum aquarum hæc aſſumi debent, ut poſſint actiones ſuas perficere. Hæc eadem omnia extrinſecus adhiberi poſſunt uel lixiuio incocta ad fomentum, uel in emplaſtrum, addendo etiam fortiora, quæ ruborem uſq; in cute excitent, ſinapi, ſagapenum, & etiam euphorbium. Conferunt etiam motus omnes uehementiores & animi & corporis, vt ira, terror ſubito incuſſus, iniectio repentina aquæ in faciē, percuſſio ſuper collum; equitatio ſuccuſſoria, currus uelox, uociferatio, ligaturæ extremarū partium, cucurbitulæ ſtomacho & dorſo applicatę: cōtinereq; diutius, & protrahere cōmotionē, ſingultus, ſicuti & reſpirationē ad plurimum tempus cohibere ſingultumſ anat, dicit Gal. lib. difficul. reſp. 10. ſternutationeſq; ex accidenti purgāt dicit Gal. 2. Symp. cauſ. 6. itaq; fiunt ſingultuū remedia, ſi ex plenitudine ortum habuerint; dicit 6. aph. 13. non qua ratione dixit Ariſtoteles 34. probl. 1.5.& 17. ob pulmonē, forte ex ſententia Platonis 8. decret. 8. & 9. ſed ut dicit Gal. 5. aph. 35. quia uehementiore concuſſu atq, feruore partim quidem ſingultus naturam excitat, partim uero excernit, quæ partibus corporis firmiter infixa adhærebant. Qua ratione confert ēt tuſſis ementita, & ex animi ſentētia a nobis excitata; quo modo etiam docui ex propoſito, quotieſcunq, uolumus ſternutū ciere, altius in nares feſtucā imponendo, uel pennam ex Ariſtotele 33. probl. 4. illud facere, quem etiā ſi ſedare volumus, oculos & naſum perfricando ſternutare ceſſamus, ut dixit Ariſtoteles 31. probl. 1.& 33. probl. 2.& 8.

VOMITVS.

VOmitus epota hac aqua illis ſæpius euenire ſolet, qui ut cæteris nobiliores potatores uideantur, copioſius quā uentriculi capacitas continere poſſit, unico hauſtu, aut etiam repetitis potationibus, ſed repente, & continuo aquam ingurgitant. Quare ſedate & partitis vicibus, in gratiam & uoluptatem uentriculi, potius, quam in faſtidium & onus iam diximus eam

bibendam

bibendam eſſe. Minuſq; ſubuertit uentriculum, ſi frigida bibatur,quam tepida: cum tepida omnia diſſoluant robur uentriculi,frigida autem potius contrahant ac cõſtringant. Verum ſi nõ immoderati potus culpa nauſea uomitusq; ſuperueniat, ſed qđ vel natura ſua ſtomachici ſint, qui aquas bibunt,uel ob aliquod erratum diminutam ue purgationem a principio refertus ſit uentriculus humoribus aliquibus uitiatis ſubuerſionem inducentibus: his purgatio, illis autem utiliſſimus adſtringentium eduliorum, potuum, ac pharmacorum uſus exiſtit. Quippe cũ ſupinitas uentriculum abſq; cauſa manifeſta occupans ab humiditate ſeroſa & ueluti madore irriguum uentris os reddente,languidamq; & exolutam totam eius ſubſtantiam,ad modum laxatorum articulorum prouenit. Hinc fit ut dicit Ariſtoteles 2.probl.18.quod, qui ſudant, ſi uel aqua, uel flatu refrigeſcant, nauſeabundi fiunt: Ad uentrem nimirum retrocedente madore, qui per carnes egrediebatur. Quod ſæpiſſime accidere ſolet illis,qui uel laconico, uel balneo utuntur, niſi probe ueſtibus muniantur poſt earum uſum, ſudorem ſemper irritantium. erit autem ob id curationis ſcopus dicit Gal.8.per locos 3. vt ſimul ad affectas partes odoratas qualitates opponamus, quales aromatum ſunt, & quorundam ſeminum in ciborum uſu uenientium, ueluti eſt aniſum,apium,daucus,cuminũ,& ſeſeli.Quemadmodum enim graueolentia omnia ſtomachum ſubuertere ſolent,ſic odorata corroborare. Si uero ultra hoc etiam in ciborum uſu ueniant,multipliciter auxiliantur ſtomacho ob vitiatos ſeroſos humores ſubuerſo. Quare multum laudat uſum pilularum Aſclepiadis ad drachmã ex aqua cõfectarum & ſeminum apii, aniſi, cinnamomi partibus ſex, abſinthii quatuor; piperis, myrrhæ,opii,caſtorei duabus: quæ ſummo mane duabus ſaltem horis ante potum aquarum aſſumi debẽt, ut probe qualitates ſuas imprimere poſſint in uentriculo, antequam bibat: Maxime quoq; conuenit menta, & abſinthium tam eſu, quam odoratu, & potu. Camphura pariter, & coriandri ſemina, maſticheſq; grana, aut thuris, uel ſola deuorata, uel cum uitello

oui

oui aſſata, palmulæ, myrti baccæ, ſanguinalis, nardus utraq;, ſuccinum, cētauriū, thymum, ſquinanthos, ameos, ſumach, pulegiū, ſatureia, maratrum, ſiſymbrium, cyperus, cardamomū, roſmarinum; meſpilorū, cydomiorumq; pulpa, aut ſuccus; acetoſæ, pæoniæq; ſemina: bolus armena, terra ſigillata, margaritæ, corallus vterq; Monocerotis cornu uulgare, quod deſiccare quidem patet; ſed quid ſit non omnibus conſtat: Verum.n. unicornu alicubi eſſe nō nego; ſed qđ ubiq; uenit, id non eſſe certus ſum; cū nec mercatores alicūde illud deferāt, nec apud nos naſcat̄, nec hiſtoriographi neoterici Indiarū, Africæ, aut noui orbis hoc animal deſcribant, aut compertum fuiſſe referant: Quotannis tamen Inſubria ſola libras cōſumit, & ubiq; proſtat; Vnde igitur? Potus ſit uini meracioris: dilutū ſiquidē uentris tonum ſeu robur exoluere dicit Gal. 2. acut. 28. & Ariſt. 3. probl. 18. uomitū ciere. aut ſaltē miſceat̄ cū decoctione maſtichis, aut ēt aluminis, ex calybis aut auri extinctione. clyſteria acriora diuertētia motū naturæ a ſtomacho ad inteſtina valde cōferunt, ſi mane ante potū aquæ fiāt. extrema ligaturis uinciri, pedeſq; & manus ī aceto acerrimo vſq; quo bullæ excitent̄, uel rubefiāt, cōtinere dicit Gal. 8. p loc. 4. extrinſecus quoq; adhiberi poſsūt, p̄ter multa iā relata, emplaſtra ex cruſta panis, fabiſue in aceto cū corticibus & alumine coctis. Cucurbitæq; magnę abſq; ſcarificatione uētriculo appoſitę, cū bibit̄ aqua, uehemētiſſime illā retinēt. Sin autē ab humoribus purgādus ſit uētriculus; præter hierā ex aloe, vulgata regula eſt Auic. 4. 1. c. 3. fluxū fluxu, & uomitum uomitu curādum eſſe, deſumptum ab Hip. & Gal. 4. aph. 4. 17. & 18. ꝓpter vniuerſale dogma 1. aph. 21. Quo natura uergit eo ꝑ loca cōueniētia ducendū eſt; & à Gal. ī curationibus ſeruat̄ 7. meth. 13. 11. eiuſdē 19. & 13. eiuſdē 15. & 17. ſæpiuſq; alibi. Obſtare tamē uident̄ p̄ter Hippocratē de ſalub. diæt. 15. alibiq;, Gal. authoritates 13. meth. 6. & ii, quæ iubent a partibus affectis materias diuertēdas eſſe, & nō eo ducēdas, vt cum partes ſtomachi ſunt affectæ dicit, uomitum laceſſere malum eſt. Sed de hoc diffuſius in meo de ſanguinis miſſione, & purgatione in inflammationibus.

DEIECTIO

ALuus potu harum aquarum primis diebus maxime irritari ſolet illis,qui cum uariis humoribus refertum uētriculū inteſtinaq; habeant,ante uſum aquarum purgationes iā a me inſti tutas neglexerunt: Natura etenim irritata ab aquæ potu,inſurgit ad expellenda noxia per uias magis apertas:quod tanto facilius ei contingit, quanto magis huius aquæ qualitas purgatoria exiſtit,non quidem hunc uel illum ſingillatim humorem electiue trahendo,ſed quæcunq; indifferenter in uias ſui tranſitus inuenit excrementa,inciſione & abſterſione ad euacuandum præparat,impetuq; curſus ſui deſcendēdo expellit,& ſecum educit: Quod a principio quomodo fiat,caute cōſiderandum eſt:ne procedente fluxione,aut dyſinteria excitetur,aut uires nimis exoluantur. Quare ſi talia euacuentur, qualia morbo ægrotantium purgari conducat; eaq; ſit quantitas, quam uires leuiter ferant, nec inordinatis temporibus id eueniat,& conferat; naturæ totū onus permittere poſſumus: Cauendo ſolum, ne ex mala uictus ratione præceps in fluxionem natura agatur.sin autem vel qualitas,uel quantitas,uel modus,uel tempus fluoris minus idonea ſint; quod aut cruentæ deiectiones fiant, aut uires exoluantur, aut flatus,torminaq; excitentur,aut intempeſtiue, noctuq; etiā ſæpius ægrotantes aſellare cogantur,tunc his aquis parcius primum,interpellatimq; ēt ſolum utēdum eſt;deinde,ſi diutius res protrahatur,penitus quoq; abſtinendū,& fluxionis origini prouidendum: Caput,ſi inde ſit defluxio,ſiccando, ſi hepar in culpa ſit,ipſum alterādo:ſi uentriculi uitio eueniat,ipſum corroborando:& ſi opus fuerit,ob humores qualitate & quantitate peccantes,etiam purgare: interimq; ſymptomatibus magis urgentibus communi aliorum prouiſione reſiſtendo. De quibus omnibus cum iam a me ſupra tractatum ſit, non eſt cur aliud addā.

Adſtrictio

ADSTRICTIO.

QVemadmodum in potu,aquarum illis potiſſimum,qui nullā purgationem præmittere uoluerunt,ſæpiſsime aluus cietur; ita in balneis,uel ſi purgati uel non purgati fuerint ægrotantes,frequentius ſiccari aluus ſolet,ut incautis aliquando ob hāc ſolam cauſam colicæ paſſiones ſuperueniant.Diligēter igitur in balneorum vſu procurandum eſt,ut aluus pro naturæ conſuetudine lubrica perſeueret.Neq; in hoc naturæ ſoli munus committēdum eſt,quamuis morborum medicatrix dicatur, & medicus eius miniſter; cum multa ſint, quæ natura ſola haudquaquam efficere poſſit,ut luxata reponere: ſed clyſteriorum uſum, ſi nō abhorreant ægrotantes,ex aquis ipſis thermarum incoctis emollientibus,& oleo dulci addito,frequentare conueniet: uel cibis aluum lubricantibus iugiter inſtandum: De quibus cum in excretione abunde egerim,ex Gal.ſolum nonnulla proponam, in quibus uiri & antiquorum & noſtrorum etiam temporum clariſſimi in re medica ambigerunt.Vt an oxalis, lapathum,oxylapathumq; uentrem cieant, an ſiſtant? De eorum ſeminibus nulli dubium eſſe debet,quod manifeſtam quandam adſtrictionem obtinent,ut & dyſenterias,& diarrhęas ſanent.7.Simpl.lapathū autem aluum ciere cognoſcitur ex 2.aliment. 47. ubi dicit Gal. lapathum fere eſſe betam agreſtem,& betæ hortenſi ſimilem eſſe: quam excitare uentrem ad excernendum dixerat 43. & aperte de Theriaca ad Piſonem 4.ait: ſi quis lapathi folia comedat, aluum deiiciet: ſin autem manducet eius ſemen,retinebit.Oxylapathum uero dicit quidem 7.ſimpl.miſtam habere facultatē, nam cum eo quod digerit,non nihil quoq; repercutit: Tamē cū nomen ſit ſortitum ab acido & acuto ſapore, vt dicit Gal. 2. aliment.48. (Dioſcorides ab acumine foliorum dixit) & oxalida, oxylapathumq; ſimpliciter eſſe acida dicat 4. ſimpl. 7. nulliuſq; participare acerbitatis 15: Acida autem ibidem frigida quidem eſſe ſciamus,ſed nō extreme;cum ſint ſubtilis eſſentiæ, & tenuiū

 partium

partium, idcirco & uelociter tranſeant, & altius penetrent, humores plane incidunt, extenuant, diuidunt, & purgant, id eſt farctu liberant. 5. ſimpl. 26. Tamen linguam mordicant, & erodunt primo ſimpl. 37. dentes ſtupefaciunt 1. affect. 6. exaſperant 1. acut. 18. & adſtrictionis ſenſum faciunt 5. affect. 5. quæ contractionis & cohibitionis qualitates ſunt. Quare cōcludamus cum Gal. 2. aliment. 21. perſpicuum porro eſt ex iis, quæ ſæpe iam diximus, quod adſtringentia quantum in ipſis eſt, alui deiectiones ſemper cohibent: Acida uero, cum ſuccum craſſum in uentre inuenerint, ipſum incidunt, ac deorſum ſubducunt: ob idq; deiectiones humectant. Quod ſi uentrem purum inuenerint, ipſum magis ſiſtunt. Caueant igitur, qui indifferenter in profluuiis uentris utuntur ſirupo ex ſucco acetoſæ. Damaſcena quoq; nonnulla pruna quod dixerit Gal. 2. alimentorum 31. uel plurimum habere adſtrictionis, non idcirco cum Braſauolo dicamus ea aluū non ſubducere. Galenumq; 7. ſimpl. parum prudenter reprehendiſſe Dioſcoridem, dicentem pruna damaſcena ſiccata uentrem ſiſtere. Quippe & ibi dicit minus adſtringunt, quæ in Iberia naſcuntur, ſupra autem ait, nihil adſtrictionis præſeferunt: Sunt enim uerba hæc non ad lancem perpendenda in dictionibus cōtrariis, ſed earum ſententia intelligenda: quæ eſt, ut 5. tuend. 9. dicit: Prunis damaſcenis hyeme ſeruatis aut elixis aut in mulſo dulciori maceratis aluum ſolui; ſed longe magis ab Hiſpanis; non autem ſiſti, ut dicebat Dioſcorides. Vuas etiam paſſas ſecundo aliment. 10. aluum non ſubducere dicit Galenus: quod intelligendum eſt, non uehementer, ut faciunt recentes: uti etiam cum cap. 9. vuas in ollis reſeruatas aluum non ſubducere dicit; & de vua penſili quod uentrem nec ſiſtit, nec ad deiectionem irritat. Cum vuas paſſas cum aliis vuis eandem rationem habere dicat, quam caricæ cum ficubus, quas tamen cap. 8. uentrem ad excretionem irritare dicit. & in fine cap. 10. ait huiuſcemodi ſane paſſas, vt minus, quam caricæ, ſubducant, abſtergeantq;. magis tamen, quā illæ, ſtomachū iuuant. Quibus uerbis non paſſas vuas penitus

non

non ſubducere,ſed minus quam caricæ,dicit.Sed quomodo ſerum lactis uentrem ſubducit,cum aqueum,frigidumq; & humidum eſſe ſtatuatur a Gal.4.ſimpl.17.humidum namque aquoſum uentrem non ſubducere dicit primo alimentorum primo. Dicerem primo,humorem quidem ſolum per ſe ad deiectionem non facere,ſed per accidens tamen,ut 2.aph.20.debilitando uirtutem retentricem; quare facilius agit expultrix. Præterea cum lac,licet ſimplex quoddam appareat, manifeſto tamen conſtet ex tribus ſubſtantiis,butyro,caſeo,& ſero: ſic etiam ſerum, cum non ſit elementum ſimplex,ſed corpus compoſitum ex quatuor elementis inter ſe natura contrariis,non exacte unius ſolum naturæ totum exiſtit; ſed eius aliqua pars eſt ignea,& nedum extergens,ſed etiam aliquo modo mordicans,ut dicitur 10. ſimp. & cum acrimonia 3.aliment.15.cuius occaſione lac omne aluū ſubducere dicit, Et quamuis quarto acut. 7. dicat Galenus lac aſinæ nullam habere acrimoniam, ſed humiditate exuperare, atque ob id ſolum uentrem ſubire: non ſimpliciter illud ita protulit, ſed in comparatione purgantium medicamentorum, quæ & calida & acria prorſus exiſtere dicit, idcirco addit, lac ea, quæ dixi, efficere, ut non aliud ullum, & præ ceteris: non quod penitus omni acrimonia careat: Verum, cum hæc portio ſeri calida & acris ſit minima proportione aliarum frigidarum & humidarum, & denominatio ſicuti & actio maior fiat a prædominantibus,recte ſerum dicitur frigidum& humidum eſſe,& eius operatio refrigerare & humectare. Qua diſtinctione multæ ſoluuntur difficultates tam de ſaporibus amaris, quam de odoribus, quæ omnia profecto calida ſunt, in multis tamen ſimplicibus a prædominio frigidis comperiuntur: Quod eſt ac ſi granum muſci aut aloes cum uncia ſucci lactucæ miſceas, ſuccum plane amarum & odoratum ſenties, frigidum tamen eſſe comperies.

ARDOR VRINÆ.

VRinæ ardor uel renum uitio fit, uel quia talis ad ipſos uenit ex venis ſuperfluitas ſeroſa percolata, ut dicit Gal. 5. aph. 58. vitia renum ſunt uel purulentia eorum, uel intemperies, acrimoniam in urinas inducens, ut eſt caliditas & ſiccitas, uel ſolæ, uel coniunctæ, vt ait Gal. 3. aph. 16. quo in loco corrigant ſtudioſi literam deprauatam tam in græco quã in latino codice, cum inquit: Iam uero & urinarum acrimoniæ a quibuſdam fiunt intemperaturis, ſed potiſſimum ab ea, quæ eſt ſecundum caliditatem, deinde ab ea, quæ eſt ſecundum caliditatem & humiditatem, tertio ab ea, quæ eſt ſecundum humiditatem. Ab humiditate nãq; ſola acrimoniam fieri præter rationem eſt, cum potius ab ipſa curetur: Quare ſiccitatem legerem. Hæc urinæ acrimonia & mordicatio in vſu Thermarum euenire ſolet, cum ob balneorum caliditatem renes heparq; ſupercalefiunt: Ab horum ſiquidem caliditate pars ſanguinis ſeroſa ſuperaccenditur, & acrimoniam acquirit, quæ per veſicæ collum pertranſiens, mordicationis ſenſum in neruoſis illis partibus imprimit, & ardorem excitat. Cui extrinſecus adhibitis refrigerantibus iam relatis, intermiſſoq;, aut ſaltem remiſſo balneorum uſu, ſuccurrẽdum eſt. Pectini quoq; ſi opus erit, linimenta, uel emplaſtra eiuſdem facultatis apponendo; & ſiphone in ueſicam etiam lac, aquam plantaginis, vmbilici ueneris, aut roſaceam ſimiliaq; cum ſief albo inſtillando: & ab omnibus exercitiis renes agitãtibus abſtinẽdo, uictuſq; rõnem oẽm ad hunc vſum inſtituendo. In potu autem thermarum urina fit acrior, cum prius purgati probe non fuerint ægrotantes. aqua ſane per uenas pertranſiens; ſecumq; materias acriores ſanguinis ad renes, & ad ueſicã ducẽs; ardoris ſenſum inducit. Ceſſandum igitur pauliſper a potu eſt, & ex pulpa caſiæ, & tamarindorum cum roſaceo violaceoue ſirupo plurium macerationum & ſero lactis aluus abluenda, iugiq; clyſteriorum & lubricantium ciborum uſu a renibus ad ſeceſſum materiæ ſunt diuertẽdæ. Reneſq; non ſolum refrigerãdi, ſed

ſed leuiter etiam adſtringendi ſunt; ne ſupercalefacti magis trahant ne dicam ſolum ſuſcipiant materias acriores uenarum. Laudantur a multis aquæ ſtillatitiæ ex floribus & ſcapis fabarũ uiridibus ad balneum mariæ eductis, quæ ſimul & ardorem demulcent,& urinas prouocant.confert quoq; lactis uſus uel cibis commiſtus, uel ieiuno potus, ouorumq; album ſorbile. Aqua pariter roſacea quocunq; modo aſſumpta aut in obſoniis, aut in potu; ſimiliter ſuccus limonum ualde conducit. Seminaq; frigida omnia tam maiora uocata, quam minora,glycyrrhizæ ſuccus,puluis, & decoctio: reſinæ lotæ,tragacantha diſſoluta,ſymphitum, tribuli, zizypha, fragaria, malua, & ex earum floribus conſerua, ſicuti & uiolarum. plantago, equiſetũ, papauer polygonum, conſolida regalis, meſpilorum oſſicula, foliorum Querni ſtillatitia aqua, & althææ radicis, cuius etiam decoctio optima eſt, ſed eius mucilago, aquam ſæpius colo transfundendo,auferri debet,ne uentriculum ſubuertat. Alterius althææ ſemen, Abutilon Auicennæ,ſed falſo, aliqui eam uocant, maxime his intentionibus omnibus deſeruit; & in hunc uſum apud me quotannis ſeritur: Cuius ſemina, flores, & folia apprime a Mathiolo poſt Altheam ultimo uolumine ſunt depicta, ſed nõ tota planta; cum unius ſolum caulis a radicibus ab ipſo effingatur, qui eſt eius ſolus ramulus: multos tamen ramos producit; & in formam pulcherrimæ arboris citri maioris ſupra hominẽ etiam excreſcit.

RETENTIO.

Vrinæ ſuppreſſio, quæ in Thermarum potu negotium nobis faceſſere ſolet,non eſt ſolius naturalis urinæ retentio, ſed aquæ bibitæ prohibita purgatio. De qua tametſi in Adiumento, & in Excretione egerim,cum tamen iam ſtatutum ſit totius ferè rei cardinem circa hoc uerti, non erit ſuperfluum hac de re denuo aliquid dicere. Pluribus in locis corporis noſtri aquã epotam retineri poſſe, iam dixi,& ubicunq; fuerit per loca conue-

nientia

ſientia euacuandum eſſe,ſi in inteſtinis & meſenterio, per clyſteria; ſi in uenis,aut per medicamenta aquas ad aluum trahentia,aut per urinæ uias aperientia: Si uero contineatur in uenis emulgentibus, renibus,& ueſica, uerum (præter iam relata in Excretione) uel propter frigiditatē aquæ largius epotæ ſenſus illarum partium factus ſit quaſi obtuſus , & ſemiſopita reddita ſit facultas, & ad expellendum non inſurgat uti dicebat Gal. 3. aph.5. urinæ accidunt difficultates veſica flatu Aquilonis ob frigiditatem offenſa: eſt enim exanguis & propterea ex cauſis frigidis plus,quam aliæ partes, ipſa eſt offenſioni parata: vel etiam vt idem dicit 7.aph. 48.ob ſpiritus flatuoſos replentes partes illas & orificia earum præmentes, ſicq; urinæ exitum prohibentes. Tunc Hippocratis remedio ibi adducto utendum eſt, cum ait Vrinæ ſtillicidium, & mingendi difficultatem uini potio ſoluit Qua ratione etiam dixit quod immoderatam appetentiam a frigiditate factam ſoluit Thorexis, hoc eſt uel ſimpliciter uini potio, uel meracioris dicit Gal. Quia omnis intentio eſt calefaciendi, & reſoluendi flatus. Quare dum hæ aquæ bibuntur, omni diligentia partes illæ pectinis & veſicæ ſunt protegendæ ab omni frigiditate, cum facile inter mingendum ambientis aeris frigiditas partes illas penetret & offendat,ut dicebat Ariſtoteles 8.probl,9. & 14. cur ubi minximus, inhoreſcere ſolemus. Potiſſimumq; pedes ab omni frigiditate immunes ſeruare opus eſt. Cum enim multum neruoſi ſint,& exangues,uti & ueſica,facile a frigore corripiuntur, parteſq; omnes neruoſæ conſentiūt & compatiuntur, ut etiam de uentriculo diximus,multiq; ſunt, qui ſola pedum frigiditate in urinæ difficultates, & ſtillicidia incidunt. Conueniunt autem huic affectioni non ſolum inunctiones calidæ ex oleo ſcorpionum,laurino, rutaceo, terebentinæ, ſimiliumq; pectini & inter ſcrotum & anum, ubi alligatū eſt veſicæ collum,ſed etiam per colem infundere caſtoreum oleo rutaceo diſſolutum,& in colon vinum creticum,aliudue vinoſum, in quo ebullierint cyminum, fæniculum, aniſum, origanum, coſtus, ononis, ruta, ſabina, thymum, vitex, ſerpillum, ſe-

dereq;

dereq; ſuper lateres uehemẽter calefactos & uino albo aſperſos, pannisq; inuolutas, uel ſuper ſacculum repletum millio cõtuſo, ſurfuribus & ſale torrefactis, aut ſuper ſuffumigium uel ſiccum ex aromatibus, uel actu quidem humidum, ſed poteſtate calefaciens, & ſiccans: aut etiam ſedere in decoctione farfaræ foliorũ allii & uini albi, uel olei ſimilis qualitatis; uel embrocationẽ pectini facere ab alto ex eiſdemmet rebus: emplaſtrũue ex porro allio farina ſaginis lupinorum ſeminis lini & fenu greci cum ſapa apponere; aut lanas ſuccidas. Omentum etiam ſtatim ab animalibus mactatis extractum, uel in ſartagine poſtea calefactum, & pectini applicatum confert. & ſi repleta ueſica ob diſtenſionẽ dolor urgeret, ad impoſitionem catheteris diueniendum eſſet: Sed hoc curabit ſane præſentia ſymptomata, ſed nõ prohibebit futura, aquis liberum tranſitum parando. Quare via regia eſt, poſt purgationes uti diureticis, qualia ſunt, præter iam relata, ex Galeno potiſſimum 6. Simpl. abſinthium, acorum, ami, ampeloprafum, androſaces, aniſum, bunium, cicer, daphne, daucum, rubia, ſabina, ſtaphilinus, thymũ, uitis alba: ex 7. calamus aromaticus, caron, carpeſium, caucalis; ſemen crocodilii, coſtus, cotyledon, cyminnm, radix cyperi, hippomarathrum, fumusterræ, lonchitis, lybiſticum, meũ, moly; ex 8. apium, chamædris, cucumis, & pepon, paſtinaca, phu, polium, ruta agreſtis, ſcandix, flos ſchini, ſcolimos, ſcordion, ſeſeli, ſion, ſpica nardi, ſmyrnium, terebinthus, triphyllum, xiris. cõpoſita quoq; multa ab eodem referuntur 8. & 9. per locos: & 4. Simpl. 19. ait: Sane uero & cantharis parce interim ſumpta, quibuſq; oportet admiſta, præterquã qđ ueſicam nihil offendat, etiam renes expurgat: immo & quæ efficaciora conficiuntur ad urinas mouendas medicamenta, non nihil habent cantharidis. Laudantur quoq; ab aliis multa, ut Valeriana, hipericum, chamepitis, cetrach, geniſta, capillusueneris, polypodium, uerbena, agrimonia, ſemina uiolarum albarum, raparum, aſparagorum, iuniperi, raphani, & althææ. nuclei ceraſorum, lauri, perſicorum, & amigdalarum amararũ. Succus ireos, parietariæ, & urticæ. arantia aſſata, allium, mirrha, aſſa, trochiſci alche-

alchechengi,ammoniacum adeo uehemens, ut etiam ſanginem mingere faciat;puluis maxillarũ lutii piſcis, lapidis in felle tauri reperti,lapidis ſpongiarum,oculorum cancri fluuialis,ſanguinis hirci,uentriculorum gallinarum,ueſicæ porci,corticum ouorũ, a quibus pulli ſunt orti,florum & ſiliquarum fabarum, lepòris menſe Maii in clibano ſiccati.Cæterum cum hactenus multa in gratiam ſolum ſtudioſorũ ex Galeni libris attulerim, quæ aliud agentes forte ſupra crepidam hanceſſe iudicabunt, hæc etiam nunc illis proponam; An urinæ ſuppreſſio ob læſionem neruorum ſpinæ dorſi fieri poſſit? Cum aperte Gal. 6. affect. 4. dicat, At uero neq; neruorum a ſpinali medulla exortorum, neque ẽt ſpinalis medullæ ipſius affectus,ueſicæ aliquando imbecillitatẽ afferre poſſunt,ut urina poſtea ſupprimatur. Paulo poſt tamen inquit: Rurſus alter luxatis ad externas partes uertebris urina inuitus profudit. Atq; in alio ſimiliter affecto ſuppreſſa fuit urina,torpente ob affectos neruos ueſicæ ſenſu. Etenim accidit interdum,ut hoc modo urina ſupprimatur. Et an ueſica urinam trahat? 5. uſupart.7.ait Gal.porro ueſica,non ea ſolum,quæ bilem,ſed quæ urinam recipit, purum utraq;, atq; ab aliis ſecretum cum attrahant proprium excrementum, & 6. uſupa.8.ait ventriculus uero,ac matrices,& ueſica utraq; trahunt ſimul, & retinent,atq; depellunt. Quod quomodo fiat poſtea declarat. idem confirmat 2.natural.facul.in primis uerbis,& tertio eiuſdẽ 5 & 12.contra 6.affect.5.ait:Quippe in libris de naturalibus facultatibus,iam oſtenſum eſt iecur ex uentriculo per meſenterii venas,ueluti arbores a terra per radices, cibum ad ſeſe allicere: ſic etiam renes id,quod aquoſum in ſanguine eſt. Verum ueſicã non trahere a renibus, quemadmodum neq; inteſtina a uentriculo,ſed renes quidem per vreteres excernendo in ueſicam mittere. Quod etiã colligi poteſt 4.vſupar. 18. & 6.anat.adminiſtr. 1.vt quiſq.uidere per ſe poteſt.

Concluſio

CONCLVSIO.

MVlta quoq; alia accidentia in uſu harum aquarum euenire poſſunt illis, qui neglecto medicorum conſilio, uulgi opinione ſola ducuntur. Tametſi enim iam demonſtratũ ſit, Aquas Returbii Ticinenſes nullam aliam Thermarum aquam habere parem, nedum ſuperiorem, in omnibus dotibus expetendis, ſiue loci amænitatem, & ſalubritatem quæras, ſiue mirabilem ſitum, iucundumq. proſpectũ deſideres; quod fontes noſtri partim a Realto, mõte pulcherrimo & excelſo, qui in Returbii territorio, & iuriſdictione eſt, emanant: ſiue quod nulli alii fontes ea contineant omnia, quæ, in noſtris perpetuo comperiũtur, ut ſunt ſulfur, bitumen, alumen, ſal, nitrum, chalcanthum, ochra, ferrum, argentum, & aurum: Quæ ſingula ad ualetudinẽ multas poſſidẽt facultates, coniuncta autem multo plures, vt ex omnibus ſimul a natura miſtis reſultet quædam noua forma a cœlo impreſſa, quæ ſupra omnem expectationem mirabiliter agit: & experientia iam multorum annorũ omnibus fere medicis, qui his aquis uſi ſunt, conſtet, nullum prope medicamentum nobilius tam ad ſanitatem conſeruandam, quam ad morbos profligandos in re medica adhuc exiſtere: & quicunq; rationabiliter eas aſſumunt, non tantum in earum uſu delectantur, & gaudent, ſed poſtea et earum deſiderio tenentur: Attamen cum aquæ ipſæ ſæpiſſime impuræ, nedum imperfectæ, e fontibus aſſumantur: Cuius rei culpa non modo curationes peruerti poſſunt, uerum etiam multa damna contingere: Et qui aſſumunt tam in earum quãtitate, tempore, modo & ordine; quam in aliqua ſex rerum non naturalium neceſſaria ad bonam uictus rationem, & deficere, & delinquere poſſint: ac proinde accidentia multa & uniuerſo corpori, & capiti, & uentriculo aliquando eueniant, quæ curationẽ nonnunquam perturbant, & differunt; interdumq; etiam penitus intercidunt, & grauioribus malis obnoxios ægrotantes reddunt: Idcirco concludendum eſt, ſi uolumus ad deſideria euentum ſuccedere, Medicornm conſilio omnia peragenda eſſe; qui

cognitis

cognitis ægrotantium naturalibus, non naturalibus, & præter naturalibus omnibus, & harum aquarum perſpectis facultatibus, uniuſcuiuſq; uſus earum conuenientem qualitatẽ, & quantitatem præſcribere ſciant. Quod ut ex methodo facere poſſint illi, quos harum aquarum natura latebat, æqui boniq; omnes conſulant, me ex tempore hæc edidiſſe, quorum cognitione & vſus, & abuſus innoteſcant; ut meliora proſequi, & peiora deuitare omnes poſſint. Nihil enim tam proficuum, tamq; ex omni parte bonum eſt, quod, ſi quis perperam utatur, non maxime noxium euadere poſſit. indeq, prouerbio dictum eſt,

> Balnea, Vina, Venus corrumpunt corpora, ſed iam
> Cuſtodiunt uitam Balnea, Vina, Venus.

HAEC ſunt V.C. Prætor, quæ ego de Litubianis Aquis propemodum ex tempore commentatus ſum: ut quoniam iam adeſt menſis Maius, quo menſe maxime eſt harum aquarũ uſus ad uitam ſalubriter degendam, & ad omne fere morborũ genus profligandum accommodatus: habeant cum ſtudioſi harũ rerum, tum uero etiam huiuſce remedii indigentes, quæ uitent, quæq. uiciſſim ſequantur. Interim uero te mirum in modum rogo, pro animi tui magnitudine, & promiſſi ſanctitate, cures diligenter, ut ſoles omnia, ut quæ ad fontium nitorem, hoſpitiorũ ædificationem, reſq. alias hunc ad uſum neceſſarias pertinent, primo quoq. tẽpore conficiantur; ut tandem mortales hoc præſidio, Dei opt. max. conceſſu, ac munere eis tributo, ac tuo ſtudio eis reſtituto, commode, & tuto perfruantur.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE